✠
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 301

Signt.ª Top.ª
Est. 17
Tab. 8
Núm. 3

Nº 927

PATRIS INSOMNIVM

GALENI DOCTORIS

HEPATICI COGNITIO

GALENI

LIBRORVM SECVNDA CLASSIS

MATERIAM SANITATIS conseruatricem tradit: quæ circa aerem, cibum & potum, somnum & uigiliam, motum & quietem, inanitionem & repletionem, animi denique affectus uersatur.

SEPTIMA HAC NOSTRA EDITIONE,

non parum ornamenti adepta: locis pluribus quàm in alijs superioribus editionibus, ad græcorum librorum fidem emendatis.

Locis in margine indicatis, quos Galenus sparsim ex Hippocrate affert.

Et alijs etiam annotationibus additis.

Librorum Elenchus proximo folio continetur.

Τὸ Ὑγιεινὸν.

Venetijs, Apud Iuntas. M D XCVII.

CRISIS PRAECOGNITIO

AMANTIS DIGNOTIO

PALESTRITE CVRATIO

DISCEPTATIO CVM ALEXANDRO HABITA



QVAE IN SECVNDA CLASSE HABENTVR.

GALENI De Alimentorum Facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete, ab Auguſtino Gadaldino non paucis in locis ad exemplarium Græcorum veritatem, expurgati. fol. 7

De Succorum Bonitate, & Vitio liber, à Iulio Alexandrino medico Tridentino olim translatus, & diligenter recognitus. 33

In librum de Salubri Diæta commentarius, Hermanno Cruſerio Campenſi interprete, recognitus. 39

De Attenuante Diæta liber, Martino Gregorio interprete. 43

De Ptiſana liber, ab Hieronymo Donzellino in latinum verſus. 46

De Paruę Pilę Exercitio liber, Valerio Centannio Vicentino interprete, recognitus. 48

De Cognoſcendis, curandiſq; animi morbis, quas perturbationes latini appellant liber, Bernardino Donato Veronenſi interprete. 50

De cuiuſque animi peccatorum notitia, atque medela libellus, à Iunio Paulo Craſſo Patauino & translatus, & ab eo diligenter etiam recognitus. 56

De conſuetudine liber, ab Auguſtino Gadaldino ad verbum ferè latinè expreſſus. 60

De Sanitate Tuenda libri ſex, Thoma Linacro Anglo interprete, ad antiquorum exemplarium Græcorum fidem aliquot in locis ab Auguſtino Gadaldino emendati. 62

Ars Tuendæ Sanitatis, num ad medicinalem artem ſpectet, an ad exercitatoriam, ad Traſybulum liber, à Iunio Paulo Craſſo Patauino & conuerſus, & diligentiſſime recognitus. 101

Quos omnes nunc poſtremum, hac ſeptima editione præter Ioan. Coſtæi annotationes. Fabius Paulinus Medicus, & græc. litterarum profeſſor publicus Venetijs cum græcis, Codicibus & impreſsis, & manuſcriptis collatos emendauit.



GALENI
DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS
LIBRI TRES

Martino Gregorio interprete.

Ab Auguſtino Gadaldino plerisque in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Facultates in alimentis ratione ac experientia compertas enarrant. Ac in primo quidem libro de Seminibus vniuerſis agit, quæ venerunt in vſum alimenti.

Cur Cibaria eadem diuerſis hominibus exhibita varia efficere videantur: ac de communi ratione dignoſcendorum alimentorum. CAP. I.

DE facultatibus, quæ alimentis inſunt, pleriq; præſtantiſſimorum medicorum præcipuo ſtudio in eam ſpeculationem conuerſi conſcripſerunt, quòd omnium, quæ ſunt in medicina, ea propemodum ſit vtiliſſima: nam alijs præſidijs non omni tempore vtimur: ſine alimento autem ne uiuere quidem, neque ſecunda, neque aduerſa ualetudine, poſſumus. Merito igitur præſtantiſſimorum medicorum plurimi facultates, quæ ei inſunt, diligenter, magnoq; ſtudio perueſtigarunt: & alij quidem ſola experientia nobis illas innoteſcere contenderunt: alijs uerò ratione quoq; vna placuit adiungi: alii deniq; uel primas ipſi tribuerunt. Quòd ſi ut inter Geometrias & Arithmeticos, ita inter eos, qui de alimentis ſcripſerũt, oĩno conueniſſet, nihil nunc oporteret nos de nuo hanc de iiſdẽ, poſt tot ac tales uiros, ſcribẽdi moleſtiam ſubire: uerum, cũ mutuis diſſenſionibus ſuſpectos ſeſe reddiderint (fieri.n. nequit, ut oẽs uera dixerint,) q̃ ab illis ſunt tradita, à ſeueris iudicibus examinari eſt neceſſe: iniquũ.n. fuerit uni præ aliis abſq; demonſtratione fidẽ ad hibere. Porrò, cũ demõſtrationũ duo genere ſint principia, "aut.n. à ſenſu, aut à notione euidẽti demõſtratio oĩs ac fides proficiſcitur, nos quoq; † ad p̃ſentis cõmentationis cõſcriptionẽ neceſſe eſt aut altero horum, aut utroq; uti. At, cũ ratione iudicare non omnibus itidẽ ſit prõptũ (nam & natura ſagaces eſſe oportet, & à puero ingenium in mathematicis diſciplinis excoluiſſe atq; exercuiſſe,) ſatius eſt ab experientia auſpicari, eoq; maxime, q̃ bona pars medicorũ hac ſola alimentorũ facultates inuentas eſſe pronũciarint. Ac empiricos quidẽ, qui oẽ ſtudiũ operãq; eò cõferunt, ut, quæ rõne ſunt inuenta, ambitioſis contentionibus oppugnent, fortaſſe quis contẽpſerit: uerũ Diocles (tametſi profeſſione eſt dogmaticus) hęc ad Pliſtarchũ in primò de ſanitate tuẽ

" da libro ſcripta reliqt. Qui ergo oĩa ſapore eodẽ, odore calore, aut alio id genus p̃dita, uires eaſ
" dẽ obtinere exiſtimãt, haud rectè opinantur, nã multa oſtẽdere quis poſſit diſſimilia fieri ab his
" ẽt ſi, qđ ad prædicta attinet, inter ſe cõueniant. Neq; ſanè, ſi quid aluũ aut urinã mouet, aut aliã
" quãlibet hẽt facultatẽ, ideo tale eſſe quodq́; eſt putandũ, q̃ uel calidũ ſit, uel frigidum, uel ſalſum;
" qñquidem non dulcia oĩa, aut acria, aut ſalſa, aut cætera id genus, ea ſdẽ habẽt facultates: ſed, ſi
" quis actionis cuiuſq; ipſorũ cauſam toti naturę retulerit acceptã, is minime à ueritate aberrarit.
" Qui uerò ſingulorũ cauſas, cur uidelicet nutriãt, aut aluum, aut urinam cieant, uel aliud quidpiã
" eiuſmodi p̃ſtent, reddendas autumat, ignorare vĩr, primũ, q̃ hæc inquirere, haud frequẽter ad
" uſus ſit neceſſe, deinde, q̃ multa ſint in rerũ natura, quæ principiis quibuſdã ex natura ſua quo-
" dam modo ſunt ſimilia, ut nullam cauſæ rationem admittant: ad hæc non nunquam haullucinã
" tur, cum incognita & cõtrouerſa, neq; admodũ ueriſimilia ſumendo, abundè cauſam ipſam cre

A.1.2.t.2.c.3. fol.92.f

† *Græce* πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου σκέμματος ἄθροισιν, *ad præſentis ſpeculationis collectionem. Vetus interpres uidetur legiſſe* εὕρεσιν, *quod ueritati inuentionũ*

dunt ſe aſſignaſſe. Quo circa neq; ijs, qui cauſas eiuſmodi afferũt, neq; ijs, q de omnibus cauſam E
putant eſſe reddendã eſt attendendũ, ſed potius ijs, quæ diuturna experientia fuerunt explora- "
ta, credendum: quorũ autem poſſumus, cauſa eſt inquirenda, quando, quod de ipſis dicimus, ſic "
ſperamus fore notũ magis ac magis credibile. Hæc ſunt Dioclis verba, ſola experientia alimen "
† Antiquus & Aldinus legũt, χρίσιν. i. iudicio nos χρᾶσιν. torũ facultates nobis notas eſſe arbitrantis, non ex indicationibus, quæ cum à † tẽperamento tũ "
à ſaporibus ſumuntur: cum autem, quæ eſt in partibus plantarũ, alia adhuc ineſſet indicatio, eius
non meminit. Dico autẽ partibus plantarum indicationem ineſſe, qua præter alias Mneſitheus
eſt vſus: per hanc enim in plantis alias quidẽ radicibus, alias caulibus, facultates ineſſe oſtendit,
quemadmodũ certe & folijs, & fructibus, & ſeminibus alias. Quod igitur experiẽtia, vt alia ple-
raque, ita & qui cibi facile, aut ſecus concoquantur, quiq; ſtomachũ iuuent aut offendãt, deniq;
qui aluũ laxent, irritent, aut ſiſtant, nos doceat, nemo eſt, cui vel tantillum eſt mẽtis, qui ignoret:
cæterum in his ipſis non parum falluntur, qui citra limitationem, faciunt de rebus periculũ, ut in
commẽtarijs De ſimplicium pharmacorum facultate, atque in tertio De temperamentis demõ
ſtrauimus: ac ſanè, qui vtrobique committuntur errores, multũ inter ſe ſunt ſimiles. Quapropter
hoc quoque loco ad viuũ, vti illic, limitationes ſcribere quibus quis intentus ſingulorũ facultates
citra errorẽ poſſit deprehendere, haud quaquam mei eſt inſtituti, qui ſemel duntaxat de qua F
que re ſcribere ſoleam, non eadem in multis cõmentarijs de ijſdem paſſim inculcare. Vſitatum
igitur mihi morem ne nunc quidem prætermittã, ſummas tãtummodo limitationum, idque ea
breuitate, quam orationis perſpicuitas patietur, complexurus. Incipiã autem ab eo, quod omni
bus eſt in ore, quodque Eraſiſtratus minus recte ſcripſit, Melicratum videlicet aluum nõ cuiuis
ſubducere, neq; lentem cohibere: ſed quoſdam eſſe, qui præter quàm quòd neutrũ experiũtur,
in contraria etiam incidãt, vt ſiſtatur quidẽ eis aluus à melicrato, laxetur autẽ à lente: prẽterea
quoſdã inueniri, qui bubulã minori negocio, quàm piſces ſaxatiles, cõficiant. Equidem ab iſtis
ſemper ſoleo ſciſcitari (nã à poſtremis exordiar) quod nã ipſis ſymptoma accidat, quo iudicent
ſe ſaxatiles piſces non coxiſſe, vtrum ne pondus quoddã in ventriculo, vt inſtar plũbi, aut lapi-
dis, aut luti quiddã incumbere ipſis videatur; hoc nempe modo quidam, quem ex huiuſcemodi
cruditatibus ſenſum percipiunt, interpretantur: an mordicationem quandam manifeſtò in ipſo
an flatum, an ructum grauem ſentiant: tum alij nidorulentũ magis ſibi ructum accidere, alij mor
dicationem, non nulli vtrunque, reſponderunt. Horum igitur corporis habitum diligenter cõ-
templatus, deprehendi bilis flauæ copiã in ventriculo, vel prauam quampiam temperiem, vel
propter peculiarem conſtructionem, eſſe aceruatam: peculiarẽ autem dico cõſtructionem, quo G
niam hominibus quibuſdam bilis ex iecore in inteſtina defluens, in ventriculum regurgitat: pra
uam verò temperiẽ, cum calor natura ipſis ineſt acris ac mordax, & (vt ſic dicam) febriculoſus.
Proinde par eſt, vt iſti cibaria corruptu difficilia meliùs, quàm facilia, coquãt: quãdo, quę facile
concoquuntur, facile item alterantur ac corrumpuntur: contra, quæ concoctu ſunt difficilia, nõ
facile quoque tum alterantur tum corrumpuntur. Hæc certè, ſi in multum calorẽ inciderint, co
quũtur magis, quam ſi moderato occurrerint: atque hac profecto ratione accidit, vt nõ nulli bu
bulam facilius, quàm piſces ſaxatiles, conficiant. Lens autẽ quibuſdã aluum mouet magis, quã
inhibeat, non alia ratione, quàm vt in cõmentarijs, quos De ſimpliciũ pharmacorum facultate
conſcripſimus, demonſtrauimus. Quemadmodum enim ex ijs, quæ à nobis præparãtur, nõ nul-
la, quæ facultatem ac ſubſtantiã habent contrariam, componuntur, ita & natura ipſa, permulta,
quæ ſenſui ſimplicia apparent, commiſcuit: quod in pleriſq; alimentis cõperias. Etenim nõ lẽs
ſola, ſed & braſſica, atque adeo marina propemodũ omnia, quibus teſta procute eſt, quæ Græci
ὀστρακόδερμα appellant, compoſitã ex pugnantibus facultatibus naturã ſunt ſortita: nam ſolidũ
cuiuſque corpus tarde permeat, aluumq; ſiſtit: humor uero ſtimulat ad excretionẽ. Huius porrò
rei ex coctione manifeſta ſumitur demõſtratio, cũ aqua, in qua dictorum quodque fuerit deco- H
ctum, aluum ſubducat, ipſa uero corpora inhibent. Hinc non nullos audias, qui dicant, ſi braſſi-
cam leuiter coctam, & uniuerſim ac repẽte ex lebete in uas aliquod, in quo ſit oleũ ac garũ, trã-
fuſam, ante alios cibos ſumpſeris, aluum ſubducet. Alios autẽ uideas braſſicam, quæ græcis dyſe
phthos, id eſt bis cocta, nũcupatur, ad uẽtris cohibitionẽ hoc modo apparare: Cum ipſam aquæ
prius incoxerint, aquã quidem totam ex lebete effundunt, aliam autem adfundunt puram & ca-
lidam, in qua rurſus braſſicam ſecundo coquũt, ut, ſi quid proprii ſucci poſt priorẽ decoctionẽ
habuit reliquum, in hac penitus deponat: omnibus enim, quæ in humore coquuntur, uſu uenit,
ut quiddam ab eius facultate in ſe deriuent, ac de ſua uiciſſim portionẽ aliquam ipſi impartian-
tur: Id quod in iis, quæ in iure aliquo elixamus, ſiue legumen, ſiue animãtis pars, ſiue olus id fue-
rit, quotidie tibi licet diſcere: res nãque elixa, tã guſtu quàm olfactu, ipſius iuris ipſum autem ius,
rei, quæ in ſe eſt elixa, qualitatẽ ac facultatem repræſentat: Totius porrò, qui nunc nobis eſt pro
poſitus, ſermonis ueritatem poteris ſic explorare. Lentem, aut braſſicam, aut aliquod marinorũ
memoratorum animalium decoquito, poſtea decoctũ oleo garo pipereq; conditũ, cui libuerit
propinato: idem facito in braſſica bis cocta: uidebis enim potione quidẽ aluum dilui, ſolidi au-
tem corporis eſu conſtipari. Quare non eſt, quòd miremur, ſi ab huiuſcemodi cibis, quãdo cum

ipſorum

A ipſorum ſucco ſolidum corpus ſumptum fuerit, tormina interdum & inflationes oriantur: pugna enim quædam inter vtrunque fit, cum ſolidum quidem corpus hæreat ſubinde, ac tardet, ſuccus aũt ad excretionem ꝓperet: quo caſu, ſi, quod mordicat, excretum fuerit, ceſſat ſymptoma: ſin moretur, ventrẽ torminibus ac flatibus infeſtari eſt neceſſe, quibus ſola pugnantium excretio finem imponet. At, cum non nullis venter ad egerendum natura ſit propenſus: alijs aũt ſit ſiccus & ad egerendũ difficilis; vtriq; pro ſua natura ſymptomatis, quæ ab huiuſmodi cibis fiũt, afficiẽtur, cũ venter interdũ quidẽ ſucci, interdũ vero ſolidi corporis facultati opituletur: duabus nanque contrarijs cauſis ſimul cõmiſſis, vnam ſuperare, alteram ſuccumbere alteri eſt neceſſe. Idip ſum aũt ꝓp ventris affectus quoſdã accidit, non natiuos quidem illos, ſed aliquo tꝑe ſubortos. Nunc.n. pituitoſum in eo humorem, nunc bilioſum, aceruari contingit: atque ipſius pituitoſi, alius quidem eſt acidus, alius ſalſus, alius dulcis, alius deniq; sẽſibilis qualitatis eſt expers: rurſũ alius eſt liquidus, alius craſſus, alius viſcidus, alius diſſipatu facilis: Ad hæc humoris bilioſi, alius eſt flauus, alius pallidus: in quorũ vtroq; maximum eſt pro maioris & minoris ratione diſcrimẽ, ut interim alias eius ſpecies prætermittã, quæ in corporibus ægrotantibus apparent. Singuli igitur memorati humores, cum aut ad alui excretionem, aut eiuſdem cohibitionem, plurimum habeant momenti, poſtea quàm integra ciborum memoratorum corpora cum ſuis ſuccis in uẽtrẽ peruenerint, ijs quidem, quæ eiuſdem ſecum ſunt facultatis, ferunt ſuppetias; aduerſantur autem ijs, quæ sũt contrariæ. Supra igitur duas genere cauſas recenſuimus, ꝓp quas ijſdem ſumptis cibis diuerſi in ventre effectus ſequerentur. nũc uerò præter naturalẽ cõſtitutionẽ, & liquidas ſolidasq; τῶν ἐσθιομένων, id eſt ciborũ partes, tertia quoq; adinuenta eſt. Nec uerò, ſiue ἐσθιόμενα, ſiue ἐδέσματα, ſiue τροφὰς appelles, quicquam intererit: ſiquidem tum ijs nominibus, tum etiã his nihilo minus, cibos σιτία & βρώματα appellant. Cui rei teſtis eſt Hippocrates in opere de morbis popu lariter graſſantibus ſcribens ad hunc modũ: Τὰ βρώματα id eſt eſcas ac potus, experiri oportet, an æque diu morentur. Ac rurſus alio loco.* Labor, σιτίον, hoc eſt cibus, potus, ſomnus, uenus, omnia mediocria. De nominibus q dem certe, (quod ſemper prædicamus) nõ oportet nos eſſe ſolicitos: nec, quo pacto quis ipſis utatur, laborare, cum ea præſertim omnia Græcis ſint uſitata: ſed rerum ipſarum ſcientiam conſectari. Alimenta ergo citi tardive tranſitus eſſe comperiunt, aliàs ob naturalem noſtram ab initio conſtitutionem, aliàs ob uentris diſpoſitionem acquiſititiam, non nunquam ob peculiarem aliquam eſculentorum ac poculentorum ſubſtantiam: quãdoquidẽ ex ijs q̃dam humida, quædam ſicca durave ſunt: ceu alia viſcida, alia friabilia ac diui-

2. Epi. Sect. 2. haud lõge à principio.

6. Epi. com. 6. t. 3. 185. e

C lu facilia: nonnulla deniq; acrimoniã in ſeſe hñt, alia acorem, aut amarorem, aut dulcedinẽ, aut ſalſuginem, aut auſteritatem, aut acerbitatem, aut alias, extra has, facultates medicamentoſas eiuſdem gñis cum ijs, quæ purgantibus medicamentis inſunt. Siquidem atriplex, blitum, malua, cucurbita, quia ſunt lenta ac perhumida, alijs quæ talia non ſunt, celerius ſubſidunt, potiſſimum ijs, qui ſumptis, illis in ſolo leniter obambulant, ſenſim modice cedentia: lubricant.n. ſi quis cutiatur, promptius, quàm ſi quietus iaceat. Eodem in gñe ponere quis poſſit mora, dulcia ceraſia, & ex vinis q̃ dulcia ſimul ſunt ac craſſa. Pepones quoque, & quos melopepones vocant, ꝙ humidi ſint ac lenti, ventri ſubducendo ſunt idonei, facultatemq; mediocriter abſtergẽdi hẽnt, & horum maxime pepones: quam facile, ſi ſordidam aliquam partem ijs confricueris, perceperis, protinus nãque cernes, quicquid in ipſa eſt ſordium, abſtergi: ideoq; inter ea, quæ urinã mouent, connumerantur. Porrò inter humida corpora & aquoſa, ſunt, quæ præcocia uocitant, & ꝓſica, & omnino quæcunque nullam guſtantibus ea, aut olfacientibus, qualitatem vehementẽ re præſentant: quæ, ſi quidem uenter ad deijciendum eſt propenſus, non ęgre ſubſidunt: ſin minus, hærent & ipſa ſublimia, nihil ad ipſam excretionem conferentia. Etenim huiuſcemodi ciborũ materia medium quodammodo inter aluum ſiſtentia, & proritantia locum ſortita, exiguũ quid

D in alteram partem affert momenti, ſi in uẽtrem incidat nec ad excernẽdum ualde ſocordẽ, nec ad diſtributionem alacrem ac robuſtum: interdum.n. hæc quoque aluum cohibent. Quin & melicratum, in quibus celeriter diſtribui occupat, nihil aluo ad excretionem confert: quinimmo cibis ſecum commiſtis, ad diſtributionem præit: ꝙ, ſi diſtribui celeriter non anteuertat, ad excretionem, non ſecus ac flaua bilis ſua acrimonia ac mordacitate, irritat. Hoc ergo cibariorum atq; potionum genus duntaxat mordicatione ſua, uentris partes ad expulſionẽ exuſcitat: perſpicuũ autem eſt, ꝙ etiam inteſtinorum ſubſtantiam nomine uentris complectimur, ſic nempe uulgus προγάστορας & μεγαλοκοίλους, id eſt uentre prominulo, & uentricoſos appellat. Alia autem ſunt, q̃ uentrem ſubducunt, ꝙ facultates in ſe medicamentoſas habeant commiſtas, ſimiles ei, quæ in ſcammonia, colocynthide, helleboro, & id genus alijs conſpicitur: horum enim ſubſtantia ex cibo & pharmaco eſt commiſta, ut ſi ipſe in ptiſanæ cremorem ſucci ſcammonij paululum quid inijcias: qui ſuccus, etiam ſi ſenſum quidem ſic effugerit, ſua tamen actione minime latebit, ſed aluum palam ſubducet. Atq; hoc eſſe uidetur quibuſdam, quod ab Hippocrate[a] ‖ dictum eſt, In cibo medicamentum. Alij uerò non ſic modo, ſed de illis quoque[b] † cibarijs intelligi poſſe dictum eius uoluerunt, quæ neque alendi, neque purgandi animalis ullam habẽt facultatem. Hæc enim inquiunt non modo ut alimenta, uerum etiam ut medicamenta, ſępenumero agere, cũ ma

A In lib. de Alim. ad initiũ.

† B *Alſranſlator non habet illam dictionẽ cibarijs.*

niſeſte nos calfaciant,refrigerent,ſiccent, aut humectent: veluti, dum horũ nihil in hominis cor- E
pore efficiant, ſed ipſum tantummodo alant,tum medicamẽti rationem haudquaquam hꝛe.Sũt
aũt ſanè pauciſſima id genus edulia:quotquot verò ea fuerint, alimenti duntaxat rationem pla
nè hñt,corpus eius,qui ſumpſit,in qualitate non immutantia:etenim,quod refrigeratum eſt, aut
calfactum,humectatum aut ſiccatum,ſecundum qualitatem eſt mutatũ:qđ verò ex cibo ad mo-
lem diſſipatæ ſubſtantiæ ſarciendã aĩal ſibi aſſumpſit,ab illo duntaxat,ut alimento,iuuatur.Quã
ob rem, q̃ medij ſunt temperamenti,nullaq́; uincenti qualitate ſunt prædita, ea ſolum ſunt ali-
menta,non ẽt medicamenta:uentremq́; nec ſoluunt,nec cohibent:ſtomacho nec robur, nec im-
becillitatem inducunt:ſicuti ſudores urinamve nec prouocant,nec coercẽt: nec aliam quamuis
diſpoſitionem calidam,frigidam,humidam,aut ſiccam in animãtis corpore ingenerãt, ſed, qua
le animantis,quod nutritur,corpus aſſumpſerant,tale prorſus conſeruant. Verum hoc quoq.lo-
co limitatio quædam eſt utiliſſima,quæ ne ipſa quidẽ à Diocle eſt poſita, ut nec ab alio quouis,
quos mihi adhuc perlegere contigit.Si.n.hominis corpus medij planè ſit temperamenti,per ali
mẽta medij temperamenti eo in ſtatu ſeruabitur:uerum,ſi id frigidius,uel calidius, ſiccius,aut hu
midius fuerit,medij temperamenti cibum & potum perperam exhibueris: quippe huiuſcemodi
corpus quatenus ab exacte media conſtitutione receſſit, eatenus in diuerſum ſtatum traducatur, F
eſt neceſſe:fiet aũt id per præſentis diſtemperantiæ contraria. Contraria autẽ pari interuallo in
utraq; oppoſitione à medio in utranq; partem ſecedunt:ut,ſi corpus tribus(uerbi gratia)nume-
ris à temperata ac media cõſtitutione ad calidiorem ſeceſſerit,totidem cibum quoq; a medij tẽ
peramenti cibo ad frigidiorem ſecedere erit neceſſe:ſin uerò quatuor numeris ad humiditatem
diſceſſerit,totidem cibum mediocri ſicciorem eſſe conueniet. Atque in hoc certe permultos eſt
inuenire,qui de ijſdem cibis ex diametro pugnantia pronuncient. Nuper.n.duo inter ſe concer
tabant,quorũ alter ſalubre,alter inſalubre mel eſſe affirmabat, uterq; ex illato ſibi à melle affẽ-
ctu coniectans,nondum illud intelligentes, q̃ omnes homines non unum ab initio habuerunt
temperamentum:neque,ſi habuiſſent,immutabile ipſum ætatis curſu,aut in temporum anni, ac
locorum commutationibus tueri potuiſſent:ut nunc omittam, q̃ ijdem homines uitæ inſtitutis,
ac uictus ratione natiuum corporis habitum immutant. Ne igitur longe abeam, eorum, qui de
melle inter ſe diſceptabant,alter quidem erat ætate ſenex,& natura pituitoſior,uitaq́; ocioſa,&
cum ad alias omnes actiones,tum aũt ad eas exercitationes, quæ balneum præcedunt, ignauus:
ob eamq́; causã mel ei erat utile:alter uero natura erat bilioſus,& annos natus triginta, in quo-
tidianisque operibus multum ſeſe fatigabat: non ab re igitur in eo mel celeriter in bilem uerte- G
batur,eaq́; ratione ſibi erat nocentius.Noui autem & ipſe quendam, qui de ore uentriculi quæ-
rebatur:qđ cum ab aceruata in eo pituita prouenire,ex ipſius ſermone coniectaſſem,conſuluiſ
ſemque,ut cum″ſinapi betam & porrum ſumeret, eorum ope inciſam pituitam largiter per aluũ A.l.3.f.13.t.
excreuit,omnibusq́; ſymptomatibus eſt liberatus.Idem poſtea, cum poſt eſum ciborum acrium c.33.f.291.d.
non coxiſſet,mordicationemq́; in ventriculo ſentiret,ſumpto rurſus cum beta ſinapi, nõ modo
à mordicatione non fuit leuatus, verum etiam longe deterius habuit: tum protinus admiratus,
quid eſſet, q̃ ab ijs,quæ ante ſummopere iuuiſſent,nunc grauiter læderetur, cauſam ſuſcitaturus
ad me acceſſit.Eos porrò,qui rei medicæ ſunt imperiti,in his falli non eſt abſurdum:verum me-
dicos,qui pleraque,& eadẽ vtiliſſima theoremata prætereunt indiſtincta,quis ferat?Nõ.n.ipſos
ſimpliciter pronunciare conuenit piſces ſaxatiles permultis quidem concoctu eſſe faciles, non
nullos uero reperiri,qui bubulam facilius conficiant,ſed vtroſq; diſtinguere: quemadmodũ de
melle non ſimpliciter pronunciare,ſed ſimul adijcere,quibuſnam ætatibus,naturis,anni tempo
ribus,regionibus,ac uitæ rationibus utile ſit,aut noxium:verbi gratia, q̃ calidis & ſiccis ſit aduer
ſiſſimum: frigidis verò ac humidis vtiliſſimum, ſiue ea temperies eis ſit naturalis, ſiue acceſſerit
propter ætatem, ſiue propter regionem, aut anni tempus, aut uitæ conditionem.Itaque ad præ- H
ſentem ſpeculationem ſumme neceſſarium eſſe videtur hominum pariter ac ciborum tempera
menta conſideraſſe.Porrò,qualia nam hominum ſint tẽperamenta, & qua ratione ea dignoſce
re conueniat,in commentarijs,quos De temperamentis ſcripſimus,ceu vtiq; & de medicamẽ-
torum temperamentis,in ijs,quæ de illorum facultatibus prodidimus, abunde diximus: in præ-
ſentia verò tempus expoſcit,vt alimentorum temperamẽta exequamur,ea methodo,qua libro
De victus ratione ſunt ſcripta,qui eſt,vt non nullis placet, Hippocratis, vt alijs, Philiſtionis,aut
Ariſtonis,aut Euriphontis,aut Philitæ,omnium antiquorum virorum. Initium aũt ipſius in non
nullis quidem exemplaribus eſt: ″Ciborum omnium ac potuum facultates,tum naturales, tum
Principium ſecundi libri de Dieta. arte accitas,ſic dignoſcere oportet:in alijs autem hoc. Locorum autem omnium ſitum ac natu-
ram ſic oportet dignoſcere.Cum ergo ſeorſum libellus hic circũfertur,De ratione victus inſcri-
bitur,eſtq́; ſecunda pars,cum opus totum in partes tres ſit diuiſum: cum verò totus vnicus & nõ
diuiſus,ex tribus conflatus inuenitur, De natura humana & victus ratione inſcribitur. Secunda
igitur pars,in qua agitur de cibis,non ab re forte Hippocrate digna putabitur: ſed prima quam
plurimum ab Hippocratica ſententia recedit:verũ id quidẽ præter inſtitutum,obiterq́; ſit dictũ.
Cuiuſcunque autem memoratorum virorum fuerit, omnem in cibis victus rationẽ ad vniuerſa

lem

Alem quandam methodum videtur reuocare. Qui enim hordeum natura frigidum, & elixatione humidum eſſe didicerit: ſciueritq; corporum temperamẽta, tum naturalia, tum alicuius affectus occaſione acquiſita, dijudicare; is rite non tantum ſanis corporibus, verum ẽt ęgrotantibus, hordeum edendum exhibebit: pręterea & cataplaſmatibus ex hordeacea farina percommode ũtetur, qui & corporis, & hordei temperamentum tenuit. Nec verò ſatis fuerit principaliſſimam ac primam cuiuſque cibi temperiem nouiſſe, ſed (vt in libris de medicamentis mõſtratũ eſt) eas quoque, quę hanc ſequuntur qualitates callere oportet, vt quæ & ipſæ ſunt vtiliſſimæ, multæ q. dem, ſi non omnes, in ſaporibus, quædam autem etiam in odoribus. Quòd. n. vnum quodque ex tanto calido, frigido, humido, & ſicco, quodammodo eſt temperatum, idcirco hoc dulce, illud amarum, ſalſum, acerbum, auſterum, acrevè apparet: ἁλυκὸν autem nihil aliud eſt, quàm ἁλμυρὸν id eſt ſalſum: nam vtraq; voce res vna declaratur. Item acerbi & auſteri commune genus eſt, qđ Græci σύφον, hoc eſt adſtringẽs, appellamus. Cæterũ in quarto libro De ſimplicium medicamẽtorum facultate, de omni ſaporum genere copioſiſſime diſſeruimus: quem certe librum neceſſe omnino eſt eum perlegiſſe, qui ea, quæ in præſentia à nobis dicũtur, eſt aſſecurus, vt ne, quæ ſemel de ijs dicta ſunt, in hiſce libris identidem repetere cogamur. Ergo ciborum nõ nulli quidẽ
B (quemadmodum haud ita pridem commemorauimus) ſi quis eos guſtauerit aut olfecerit, nullã inſignem ac manifeſtã qualitatem præ ſe ferũt, quos ſanè ἀποίους, & ὑδατώδεις, id eſt qualitatis expertes, & aquoſos nominant: alij autem manifeſtiſſimam hñt aſtrictionem, aut congenitam dulcedinem, aut acrimoniam: ſicut non nulli quoque ſalſiores, aut amaritudinis quidpiam hñre perſpicue cernũtur. Quare perſpicuum eſt cibos eiuſmodi eandem cum ijs medicamentis habere facultatem, quibus cum ſapore conueniunt. Cæterum in commentarijs de medicamẽtis, cauſam explicuimus, quamobrem adſtringentia quædam non eadem cum alijs adſtringentibus in corporibus agant, vt aloe, æs vſtum, atramentũ ſutorium, flos æris, ſquamaq́ue, & chalcitis. Etenim, q in quoque iſtorum adſtrigenti facultati ac ſubſtantiæ alia quæpiam eſt admiſta, euenit, vt opera, quæ ſigillatim edunt, immutentur: perinde, ac ſi malo cydonio ſcammoniam intus miſcueris: quod vtiq; interdum facimus, partes mali, quæ circum ſemen ſunt, exculpentes, deinde cauitatem ſcammonia implentes, deinde circumlinentes ac aſſantes, atq; ita malum mandẽdũ exhibentes. Quod nanque hunc in modum præparatum eſt, abſque ſtomachi ſubuerſione aluũ ſubducit, facilitate nimirum purgatrice, quam malum ipſum à ſcammonia acquiſiuit, in ipſo vincente, propria aũt ipſius mali manente: alioqui nec iucundum, nec adſtringens, nec ſtomacho eſ
C ſet utile. Ad eum igitur modum cibaria quædam facultatem quampiã hñt in ſe ipſis admiſtam, cui aut purgare, aut aliud quippiam agere, ſit naturale: in quibus non eſt dubitãdum, quin ſaporum facultates actionem ſuam, quam à natura hñt, efficiant: in quo. n. qualitas ineſt aſtringens, ipſa, quantum in ſe ipſa eſt, vicina corpora cogit, conſtringit, ac refrigerat. Idem aũt corpus nõ nunquã alias ſui partes calfacientes, alias refrigerãtes, hñre poteſt (vt in libris De ſimpliciũ pharmacorum facultatibus demonſtrauimus (natura ſcilicet eas ita permiſcente, vt medici quidem frigido cuipiam pyrethrum aut piper interdum commiſcent. Hæc certe (uti diximus) in cõmentarijs de medicamentis copioſiſſime pertractata, his, quæ nunc à me docẽtur, ſunt utiliſſima: nã, qui hæc ante didicerit, modum reperiet, quo cibos omnes ſigillatim apparere queat. Nam nos quoq; τωτλοφακὴν, id eſt ex beta & lente edulium, non nunquam damus; atq; ante nos Heraclides Tarentinus multis non tantum inculpata ualetudine fruentibus, uerum etiam malo aliquo affectis ſæpe exhibebat. Primum ergo betarum copiam, deinde, cum condimus, aut ſatis pluſculum aut dulcem garum ei injicimus: † [a] ſic nempe aluum magis ſubducit: Sin minus uis ſubducere, lentẽ excorticatam bis decoquito, aqua uidelicet priore effuſa, de in ſalis aut gari portiũcula addita aliquod eorum, quæ aluum modice ſiſtunt, injicito (puta acetum,) ea menſura, ut guſtum
D non offendat: ita. n. iucundiſſimum atq; utiliſſimum effeceris pharmacum, & cibum non paucis eorum, qui diuturna diarrhœa conflictantur. Porrò dixi, non paucis, non omnes complecti uolens: nam hic quoque limitationum eſt uſus, per quas eorum, qui diarrhœa iampridem laborãt affectus inuenientur. Omnino. n. nullius rei vires experientia commodè explorabis, niſi prius p. rationem ad unguem compertum habueris affectum, cui applicatur, id quod exploras, ſiue ſit cibus, ſiue potus, ſiue medicamentum: † [b] quippe affectuum cognitio eſt materia remediorum, nõ ipſorum remediorum cognitio. At, quoniam fieri non poteſt, ut, niſi quis materiarũ, quibus utimur, facultates exacte calleat, illarum ope egentibus ſuccurat, neceſſe eſt, ut alibi de pharmacorum, ita hoc quoque loco de alimentorum facultatibus diſſeramus: Cognitio autem horum uix tãdem longo tempore recta nobis accedit: quam conſequimur cum ex certa definitaq; experiẽtia, tum ex habituum, ſaporumq́; natura † [c] quæ duo rebus, quas examinamus, inſunt: ad hæc ex conſiſtentia, quam hñt ſecundum lentorem, aut friabilitatem, aut laxitatem & denſitatem, aut leuitatem & grauitatem: hæc enim omnia ad ipſarum inuentionẽ adeo conferunt, ut, cum in peregrinam regionem perueneris, ſi quid eſculenti nũquã prius tibi conſpecti offenderis, permultas ſis occaſiones atque adiumenta ad eius facultatem pernoſcendam habiturus. Cæterum, quę Meſuẽus de radicibus, caulibus, folijs, fructibus, ſeminibusq́; prodidit, non certam ualde ha-

A † *Aut interpres magis. n. ſubductiuus eſt iſte videtur antẽ legiſſe* ὑπακτικὸ ἕτερος γάρ οὗτος. *hic enim garus magis ſubducit aluum.*

B † Locus hic ex vetuſto cod. græco reſtituendus eſt, in quo legit ὕλης γὰρ ἐστὶν βοηθημάτων, ἡ τῶν τοιούτων γνῶσις οὐκ ἄν τῶν τῶν βοηθημάτων i. materie. n. auxilio rum, non ipſorum auxiliorũ eſt talium rerũ cognitio. Senſus autẽ eſt, q cibi potus & medicamẽti notitia nõ eſt cognitio remedij, ſed materiæ remedij: tũ. n. illa materia efficitur remedium, cum opportune adhibetur, quæ ſententia Gal. eſt familiariſſima.

C † *Quos habere videntur ea quæ examinantur.*

bent dignotionem,ſi experientia definita ipſa exploraris:quod ex ijs,quæ ſequentur,fiet manifeſtum:ſtatui.n.de cibis ſingulis ſeorſum pertractare.Quòd ſi tractatus ipſe longior erit,poterimus ipſum poſtea alio quodam minore libello perſtringere,qui ijs,qui artem callent,utilis erit: quandoquidem exercitatio ſola ac doctrina,quæ per diffuſam enarrationem traditur nos artifices reddit.Ideoque nō inſcite illud mihi vulgo dici uidetur,optimam eſſe doctrinam, quæ uiua uoce traditur,neque enim quēquam ex libro nauclerum,aut alterius artis opificem euadere:libri enim ſunt ijs,qui ante eruditi fuerunt,monimenta,non rudium & indoctorum doctrina per fecta.Quòd,ſi qui ſint,qui præceptoribus careāt,uelintq́; ijs,quę plane ac*copioſe ſunt ſcripta, (qui nobis ſcribendi mos eſt)diligēter incumbere,magnum ij fructum capiēt, potiſſimum ii ea relegere identidem non grauentur. E

* κατὰ διέξοδον.

De Tritico,& panis ſpeciebus. CAP. 2.

HAud iniuria medicorum plurimi præſentem doctrinam à tritico mihi uidentur auſpicati, quando cum apud Græcos omnes, tū barbarorum plurimos,ſemen hoc & frequētiſſime & ſumma cum utilitate uſurpatur. Inter tritica autem plurimum habent alimenti, quæ denſa ſunt, totamq́; ſubſtantiam habent adeo compacta, ut dentibus uix diuidi queant, talia.n.exigua mole,corpora plurimum nutriunt:quæ uerò ijs ſunt contraria,quęque dentibus quidem facile franguntur,fractaq́; rara,ac laxa apparēt,magna mole exiguum reddunt alimētum.Quòd, ſi utrorumq́; parem modum pendere libuerit,quæ denſa ſunt multo grauiora eſſe cōperies:hęc autem ſunt colore etiam laxis flauiora. Explorare autem horum naturā nō ſimpliciter oportet, ſuperficiem externam duntaxat contemplando,ſed diuidendo quoque,ut diximus,ac frangendo:multa.n.quæ extrinſecus flaua ac denſa fuerūt uiſa,rara intus ac laxa,albaque apparuerunt. Hæc ſane furfuris habēt plurimum:&,ſi quis poſtea,quàm molita ſunt,tenuiſſima farina excuſſa,ex reliquo panes,quos πιτυρίας,id eſt furfuraceos appellant,fecerit,parum quidem ipſos alere,uentrem uerò multis excrementis implere experietur,ob eamque cauſam facile etiam ſubſidere:præterea,q̄ furfur nō nihil facultatis hēt deterſoriæ,merito inteſtinis irritatis,celeris eorū fit deiectio. His autē contrarij quidem ſunt panes puriſſimi,plurimum pōderis exigua mole habentes:omnium uerò panum tardiſſime deijciūtur.Videbis ſanè iliorum maſſam admodum lētam,ita,ut quàm longiſſime indiuulſa trahatur:quod corporis lenti eſt proprium.Meritò igitur ij quidem & fermento copioſiore indigent:omniumque maxime ſubigere eos oportet, nec ſtatim poſt fermētum & ſubactionem aſſare:furfuraceis uerò paucum fermentū,& lenis ſubactio, breueque interuallū ſufficit.Pari modo,qui puri ſunt,aſſationem diuturniorem,furfuracei breuiorem poſtulāt. Porrò nō pauca eſt inter puriſſimos ac ſordidiſſimos,minoris maioriſq́; ratione latitudo,cum alios quidem puros,alios ſordidos & uocemus,& re uera ſint.Eſt autem & alia panum ſpecies inter hos planè media,quos ἀυτοπύρους appellāt:medici autem ueteres ipſos nominabant συγκομισοὺς.Cęterum,q̄ hi fiant ex farina ſecretionis experte,furfure ſcilicet à pura farina non ſeparato,omnibus id eſt perſpicuum:illinc enim nomina ipſis indiderūt,ἀυτοπύροις quidem,q̄ ὅλος ἀυτὸς ὁ πυρός,id eſt totum ipſum triticum nulla ſui parte adempta in panificiūcedat: συγκομισοὺς autē,quòd ad ipſos conficiēdos tota farina nuſquam à furfure ſeiūcta συγκομίζηται hoc eſt,comportetur, Verum & inter hos ipſos,qui ad unguem medij inter furfuraceos, & quā puriſſimos panes eſſe uidentur,non parua eſt pro tritici natura differentia:ſiquidem ex dēſo ac graui tritico præſtantiores,ex laxo autem ac leui panes fiunt deteriores.Et apud Romanos quidem,ut & apud alios propemodum omnes,quibus ipſi imperāt,panis quidē puriſſimus σιλιγνίτης,id eſt ſiligineus:qui autem huic eſt proximus,σεμιδάλιτης, id eſt ſimilaceus,nūcupatur; uerū σεμίδαλις quidem græcum nomē eſt & antiquum: σιλίγνις uerò neque græcū eſt,neque ipſum aliter poſſum exprimere.Inter panes igitur,ſiligineus plurimum alimentum præſtat:poſt ipſum autem ſimilaceus: tertio loco medius,qui & σιγκομισός,& ἀυτόπυρος dicitur : quartum poſt hunc eſt ſordidorum genus,in quibus furfuraceus eſt poſtremus,minimumq́; omnium nutrit, & omnium maxime per aluum ſubſidet.Concoctu autem inter panes ſunt facillimi, qui plurimū sūt fermentati,& pulcherrime ſubacti,quique in clibano igne moderato fuerūt aſſati:nam ignis ardentior primo ſtatim occurſu ſuperficiem externam circumurens,in teſtę modum indurat,accidit q́; duplici nomine prauum panem fieri : priori quidem,q̄ partem internam habeat crudam atque illaboratā:poſteriori uerò,quòd externā ſiccam habeat,ac pręaſſatam,& teſtaceā.Porrò ignis moderato remiſſior panem minus belle elaborat,ſed ipſum crudiorem relinquit,& maxime partem omnem eius internam.Qui autem in igne moderato,longiore ſpatio,per totos ſe ipſos æquabiliter aſſati fuerint,ij tum belliſſime in ventriculo concoquentur,tum ad cęteras actiones,q̄ coctionem conſequuntur,erunt accommodatiſſimi.Peſſimi autem panes ij ſunt habendi, quibus nihil memoratorum ante,adeſt. Cum autē iam fines probitatis & prauitatis in panibus conſtitueri mus,nemo iā eſt,qui nō uel tacētibus nobis facile intelligat, alios eſſe panes,qui aut optimis,aut deterrimis ſint propinqui,alios porrò ab illis lōge diſcedere, tū alios quoſdā inter utroſq; hos locū mediū obtinere.Proinde,quēadmodū prius de melle admonuimus nō ſimpliciter eſſe pronūciādū ipsū ſalubre eſſe,aut inſalubre,ſed pituitoſæ q̄dē naturę,hoc eſt humidiori ac tri- F G H

A.I.1.f.3.d 2. c 7. fol. 61.g

A ac frigidiori, q̃ fit tẽperata, ipſum eſſe ſalubre: nec minus etiã, ſi ea natura tñ fuerit frigidior ſine multa humiditate, aut humidior ſine multa frigiditate: calidis autẽ temperamentis, ac his multo magis calidis & ſiccis haudquaquã ipſum conuenire: ita panũ quoq; is athletæ quidem eſt accõmodus, qui neq; belliſſime eſt aſſatus: neq; multũ hẽt fermenti: priuato autem & ſeni, qui belliſſime quidem in clibano eſt aſſatus, fermenti autem habet multum: porrò qui fermẽto omnino caret, nemini prorſus eſt accõmodus. Quòd, ſi caſei aliquid inſuper addatur (ut ruſtici apud nos feſtis diebus ſolent apparare, eosq; panes ipſi uocãt ἀζύμους, i. fermenti expertes) eiuſmodi prõpte omnes lędũtur, etiam ſi qui fortiſſimo ſint corporis habitu, cuiuſmodi ſunt meſſorum ac foſſorum robuſtiſſimi: ab his nanque facilius confici uideas panes ἀζύμους, ut bubulam etiã, ac hircinã, quàm à grauibus athletis: quid.n. iam loquar de ouilla aut caprina? In Alexãdria uero aſinina quoq; ueſcuntur: ſunt, qui & camelina: ad ipſarum.n. coctionem non nihil confert tum conſuetudo, tũ uero non minimũ earũ carniũ, quæ ſumũtur, parſimonia, ac deniq; ipſa totius corporis inanitio, quæ illis neceſſario accidit, qui toto die in priuatis operibus ſeſe cõficiũt. Carnes.n. inanitæ rapiunt ex ventre ſuccum non modo ſemicoctum, ſed non nunquam ẽt omnino crudũ atque incoctum, cũ cibo ſumpto operibus ſeſe reddiderint: ob eamq; cauſam ii grauiſſimis mor

B bis poſtea prehenduntur, & ante ſenectam intereunt. Quę cum vulgus ignoret, illos ob corporis robur beatos prædicat, cum ea eſſe & concoquere ipſos uideat, quæ nemo noſtrum neq; edere queat, neque coquere: Quod autẽ eorum pleriq́ laboribus ſeſe cõfecerunt, à prauis cibis minus lædantur, in cauſa eſt, q̃ ijs ſomni ſint profundiores, quæ res ad coctionis multũ ipſis adfert momẽti: quòd, ſi ipſos plures ordine noctes in ſomnes ducere coegeris, morbo ſtatim corripiẽtur. Illi unicũ hoc ad prauos cibos coquendos habent commodum: athletæ uero alimentis quidem utũtur optimi ſucci, ſed craſſi acuiſcoſi, illi ſanè, qui inter ipſos ſunt graues: quo nomine paleſtritę potiſſimum, nunc uerò & pancratiaſtę & pugiles, ita appellantur. Cum.n. id ſolum eis ſit propoſitum, ut ad certamina ſeſe comparent, in quibus interdum totũ diem aut luctari, aut παγκρατιάζειν coguntur, idcirco cibo indigent corruptu ac euaporatu difficili: talis autem eſt, qui ſuccum habet craſſum ac uiſcoſum, cuiuſmodi potiſſimum eſt cibus ex carnibus ſuillis & panibus (ut diximus) apparatis, quibus ſoli uere athletæ ueſcuntur. Quod, ſi quis priuatus, & ab exercitatione alienus eodem cibo uti uoluerit, celerrime in morbum plenitudinis incurret, Græci uocẽt πληθωρικόν: quemadmodum, ſi homo utens exercitationibus, oleribus ac ptiſanę ſucco aleretur, totum ſuum corpus celeriter labefactarit ac confecerit. Porrò, ſi quis noſtrum panibus illis utaẽ,

C quibus dixi athletas uti, ſuccus ex eis abundabit craſſus ac frigidus, qualem proprie crudum ſuccum nominare conſueuimus. Eſt ſanè & pituitæ ſuccus crudus & frigidus, non tamen craſſus, ut qui humiditatem multam habeat & ſpiritum flatulentum: crudus autem ſuccus proprie nuncupatus, talis eſt, quale id apparet, quod in urinis ſubſidet quãdoque puri adſimile: uerum pus & graueolens eſt & lentum, crudus uero ſuccus craſſitie & colore illi duntaxat eſt ſimilis, ut qui neque graueolens eſt neq; lentus. Non tamen febricitantibus quidem ex crudorum humorũ copia ſolis in urinis ſubſidet, cuiuſmodi dixi, ſed & ſanis, qui poſt multos exãtlatos labores cibos duros, ac confectu difficiles eſitant. Verum de alijs quidem poſtea tractabimus: nunc uerò, quoniã de panibus primo ſtatuimus differere, ijs, quæ à nobis dicta iam fuerunt, hæc adijciamus. Omnium

A. l. 2. t. 2. ca. 365. fo. 159. d

quidem optimi ſunt clibanitæ, ad eum, quem præſcripſi, modum tum aſſati, tum ad aſſationẽ p parati. Proximi autem ipſis ſunt, qui †in minori furno aſſantur, ἰπνῖται nuncupati, eodem uidelicet, quo prædicti, modo præparati: ſed, quia in profundo non ſimiliter aſſantur, ob id ab ipſis bonitate ſuperantur. At, qui ſuper craticulam, aut cineres calidos, aut foci pauimentũ ceu clibanũ aſſantur, praui omnes ſunt ut qui inæqualiter ſe habeant: nam partes ipſorum extimæ ſupra modum ſunt aſſatæ, intimæ autem crudæ. Cæterum ijs, quos propterea, q̃ cineribus tecti aſſant, ſub

D cinericios nuncupant, cineres ipſi prauitatem aliquam aſpergunt: quapropter omniũ panũ hos (ſi ipſis cætera omnia ante pariter adfuerint) quod ad aſſandi ſaltem modum attinet, propemodũ dixerim eſſe deterrimos. Oportet.n. ſemper ea de quibus agitur, ita accipere, ut, quæ inter ſe comparantur, in illis duntaxat, de quibus agitur, mutuo diſſideant: quandoquidem, ſi, quæ pluribus inter ſe modis diſcrepant, contuleris, quę de ſingulis ipſis membratim & ſeorſum dixeris, ea omnia collecta habebunt. De panum igitur differentia abunde ductum eſt.

† *Furnacei, melius ſic Plinius, & Athenæus. Nam clibanitæ minori furno, ἰπνῖται in maiori coctili nũcupantur.*

De Placentis, quæ ex farina triticea fiunt, Græci πέμματα *vocant.* CAP. 3.

DE alijs autem placentis, quæ ex triticea farina parantur, dicere nũc fuerit opportunũ. Ergo quos Attici quidẽ τηγανίτας, nos autẽ Græci, qui Aſiam colimus, τηγανίτας, appellamus, parantur ex ſolo oleo. Oleum quidem ſolum in ſartaginem igni fumi experti impoſitam inijcit: quod ubi incaluerit, triticea farina multa aqua imbuta ei adfunditur: quæ celeriter, dum cum ipſo oleo coquitur cogitur ac denſatur inſtar caſei teneri in calatho concreſcentis: tũc autem iam ipſam uertunt, ſuperficiem quidem ipſius ſuperiorem infra conſtituentes, ut ipſa ſartaginem ẽt tangat, quod uerò prius erat inferius, quodque abunde iam eſt coctum, ſurſum in ſublime tollentes, ut iam ſit in ſuperficie: &, cum iam, quod modo infra eſt, concreuerit, poſtea uertunt ipſam bis forte aut ter, quoad tota placenta æqualiter ipſis cocta uideatur. Perſpicuum ſanẽ eſt,

quòd ipſa quidem crassi eſt ſucci, quodq; vētrem cohibet, & ſuccos crudos gignit: quapropter & à quibuſdam mellis quidpiam ei admiſcetur: ſunt, qui & ſalem marinum miſcent. Fuerit autē iam id quidem placētæ genus quoddam, aut ſpecies, aut quocunq; modo appellare libeat: quē admodum & alias quaſdam placētarum ſpecies, tum ruſtici homines, tum vrbanorum pauperrimi, ex tempore componunt. Itaque, quæ πέμματα ἄζυμα in clibano aſſant, atq; mox, quàm extracta ſunt, in mel calidum, ut id in tota ſeſe recipiant, inijciunt, placētæ etiam ſunt genus quoddam: præterea omnia, quæ cum melle ex itrijs apparantur. E A. ibidem.f

De varia Itriorum compoſitione. CAP. 4.

DVplex autem eſt Itriorum ſpecies, præſtantior quidē, quam rhyemata: deterior vero quā lagana appellant. Igitur omnia, quæ ex his ac ſimilagine componuntur, craſſi ſunt ſucci, & tarde permeant, iecorisq; meatus, per quos fertur alimentum, obſtruunt, lienis imbecillitatē au gēt, calculos deniq; in renibus gignunt: quòd ſi cocta belle fuerint, atq; in ſanguinem mutata, admodum nutrient. Quæ verò cum melle parantur, miſtam habent facultatē: cum.n. mel ipſum ſuccum habeat tenuem, & ea, quibus cum miſcetur, tenuet, factum meritò eſt, ut, quæ mel copioſius, dum parantur, aſſumpſerint, quæq; diutius cocta fuerint, & minus tarde permeent, ſuccūq; ex tenui & craſſo miſtum generent: iecori verò, renibus, & lieni, in recte quidem habentib⁹, ma F gis, q̄ ea quæ ſine melle parata ſunt, conducant: in ijs vero, qui obſtructionis principium habēt, aut inflammatione, aut ſcirrho ſunt obſeſſi, nihil minus, quā illa noceant: nonnunquam ēt lōge grauius: & multo omnium maxīme, quorum farina fuerit admodum lenta: ſuccus nanq; qui ex ijs proueniet, nō modo p̄p craſſitiem ferri prorſum inhibetur, verum ēt intrinſecus anguſtis vaſorū finibus circunfixus adeo impingitur, vt haud facile ſolui queat; atq; ita viſcus leſum ijs, qui ita ſunt affecti, ſenſum ponderis exhibet, ciborum ac potuum tenuantium ope indigens. Scripſimus autem alibi vno libro De victu attenuante. Nihil tī eorum, quæ ita ſunt parata, neq; thoracem, neq; pulmonem offendunt. Verum de edulijs quidē, quæ craſſum ac lentum ſuccū generant, alio loco poſtea diſſeremus: ſermo aūt, qui nunc in manibus eſt, poſtulat, ut cùm alia, quæ hactenus expoſuimus, memoria teneas, tum inter ea omnium potiſſimum, panum facultatem, p̄ eis aſſidue vtamur: nec ſanè obſuerit, quæ de ipſis diximus, ſummatim repetere. Optimus certe panis ac ſaluberrimus fuerit homini, neq; iuueni, neq; exercitationibus dedito, qui tum ſalis, tū fermēti habet plurimum, quiq; plurimum ab artifice, antequam formetur & aſſetur, ſit ſubact⁹, & (vt ſupra diximus) in clibano mediocriter calido aſſatus. Modum vero fermenti ac ſalis guſtu iudicato. quod nanq; in largiori horum miſtura iam offendit, prauum. Quatenus igitur guſtus G nullum adhuc ſenſum triſtem ex ea miſtura percipit, eatenus ipſorum copiā augere præſtiterit.

De Pane loto. CAP. 5.

Abluendi panis huius rationem ex Antillo indicauit. Oribaſius lib. 4. colle c. ult. quē ſecutus Auicenas li. 2. minus feliciter illud præſtitit.

PORRÒ, qui panis abluendi rationem excogitarunt, minoris ſanè alimēti cibū, ſed qui ab obſtructionis noxa abſit, quoad licet, longiſſime, inuenerunt: ſiquidem panis hic ſuccum habet minimum, craſſum, ac lentum, vt qui ex terreſtri aereus ſit factus. Eius porrò leuitas apparet, cum per ſtateram, tum p̄ in aqua nō ſubmergatur, ſed inſtar ſuberis ſupernatet. Cæterū id eduliū, qd̄ ruri apud nos coquunt, p̄ ex multa triticea farina lacti miſta conſtat, ſcito ex ijs eſſe, quæ intus obſtruunt. Vt igitur cibi hmōi omnes boni ſunt ſucci, & multi alimenti, ita eos, qui ipſis aſſidue utuntur, lædunt obſtructiones in hepate parientes, & in renibus calculos gignentes. Cum.n. humor crudus lentorem aſſumpſit, & tranſitus per renes quibusdā natura ſunt auguſti, ibi, qd̄ craſſiſſimum eſt, ac maxime lentum, diutius moratum, πῶρον, i. tophum, prompte gignit: cuiuſmodi in vaſis, in quibus aquam calfacimus, accreſcit, aut ad ſaxa affigitur in pleriſq; aquis calidis ſpō te naſcentibus: confert autem ad id maxime renum ipſorum temperamentum, qñ ipſorū calor acris fuerit, ac velut igneus. Ex eo aūt genere ſunt, & πῶροι qui in arthriticis generantur: fluit.n. ſemper, quod in corpore redūdat, in partes imbecillimas, pro ſuaq; ipſius natura in ipſis affectū H excitat. Cæterum, cum poſtea de lacte agemus, de omni ipſius vſu trademus, quemadmodū certe & de cibis incraſſantibus: quandoquidem & alia quædam ſunt, quæ eam habent facultatem, A. l.2.t.1.ca. 565.fo.159.c

De Alica, ſeu Chondro. CAP. 6.

ALICA ex genere eſt tritici, ualenterq; nutrit, ſuccum lentum hēt, ſiue, in aqua duntaxat coctam, cum mulſo, aut uino dulci, aut etiam adſtringente (nam his quoq; ſuo proprio tē pore vtimur (ſiue cum oleo, ſaleq; frixam ſumas. Nonnunquam autem & acetum illi inijcitur atq; præparatam eo modo alicam, medici ptiſanæ confectionem fuiſſe dictitant: quidam autem dñt ex alicæ ptiſana ægrotum fuiſſe cibatum: ueterum uerò nonnulli, ut Diocles & Philotimus, ptiſanam triticeam, alicam hoc modo ſtructam appellitant. Quapropter eius nomē apud antiquos eſt rarum, quemadmodum & nomen ſitanij: ipſum.n. communi appellatione triticum nūcupār. Dictū porrò eſt in libro Hippocratis De rōne uictus* panes ex alica factos plurimi eſſe alimēti, ſed minus ſubſidere: præterea ſimilaginē & alicam coctam ualentis ac multi eſſe alimēti: proinde uſum huius multū uitare conuenit, eiſq; potiſſimum, quibus iecur facile obſtruitur, aut renes calculis gignēdis ſunt appoſiti. Maxime præterea intentos eſſe cōuenit de ijs ſorbitionibus, quæ ex alica lota nuncupata parātur: ſuccus nanq; ipſius hic eſt aquæ commiſtus, qui, cum coctionē A. l.2.t.1.ca. 198.fo.122.d

lib. 2. de Diæta

poſtulet

A poſtulet plurimam,præparãtibus quidem ipſum,quaſi ſatis coctus ſit,imponit:ægrotos verò,q̃bus ipſum parant,lædit non minimum,celeriter.n.q̃ inſtar glutinis ſit lentus,concreſcit ac denſatur.Oportet igitur ipſum multa aqua admiſtum ſuper carbones coquere,plurimum mouẽdo quoad exacte coctus fuerit:tum vero ſalis quidpiam etiam injicere:oleum autem ẽt ſi initio ſtatim immiſcueris, nihil fuerit incommodi. Sed id quidem obiter ſit dictum:ad medendi.n.rationem,non ad præſens inſtitutum,pertinet.Quòd ſi quando ſani ob vehementem ventris mordicationẽ:ſiue ob bilioſi humoris multi tranſitũ,ſiue ob aliud id genus,ſorbitione eguerint, ijs alicam plurimum coctam,vſque dum extabuerit, deinde colatam,atq; ita comparatã, vt ptiſanæ ſucco colato ſit perſimilis,ſorbendam tunc exhibeto.Eadem autem lotæ alicæ parãdæ eſt ratio.

De Tritico in aqua elixo. *CAP. 7.*

NIſi ipſe aliquando triticum in aqua elixum comediſſem,nunq̃ aliquẽ eius vſum in cibo eſſe credidiſſem:neq;.n.fame graſſante,ad hunc vtẽdi modum quis acceſſerit,cum ſupp etẽte tritico panem ex eo facere poſſit:in cœna verò,quemadmodũ elixum frixumve cicer,& alia quædam ſemina ſimiliter parata,pro tragematibus,quæ vocant, ſumuntur, ita triticum elixum à nemine ſumitur: ob eas ſanè cauſas nunquam credidiſſem quempiam triticum elixum eſitaſ-
B ſe.Cum autem & ipſe aliquando rus procul ab urbe cum duobus adoleſcentibus meis equalib⁹ profectus ruſticos iam cœnatos deprehẽdiſſem,& mulieres ſeſe,vt panem facerent, accingere (pane.n.carebant)vnusq; ex ipſis repente triticum in ollam coniectum coxiſſet,deinde ſale mediocri conditum, ut ederemus eſſet hortatus,(cogebamur autem id facere,vt par eſt,qui nimirum iter confeceramus,atq; eſuriebamus,)abunde certe comedimus,pondus tamen in uentriculo ſenſimus,vt lutum ipſi incumbere videretur. Et, cum poſtero die non coxiſſemus,totũ diẽ cibum ita faſtidiuimus, vt nihil edere potuerimus: præterea flatulento ſpiritu eramus pleni,caputq; dolebat,& oculi caligabãt:neq;.n.per aluum quidquam excreueramus,quod vnicum incruditatibus eſt remedium. Rogabam igitur ruſticos,num & ipſi aliquando elixum triticũ ediſſent,tum quò nam pacto fuiſſent ab illo affecti: illi verò & eſitaſſe frequenter,eadem,qua nos, neceſſitate compulſos reſponderunt, triticumq; ita præparatum graue" & cõcoctu difficile eſſe edulium:quod ſanè vel citra experimentum colligi facile poterat.Quando.n.ne ipſius quidem ſumpta farina(vt ante retulimus)concoctu ſit facilis,niſi per ſalem,fermentum,miſturam,trituA.l 3.f.14.t.2 c.19.fo.309.g rationem,clibanumq; elaborata fuerit,quis nõ intelligat illaboratum triticum eſſe contumaciſſimum? Vires tamen triticum habet magnas, ſi ſic ſumptum concoquatur,nutritq; valide corp⁹
C ac robur inſigne ijs,qui ipſo uſi fuerint, conciliat.

De Amylo. *CAP. 8.*

AMylum ex tritico conficitur, partes exaſperatas læuigandi vim obtinens, q̃ ſubſtãtijs omnibus conſiſtentia ſiccis eſt communis,quæ neq; "aſtrictionem,neq; acrimoniã,neq; aliã
A.l.2.t.2. ca. 59. fol.105.d quamuis facultatem habent inſignem:quas ſubſtantias iure ἀποίους,i.qualitatis,quę ſenſu deprehendi queat,expertes,appellant,qualis inter humidas ſubſtantias eſt aqua.Cæterum amylum ſimilem panibus lotis habet facultatem:minus.n.his nõ lotis corpori præbet alimentum,& non calefaciens,ueluti neq; calefaciunt etiam illi,cum cæteri panes calefaciant.Quod uerò ad triticum in aqua elixum attinet,cum eo amylum ne conferendum quidem eſt,cum palàm id tũ calfaciat,tum valenter nutriat,ſi concoctum fuerit:id quod factu(vt diximus)eſt difficile.

De Hordeo,& quomodo optima Ptiſana paretur. *CAP. 9.*

HOc item ſemen in vſu frequenti apud homines eſt,quod non eandem cum tritico habet facultatem;ſiquidem illud palàm calefacit: hoc uerò non modo nõ calefacit(quo modo nõ nulla,quæ in medio ſunt calefacientiũ & refrigerãtium,vt amylum,& panis lotus)ſed, quoquo modo ipſo utare,ſiue panes ex ipſo feceris,ſiue ptiſanam coxeris, ſiue ἄλφιτα.i.polentã feceris,
A.l.2.t.2.ca. 530.fo.155.b D vim quandam refrigerandi habere cernitur. Diffidet prẽterea à tritici natura,ſucci ſpecie,quã vtrunq; ipſorum gignere conſueuit:ſiquidem triticum,craſſum ac lentum:hordeum autem, tenuem & nonnihil deterſorium ſuccum in nobis gignit.Quoquo igitur modo hordeũ paraueris nunquam corpus calfacit, ſed varie pro modo præparationis humectat ac ſiccat: quandoquidẽ polenta,quæ ex frixo hordeo eſt facta,ſiccare perſpicue cernitur: ptiſana autem humectat,cum ſaltẽ,vt decet,fuerit parata, hoc eſt cũ in coctione quamplurimum intumuerit,poſtea igne lẽto per multum ocium in chylum fuerit redacta:acetum autem ei tunc admiſcetur, cum planè intumuerit:cum uerò cocta exactè fuerit,ſub edendi tẽpus ſalem tenuem injicere oportet:oleum autem ſi initio ſtatim inieceris,coctioni nil nocueris:aliud tamen nihil eſt miſcẽdũ: niſi uelis anethi aut porri quidpiam idq; initio ſtatim,immiſcere. Video autem à cocis omnibus ptiſanam peſſime parari:in mortario nanq; crudam ipſam tundentes,non ad ignem coquẽtes,diſſoluũt: ſunt,qui amylum etiam injciant,ut per coctionem in chylum copioſum videatur eſſe redacta. Talis certe ptiſana merito maxime eſt flatulenta, & concoctu admodum difficilis. Quæ uerò in ptiſana recte parãda prætermiſi, ea adjicere oportet.Crudam ptiſanam aliquandiu in aqua p̃maceratam,deinde in mortarium iniectam manibus terere conuenit aſperam quampiã rem in ſe habentibus, cuiuſmodi eſt, quod uocant ſpartum, ex quo iumentis ſoleæ nectuntur: uſque

cò

eò autem terendũ, dum præpoſitus, ac qui in ſuperficie eſt, cortex ſit abiectus: is enim, quo ueſti- E
tur ceu tenui tunica, nõ totus inter pinſendum abijcitur: quapropter & præmaceratur, & in mortario tũditur. Quòd ſi nõ quicquid eſt aceris, deciderit, elixa ptiſana magis quidem deterget, nul
* κυκεῶνα, Ci ceronem. lam autem aliam noxam accipit. Peſſima autem eſt ptiſanæ præparatio, cum, vbi coci crudã ip ſam in mortario cum aqua cõtuderint, deinde parumper coxerint, ἕψημα καὶ σίρτον, id eſt ſapam inijciunt: quidam autem cum his mel quoq; & cuminum inijciunt, *cinnum quendam verius, q̃ ptiſanam, comparãtes. Verum, quæ probe parata fuerit, utilitates, quas memorat Hippocrates tum ſanis, tum ægrotis hominibus præſtabit: ſiquidem lentor eius (ut inquit) leuis, & continuus, & blandus eſt, & lubricus, & humidus moderate, ſitimq́; arcet: & ad abluẽdum, ſiquid opus erit, eſt idoneus: neq; adſtrictionem habet, neq; tormina gignit: deniq; ĩ uentriculo nõ exturgeſcit, ſi quidem inter coquẽdum intumuit, quantũ plurimum intumeſcere poterat. Hæc certe nobis in præſentia de ptiſanæ facultate ſuffecerint, non medendi rationẽ tradentibus, ſed alimentorum duntaxat uires explicantibus, quanquam in ſermonis trãſcurſu ipſorũ uſum quoq; attingimus.

De Panibus hordeaceis. *CAP. 10.*

NVnc certe ad hordeaceos panes trãſire fuerit tempeſtiuum, quos homines eodem, quo tri
ticeos, modo parant: ſunt autem non modo triticeis, uerum etiam olyrinis, & multo adhuc F
magis typhinis, friabiliores, nihil in ſe lentoris, ut illi, habẽtes. Ex quo perſpicuum eſt, q̃ exiguũ corpori præbent alimẽtum, & potiſſimum ſi facti ex peiore hordeo fuerint, ex quo Hippocrates ne ptiſanam quidẽ fieri uoluit: neque enim dum coquitur, ſuccum copioſum ex ſe ipſo emittit. Laudatiſſimum autem eſt, quod cãdidum, ubi pinſitum eſt, apparet, non nihilq́; denſitatis ac põderis (quantum hordeo datum eſt) habet. Porrò, quod totum plenum eſt, & circunſcriptionẽ ex ternam habet tẽſam, melius eo eſt, quod gracile eſt ac rugoſum. Verum hoc quidem ſeminũ om nium commune tibi eſto indicium: niſi forte aliquando molem multo, q̃ pro ſua natura, habeãt maiorem, ſintq; molliora ac laxiora: ſcito enim ea humiditatẽ habere ſuperfluã, prædictisq́; eſ ſe deteriora. Ob eamq́; cauſam non cõuenit ijs poſt collectionem uti: ſed, ubi ea in locis ſiccis re poſueris, diu ab eis abſtinere, quò interea pars quidẽ humoris ſuperflui exhalet, pars autem etiã coquatur, quoad ſiccata mediocriter cõtrahantur. Defluit.n. à plãtis, ſeminibus, & fructib⁹, poſt quam collecta fuerint ac repoſita, primum quidẽ quicquid in ipſis aquoſum eſt ac tenue, poſt au tem & non nihil humidi naturalis. Cum.n. ſubſtãtiam habent iuſto ſicciorem, ſunt ijs deteriora, q̃ ad ſummũ bonæ habitudinis peruenerunt, non tamen iam omnino ſunt prava: quinimmo ijs affectibus, quos ſiccãdo corrigere oportet, ſunt utiliora. Quæ autem diutiſſime fuerunt repoſita, G
uires habẽt imbecilliores. Huius porrò terminus ſit, cum ab ipſis diuiſis quaſi puluis quidam tenuis excidit. Hæc itaq; ſemel nunc dicta, in omnibus memoria teneto; non.n. libẽter de ijſdẽ ſę pe eadẽ repeto, niſi qñ neceſſe uidetur, nudũ dũtaxat caput memoriæ cã repetere. Ad panes autem hordeaceos, de quibus dicere inſtituerãmus, reuerſi dicamus, in ijs quoq; quaſdã eſſe diffe rentias, illis, quas paulo ante in triticeis recenſuimus, reſpondentes: omnes nãq; triticeis multo minus alunt: qui tamen ex præſtantiſſimo hordeo conficiuntur, minus à triticeis in eo ſuperãtur, qui uero ex laxo ac leui, panibus furfuraceis rñdẽt: panes aũt ex hordeo hmõi citiſſime per aluũ ſubducuntur, quod & reliquis non minimum accidit, ſi triticeis eos conferas. Quæ porrò inter hos mediæ panum hordeaceorũ ſunt præparationes, ſimiles ſunt ijs, quas in triticeis retulimus.

De Polenta, quæ Græce Αλφιτον *dicitur.* *CAP. 11.*

EX recenti hordeo mediocriter frixo laudatiſſima fit polenta, cuius ſi copia non ſit, non nũ
quam & ex alijs ipſam conficimus. Cum autem polenta omnis, quæ recte ſit facta, boni ſit odoris, ea eſt ſuaueolentiſſima, quæ ex optimo ac recenti hordeo, & quod *ariſtã non admodũ
* τάχυρ. habeat ſiccam, eſt confecta. Compluribus autem per ſanitatem mos eſt eam ſapa, & uino dulci mulſoq́; commiſtis, non nunquam ſola etiã aqua conſperſam, æſtate duabus tribusve ante bal H
neum horis bibere: aiuntq́; ſentire ſe hoc potu ſiti liberari. Si tamen cũ uino auſtero fuerit epota, uentrem deſiccat. Polenta autem gentes quædam pro pane utuntur: quod ego ruſticos in Cy pro facere ſum conſpicatus, tametſi ij frumenti plurimum metant. Veteres autem militibus etiã polentam præbebãt. Romani tamen milites ipſius imbecillitatem damnantes, ea non amplius nunc utuntur: exiguum enim corpori alimentum dat, priuatis quidem & omni exercitatione ab ſtinentibus, ſatis multum: ijs autem qui quoquomodo exercentur, minus, quàm ſat eſt. Porrò ex
ijs humidis *frixis fiunt mazæ, de quibus deinceps diſſeremus: præſertim cum Philotimus in pri- * φυραθέντων.
mo libro De alimentis de ipſis copioſius diſputans, quod in eis tamen erat utiliſſimum, indeter minatum reliquerit.

De Maza. *CAP. 12.*

CVIuſque eduliorum uires, potes uel ante certam experientiam, ex ipſius natura coniicere. Etenim pſpicacis ingenii uiro, farina quæ planè tenuis eſt & alba, & ab omni furfurea ſubſtãtia pura, ſatis intelligetur in uentriculo quoque citius ac magis alterari, eoque probi⁹ concoqui, & facilius in corpus diſtribui, promptiusq́; nutrire, ut quæ corporibus alendis aſſimiletur atque apponatur: quod autem in ipſa furfureum eſt ac durum, ut extrinſecus in aqua diſſolui

non

A non cernitur, eadem ratione in ventriculo quidē madefactum diſſoluitur, ſed totum, vt ſumptum fuerat, indiuiduum permanet, atq; inconfectum. Hoc igitur nō poteſt nec probe cōcoqui, nec diſtribui, propterea q̄ venarum orificiis, quæ ad ventriculū & ad inteſtina pertinent nihil prorſus cōgruit, neq; illabitur: quas res neceſſario ſequitur, tū vt maior ſtercoris vis ex ipſo acer uetur, tum ut citius ſubſideat, partim propter ipſius copiæ pondus, partim etiā q̄ furfureum omne qualitatem habet deterſoriam. Quæ omnia ſiquis reputet, intelliget tātum mazam in alendo corpore ab hordeaceis panibus relinqui, quantum hi à triticeis relinquuntur: quippe, cum hordeum ſuapte natura furfureum habeat non paucum, frixum iam illud ipſum habet tum ſiccius, tum fractu ac comminutu difficilius: ſiccius autem eſt id, quod in hoc eſt præſtātius, ex quo corpus ſumebat alimentum. quo fit, ut maza panibus hordeaceis ægrius coquatur, magisq; vēriculum flatu impleat: in quo etiam, ſi diutius manſerit, turbationē excitat: citius autem ſubducitur, † ſi commiſta diutius fuerit ac ſubacta: quòd, ſi mel quoq; addatur, citius etiā ob id ventrē ad excretionem incitabit. Cæterū, quod Philotimus opinatur, ſuccū craſſum, glutinoſum, ac frigidū ex omni maza generari (quem ipſe cū præceptore ſuo Praxagora vitreum appellat) ſecus profecto habet, cum polēta neq; lentorē habeat, quod alicę ineſt maxime, nec multum nutriat.

† φυραθεῖτα καὶ τριφθεῖσα μέχρι πλείονος

B At illum fefellit maza copioſior, ac diutius in vino dulci & ſapa* macerata, quā ipſe quē admodum Athenienſes, τριπτὴν, i. tritam appellauit; quod enim in ea, triticeæ maſſæ reſpōdet, ductile eſt ac glutinoſum, cum ab diuturnā* maceratione, tum ob humoris polentæ* cōmiſti craſſitiē. Quemadmodum autē tritura multa cum craſſo liquore facit, ut trita farina lenta appareat, etiā ſi ea ex milio ſit ad eundem modū ſuccus ptiſanæ apparet lētus, tametſi nihil in ſeſe habeat glutinoſum neq; emplaſticum, ſed cōtra deterſorium atq; inciſoriū quod in cute noſtra incidat, ipſius ſordes eluens. Quòd, ſi paulo poſt, q̄ cuipiā ſorbendā ipſam exhibueris, vomere ipſum feceris, pituitam, quæ in ventriculo continebatur, detergebit, & omnia vomitu ſimul cum ea eijciet.

* φυραθῆναι

* μεμαλάχθαι

* μιχθέντος.

De Typha, Olyra, & Zeia. CAP. 13.

MNeſitheus quidem typhas tertio loco poſt triticum, & hordeū numerat: Diocles autē de ipſis tradit negligentius, cōpendioſum ſcribēdi genus diffuſæ accuratæq; explanationi præponens: eodē certe compendio de tritico, hordeo, aliisq; multis tradidit. Paulo autē de his Praxagoras, ac Mneſitheus quàm Diocles, copioſius ſcripſerunt: attamen ne ipſi quidem ſatisfaciunt. Philotimus verò de quibuſdam admodum copioſe, de aliis autem egit ieiune: ſunt &, quorum ne meminit quidem, quemadmodum nec zeiæ: perſpicuum autem eſt, quòd nec prę

C ceptor eius Praxagoras, quandoquidem Philotimus non modo eorū, quæ ille ſcripſiſſet nihil prætermiſit, ſed pleraque etiam perpoliuit, atque adiunxit. Illud uerò mirum uideri debet, quòd ne is quidem, qui librum De ratione victus cōpoſuit, qui Hippocrati eſt adſcriptus (quiſquis is uir antiquus fuerit) nominis zeiæ mētionē unquā fecerit: quòd, ſi typhas à non nullis putabat appellari zeias, id ipſum ſignificaſſe oportuit. Verum ſatius forte fuerit ipſorum uerba adſcripſiſſe. Diocles ergo in primo libro De ſanitate tuenda ab Pliſtarchum (in quo ciborū facultates ex

" plicat) ſic ſcribit: Poſt hordeum autem triticum facultatibus ſequuntur omnium maxime olyræ, typhæ, zeiæ, panicum, milium. In quibuſdam autem exemplaribus zeiæ nomen omnino

" nō eſt: quin & in quibuſdam, non facultatibus, ſed utilitatibus, ſcriptum eſt hoc modo: Poſt hordeum ac triticum utilitatibus ſequuntur omnium maxime olyræ, typhæ, panicum, & milium.

" perinde, ac ſi olyra ſemen eſſet a typha diuerſum. Mneſitheus autem uno ſemine duo nomina

" ait contineri, ſcribens ad hunc modum: Ex ſeminibus ad nutritionem ſunt appoſitiſſima triti-

" cum & hordeum: quod autem hæc deinceps ſequitur, duplici quidem nomine nuncupatur, ea-

" dem tamen res eſt, alii enim typham, alij olyram nominat. Deinceps iſta adiungit: Poſt hæc au

" tem ſunt zeia, milium, & panicum. Diocli certe ea de typha & olyra ſcribere, quæ modo adſcri-

D pſi, ſatis uiſum fuit: Mneſitheus uerò particulatim quoque de iis poſtea tractauit, primum quidem de tritico & hordeo, mox de typhis, ſcribens his verbis: Reliquorum uerò ſeminum typha

" quidem eſt optima, nam & nutrit admodum, neque magno negocio cōficitur. Panem autem ex

" zeia nemo affatim citra ſanitatis diſpendium mandit: quòd, ſi quis ei pani nō aſſueuerit, etiam ſi

" minimum ſumpſerit, ęgrotabit, eſt enim grauis & concoctu difficilis: qui uero regionem colunt

" uehemēter frigidam, eo ſemine cogūtur nutriri, ipſumq; ſerere, quòd frigoribus perſtrenue reſiſtat: Atque hi principio quidem paulatim edere aſſueſcūt, tum quia ingrati odoris eſt cibus, tum

" quia rarus eſt in eiuſmodi regionibus frugum prouentus: poſt autem, quòd familiare ſit eduliū,

A. l. 1. t. 2. cap. 323. f. 134. c accidit, vt facillime in corporibus conficiatur. In ſumma autem ſtatuere oportet zeiam grauem eſſe ac concoctu difficilem, firmam ac membranoſam. Ex his Mneſitheus apertiſſime indicauit, cuiuſmodi ſemen uocare uelit zeiam, quæ in frigidis regionibus colitur. Equidem nec ipſe regiones omnes hybernas peragraui, nec ab aliis audiui, qui eas perluſtraſſent, ſemen aliquod eſſe frumentaceum, quod incolæ zeiam, aut zeam appellarent: utroque enim modo ſcriptum inuenitur, in alijs priore ſyllaba in ε & ι, in aliis autem in η tantum deſinente. Credere autem poſſum fieri potuiſſe, vt Græci ſemen id ſic appellarint, barbari autem proprium ipſi nomen indiderint. Conſpicatus autem in multis Thraciæ, & Macedoniæ agris non* ariſtam modo, ſed

&

& plantam totã noſtrę typhæ in Aſia ſimillimam, interrogaui quod nam apud illos homines ha E
beret nomen: qui mihi omnes reſpõderunt, plantam totam & eius ſemen βρίζαν appellari, prio
re ſyllaba tribus his litteris ſcripta, βρι, ſequente ζ & α, in recto ſaltem caſu, in accuſatiuo aũt cum
littera ν. Ex hoc porrò ſemine panis fit grauis odoris, & ater, mẽbranoſã (vt Mneſitheus ſcripſit)
ſubſtantiam habens: quòd ſi nigrum quoq; panem, qui ex zeia fit, eſſe adſcripſiſſet, facilius crede
rem id eſſe ſemen, quod ab eo zeia nominatur. Eſt itẽ in frigidiſſimis Bithyniæ locis ſemẽ quod
dam, quod zeopyrum nominatur, prima ſyllaba ι non habente, vt apud Homerum habet, cum
ait: Et zeia & triticum cum fœcundo hordeo & albo.

Ex eo autem panis fit præſtantior, quàm qui in Macedonia, aut Thracia ex briza conficitur. Ac
ferè, quemadmodum nomen ipſum zeopyrum ex vtroque nomine, zea ſcilicet, & pyro, ideſt tri
tico componitur, ſic & ſubſtantia eius inter vtrunq; media quodammodo eſt, vt ſi ex vtroq; eſſet
commiſta proinde quanto tritico eſt deterius, tanto Thracia briza eſt præſtantius. Porrò vrbiũ
nomina, in quib. ſemen id prouenit, ſunt Nicea, Pruſa, Craſtopolis, Claudiolis, *Heliopolis, &
Doryle, quod quidem extremum eſt Phrygiæ Aſiaticæ oppidum: habet autẽ & Phrygia ipſa ſe
men eiuſmodi in agro proueniens, quemadmodum & aliæ quædam vrbes finitimæ. Videre au
tem eſt panem, qui ex hoc ſemine conficitur tanto eo, qui ex briza in Thracia & Macedonia fit, F
eſſe meliorem, quanto triticeo eſt deterior. Meminit zeæ & Theophraſtus libro ſeptimo de plã „
tis, ſic ſcribẽs: Inter ea, quæ tritico hordeoq; ſunt ſimilia, vt zeia, olyra, typha, auena, & ægilops, „
zeia eſt firmiſſima, copioſiſſimeq; fructificat, multiplicem altamq; radicẽ effundit, culmo multi- „
plici & craſſo aſſurgens, fructus autem eſt leuiſſimus, & cunctis animalibus admodum iucundus. „
Deinde ſubdit: Typha autem omnium eſt leuiſſima: nam calamum vnicum, eumque tenuem ha „
bet: quare ſolum gracilius, nec, vti zeia, pingue ac fertile expoſcit. Poſt hęc ſubiungit: Sunt autem „
hæc duo, zeia ſcilicet & typha tritico ſimillima. Hæc quidem de zeia Theophraſtus: Herodotus „
autem libro ſecundo ad verbum hæc ſcribit: Tritico, hordeoq; pleriq. victitãt: apud Aegyptios „
verò his in victu vti, ſummum dedecus putatur, vtuntur autem olyris, quas alij zeias cũ z nomi- „
nant. Dioſcorides quoque in ſecundo De medica materia, hæc ſcribit: Zeiæ duplex eſt genus, „
quorum alterum ſimplex, alterum Νικοκκον nominatur, quòd ſemen duabus membranis conclu „
ſum gerat: nutrit autem hordeo valentius, tum ſtomachum iuuat. panis ex ea fit, qui minus tritico „
nutrit. Crimnon autem, quod ex zeia & tritico fit, eſtq; in tritura craſſior farinæ pars, ex qua fit „
puls, nutrit abunde, & facile conficitur: quod verò ex zeia fit, ventrem magis cohibet, potiſſimũ „
ſi torrefacta prius fuerit. Prẽterea olyra eiuſdem cum zeia eſt generis, ſed minus aliquãto nutrit: G
panis quoque ex hac fit, & crimnõ. Athera autem fit ex zeia trita tenuiter ſub mola: ſorbetur au- „
tem non ſecus ac liquida pulticula: pueriſq; eſt accõmoda: in cataplaſmatiſq; ea vtimur. Tragi „
ſemen, alicæ eſt quidem ſimile, nutrit autẽ multo minus, quàm zeia, quòd multũ aceris habeat: „
ob id & concoctu eſt difficilior, & aluum magis mollit. De zeia igitur hæc ſufficiant. Mneſitheũ „
profecto iure quis demiretur, quòd diſcrimen inter olyram ac typhã nõ nouerit: vtrũque enim
in Aſia eſt frequens, & potiſſimum in regione, quę eſt ſupra Pergamum, adeo, vt ruſtici ipſi pani
bus ex ipſis factis ſemper vtantur, propterea, quòd triticum omne in oppida comportẽt. Olyrini
ſanè, ſi modo ex bona olyra fiant, poſt triticeos ſaltem ſunt præſtantiſſimi, ſecundi autem ab his
ſunt typhini: quòd, ſi olyrini ex vitioſo ſemine ſint facti, typhini non erunt eis inferiores. Cali-
di vero panes ex laudatiſſima typha facti, olyrinis longe ſunt præſtantiores, aſſeruati verò dete
riores ſeipſis euadunt: cum enim maſſa illorum ſit tenax ac ductilis, denſatur maiorem in mo-
dum, & maxime cum negligenter parati fuerint, adeo, vt qui panem huiuſcemodi poſt vnum
aut duos dies, ac multo magis ſequentes aliquot comederit, putaturus ſit lutum ventriculo ſuo
ineſſe: at, calidus adhuc cum eſt, ab ipſis etiam vrbanis expetitur, ipſumque cum caſeo quodam
mandunt, quem vernaculo nomine oxygalactinon appellant: porrò hunc quoque tenerum eſ- H
ſe oportet, & ipſum panem calorem clibani adhuc retinere. qui certe in hunc modum eſt aſ-
ſatus, non ruſticis modo, ſed vrbanis quoque hominibus, in delicijs habetur: qui vero trium
quatuorve dierum eſt, vel ipſis ruſticis manditur inſuauius: præterea concoctu eſt difficilior,
ac tardius per aluum ſubducitur, quæ calido minime accidunt: qui, tametſi hordeaceo, quod
ad deiectionem pertinet, multum relinquitur, non tamen in eo adeo, vt miliaceus, eſt vitupe-
randus: quin etiam corpus admodum, dũ calidus eſt, nutrit, vt pene triticeo ſyncomiſto par ſit.
Habet autem typhæ ſemen extrinſecus corticem veluti olyra, & hordeũ: verum decorticatum,
in panes congeritur, omninoque vſu accommodatur: nam & ex aqua manditur elixum, haud
aliter, ac vocatus à ruſticis apothermus, ſapa (quam alij σίφιον, nos ἕψημα vocamus) iniecta: non
nunquam etiam cum ſale eſitatur, quo modo me triticum ipſum retuli comediſſe. Ex nobiliſ-
ſima autem olyra, cum, vt decet, fuerit decorticata, nominatum tragum conficiunt, quo pleri-
que vtuntur primum in aqua decoquentes, deinde ea effuſa, ſapam aut vinum dulce, aut mulsũ
infundentes: ſuperinijciunt & pineas nuces aqua præmaceratas, donec plurimum intumuerint.
Quidam autem ſemen hoc, genere quidem, non tamen ſpecie, cum olyris idem eſſe affirmant.
Sunt autem & alia permulta ſemina prædictis quidem adſimilia, non tamen eadem penitus ſpe

*Alij legunt Iuliopolis.

cie,

A cie, quæ partim in hordei ac typhæ, partim in typhæ olyræq; aut olyræ & tritici medio ſunt loco: quædā verò ad olyræ, alia ad hordei aut typhæ, alia ad tritici: ceu alia ad panici, alia ad milij naturā, proxime accedunt: quæ nomina habēt, alia ſimplicia, vt in Italia ex quo alicā faciunt, alia cōpoſita, vt in Cappadocia, quod uocatur gymnocrithō, id eſt hordeū nudum ac corticis expers, in Bithynia autē zeopyron. Verum ſatius fuerit eiuſmodi nominū, ac ſeminū diſquiſitione omiſſa, de omnibus cōmuni quodā ſermone tractare. Quæ igitur parua mole multam reddunt ſubſtantiam, eamq; craſſam ac viſcidam, optimi ſunt ſucci, ac multi alimenti nō tamē facile per aluū fecedunt: quæ verò his ſunt contraria, mollem quidem ac laxā habent ſubſtantiam, partes autem ipſorum furfureæ citius quidē ſubducuntur, ſed alunt minus. In his ipſis, quæ graueolentia ſunt, & guſtum quendam habent iniucundum, perſpicuum eſt, q̄ omnia & praui ſucci ſunt, & coctu difficilia. Qm̄ aūt exiguæ moli permultum inſit ſubſtantiæ, tū ex pondere, cū in ſtatera appenduntur, tū ex farinæ copia cognoſces: ea nanq; copioſa in ijs ſeminibus, quæ cōpacta dēſaq; ſunt ſubſtantia, ab exigua mole redditur. Porrò caliditatis & frigiditatis diſcrimen, ante quidē, q̄ edantur, atq; intrò in corpus ſumātur, cū ex colore & guſtu facile tibi erit colligere, tū etiā ex vſu, quē nobis foris applicata adferunt: poſtea autem, q̄ eſitata atque intrò in corpus ſumpta fue
B rint, exactam ſui dignotionem ac ſenſum, dum in uentre ſunt, ijs, qui ſumpſerint, adferunt, q̄ calfaciant aut refrigerent, aut neutrum horum manifeſte efficiant. Quòd verò ad colorem naturalem attinet, in hordeis quidem & olyris eſt albus, in triticis autem ſubflauus, typhæ autem vel triticis ſunt flauiores. Quin & harum corpus coactum eſt ac denſum, quod fortaſſis ad ſeminis paruitatē nō nihil adfert momenti: eſt.n. id tritico longe exilius: quanquā non deſint, qui ipſum quoq; in tritici numero ponāt, & quod apud Homerū equis dicitur, vbi illos Hector ita affatur,

Triticum enim uobis primum prædulce ferebam,

de typhę ſemine dictum eſſe aiunt, eſſe enim illam equis paruum triticum, eamque ipſos ſine noxa mandere, verum autem triticum non ſine noxa. Nec abſurde certe typham quis triticum exile vocauerit, cum ei & colore, & denſitate, & caliditate ſit adſimilis.

De Auena, quæ Bromus dicitur. CAP. 14.

HOc ſemen in Aſia eſt frequentiſſimum, & potiſſimū in Myſia, quæ eſt ſupra Pergamum, ubi & typhæ, & olyræ vberrimus eſt prouentus. Iumentorum autem eſt alimentum, non hominum, niſi utiq; aliquando extrema fame ad panes ex eo quoq; ſemine conficiendos compellantur: citra famem autem coctum ex aqua manditur cum uino dulci, aut ſapa, aut mulſo non ali
C ter, quàm typha. † Calidum autem eſt admodum, non ſecus ac illa: quanquam non æque eſt durum, ex quo minus quoque corpus nutrit: & panis, qui ex eo fit, alioqui eſt inſuauis, non tamen aluum aut ſiſtit, aut proritat, ſed, quod ad id ſaltem pertinet, medium locum obtinet.

De Milio & Panico, quod Elymon, & Milinen uocant. CAP. 15.

A. l. 2. t. 2. ca. 288. l. 13 1. f g

HIs item in pane non nunquā vtuntur urgente dictarū frugum penuria: panis tamen, qui ex eis fit, exigui" eſt alimenti, ac frigidus: perſpicuumq; eſt, q̄ præaridus eſt ac friabilis, nihil enim in ſe habet neq; lentoris, neq; pinguitudinis: iure ergo aluum humētem deſiccat. Agricolę autem horum farinam coquentes, deinde adipem ſuillam, aut oleum miſcētes, eſitant. Porrò milium ad omnia panico eſt præſtantius, ſuauiusq; editur, *facilius cōcoquitur, uentrē minus ſiſtit, magis nutrit. Non nunquam autem ruſtici farinam ipſorum lacti incoctam mandunt, nō aliter, quàm tritici: & liquet, quòd id edulium, ipſum per ſe ſumptum, tanto eſt præſtantius, quanto lac vtriuſque ſeminis naturam ad boni ſucci procreationem, aliaque omnia excellit: dico autem alia omnia, concoctionem, uentris ſubductionem, diſtributionem, & ipſam in edendo dulcedinem ac voluptatem. Nihil enim ſuauitatis ſeminibus ineſt, præſertim panico, quod in noſtra Aſia naſcitur: nam apud alias gentes, vt in Italia, multo melius prouenit.

D

DE LEGVMINIBVS. CAP. 16.

LEgumina appellant ea cerealia ſemina, ex quibus panis non fit, ut puta fabas, piſa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, eruum, cicerculas, aracos, eruilia, phaſelos, fœnum græcum, aphacen, & ſi qua ſunt ſimilia. De quorum omnium facultate deinceps tractabimus, vt, cum ea nota fuerint, uſus ipſorum minus ſit noxius.

De oryza. CAP. 17.

A. l. 2. t. 2. c. 56 e. f. 159. g.

SEmine" hoc omnes in ſiſtenda aluo utuntur, ipſum eodem modo, quo alicam, coquentes: difficilius tamen, quàm alica, conficitur, & minus alit, ceu utique & in edendi ſuauitate ab ea quam plurimum relinquitur.

De Lentibus. CAP. 18.

NEque ex his panem quis facit, aridæ enim ſunt ac friabiles: corticēq; habēt adſtringentē: &, quę ipſorum eſt uelut caro, craſſi eſt ſucci ac terrei, auſterā qualitatem habens exiguam, cuius cortex multæ eſt particeps. Succus porrò in ipſis eſt, ut ante retulimus, adſtringēti contrarius: quocirca, ſiquis in aqua ipſas coxerit, & deinde aquā ſale, aut garo, *aut cū ipſis oleo cōdiēs ſumpſerit, potius is aluum deijcit. At ex bis decoctis lentibus ad eum modum, quem retulimus,

lens

† *Suſpicandam eſſet hoc in loco mendum latere cū Gal. 6. de ſimpl. med. ſcribat bromum paulo frigidiorē tēperiem habere at que nō nihil adſtringere, ita ut ueniris profluuia iuuet, niſi ēt interpres antiquus huic concors inueniretur: quare potiꝰ dubitādum eſt in 6. de ſimplic. med. non legendum eſſe bromum, quod antiquus iterpres qui hoc in loco auenam ibi citumen tranſtulerit.*

*facile.

lens apparata,facultatem habet ſucco contrariã, ut quæ uẽtris fluxus ſiccet, ſtomachũ,inteſtina, E
& totum denique uentrẽ corroboret:quam ob rem cœliacis & dyſentericis cibus eſt accommodus.Lens uerò decorticata,ut illã adſtringendi uehementiam, & ea, quæ ipſam conſequuntur, A.l.2.t.2.c.
amittit,ita magis nutrit,q̃ quæ cortice ſpoliata non eſt: ſuccũ craſſum prauumq́; gignit, tardeq́; 438.f.143.
commeat,non tñ alui fluxus deſiccat,uti ea,cui cortex non eſt ademptus. Iure igitur, qui largius hoc edulio utuntur,elephantiaſim,quam uocant,& cancros incurrunt: ſiquidẽ craſſa ſiccaq́ue cibaria ſucco melancholico generando ſunt idonea. Quare ijs duntaxat, q̃bus aquea in carnibus eſt cachexia,lens in cibo utiliter præbetur,ſicuti aridis & ſquallẽtibus admodũ damnoſe.Eandẽ ob cauſam uiſum integrum & inculpatum hebetat,ipſum immoderate exiccãs:ei uerò, qui contrario modo ſe habet,confert.Menſtruis autẽ purgationibus nõ eſt accommoda, craſſum enim & tardifluum ſanguinem reddit:at muliebri nuncupato profluuio eſt utiliſſima. Cum autem ptiſana in eo ſaltẽ contrariã ipſi habeat facultatem,ex amborum miſtione præſtantiſſimũ edulium componitur,quod homines noſtrates phacoptiſanam nuncupant, utrunque haud æquali portione miſcentes,ſed ptiſanæ minus inijcientes,ut quæ in ſuccum uertatur,& in molem magnam attollatur,lens autem cocta exiguum quendam tumorem aſciſcat: hoc tamen edulium eodem, quo ptiſana,modo paratur,præterq̃ q̃ ſatureia,aut pulegiũ adijcitur: quo fit, ut ſuauius ſimul & F
concoctu facilius reddatur,cũ ptiſana illis minime gaudeat,ſed ſolo anetho porroq́; ſit contẽta. Peſſime aũt coqui diuitibus lentem ſapa apparant,quandoquidẽ lens haudquaq̃ incraſſantium miſtionem poſtulat,ſed humidorum potius,& quæ ſuam ipſius craſſitiem incidant:cui uero ſapa commiſcetur, iecoris obſtructiones ſolet gignere, uiſcerisq́; huius ac lienis inflammationes inauget,niſi melle addito melior fiat: perſpicuum aũt eſt, q̃ & ſcirrhoſos uiſceris utriuſq; affectus exacerbat. Quòd,ſi ſuillã ſimul libeat coquere, ptiſanæ quidem recentem:lenti autem ſale iam diu cõditam reperies accommodã: veluti ſanè,quæ inter eas eſt media,quam νεαλῆ id eſt nuper ſalſam,appellãt,phacoptiſanę eſt accõmoda,tum ſi ſuauitatem, tum etiam ſi coctionem ſpectes. Magis tñ lens cum ſalſis carnibus eſitata craſſos humores augebit: nam hæ quoque ſanguinem craſſiorem,& melancholicũ magis generant:qua propter nõ eſt his copioſius utendũ,& maxime ſi cui corpus ſit aut melancholicũ, aut craſſo, aut (vt omnia complectar) prauo ſucco abundet.Hæc eadẽ & de regionibus,anni temporibus,& aeris conſtitutionibus,in quoque edulio intelligere oportet;ac autũno quidẽ melancholicis cibis ac ſiccantibus abſtinere, hyeme verò eis vti,quemadmodum ſanè æſtate humectantibus & refrigerantibus,vere aũt, quòd medii ſit temperamenti,mediæ facultatis cibos edere. Eſt porrò mediorum non vna ſpecies: quędam enim G
ſunt huiuſmodi, quòd extremorum omnino ſint expertia: quædam autem ex amborum æquè pollentium miſtione mediocritatem ſunt adepta: quod paulo ante dixi, cum quis ptiſanæ lentem commiſcuerit. Sic & teutlophacen § quæ ex beta & lente miſtis ita nominatur § Heraclides Tarentinus non ſanis modo, verum etiam ægrotantibus exhibebat:eſt enim id edulium mediũ ex pugnantibus compoſitum,quare beta quidem minus ſubſidet,lens autem magis ſubducitur. Perſpicuum autem eſt,quòd ſuccus teutlophaces, qui in corpus diſtribuitur, ex amborum facultate,lentis videlicet ac betæ,eſt miſtus.

De Fabis. CAP. 19.

FAbarum quoque vſus eſt multiplex,quippe ex iis cõficitur puls, Græcis ἔτνος, tum liquida in ollis,tum ſpiſſa in patinis.Tertius præterea ipſam prępărādi eſt modus,qui fit cũ ptiſana: & plurimo ſanè hoc edulio gladiatores quotidie apud nos vtuntur,corporis habitum carne nõ denſa nec conſtricta(cuiuſmodi eſt ſuilla)implentes,ſed quodã modo fungoſiore: Flatulentus autem eſt is cibus,etiam ſi elixatus diutiſſime fuerit,ac quouis modo paratus, cum tamen ptiſana tempore,quo coquitur,flatum omnem deponat:qui autem animum attẽdunt,eosq́; affectus, qui cibos ſingulos manent,animo adſequuntur,ſentiunt in toto corpore velut à ſpiritu flatulen H
to tenſionem quandam,potiſſimum ſi quis huic cibo non eſt aſſuetus,aut ipſum non belle percoctum ſumpſerit.Habent autem fabæ ſubſtantiam nõ dẽſam nec grauem,ſed fungoſam ac leuẽ, quæ vim quandam,quo modo ptiſana,habet detergendi:apparet enim perſpicue ipſarũ farinã, ſordes à cute detergere,quod mangones ac mulieres intelligentes,in balneis quotidie fabarũ farina vtuntur,quemadmodum alij nitro,atque aphronitro,& in ſumma detergentibus: hac præterea & faciem inungunt,quemadmodũ ptiſana,tollit enim lentes,quæ in ſumma cute apparẽt, & quã vocant ἐφηλιν.Ob hanc ſanè facultatem ventrem non cunctanter permeat, vt quæ craſſi ſunt ſucci ac lenti,quæq́; nullam detergendi habent facultatem, cuiuſmodi eſſe diximus alicam, tragum,ſimilaginem,& amylum.Cum autẽ fabarum puls ſit flatulẽta, multo adhuc magis erũt flatulentæ,ſiquis integris ipſis coctis vtatur.Si tamen frixæ fuerint(quidã enim hoc modo tragematum vice vtuntur)flatum quidem deponunt,ſed cõcoctu ſunt difficillimæ,tardeq́; prætereũt, & craſſi ſucci alimẽtum corpori exhibent. Quòd ſi uirides,prius,q̃ maturæ ſint atque exiccatæ, edantur,idem eis accidet,quod fructibus omnibus,quos ante perfectam maturitatẽ mandimus: humidius,ſ.alimentũ corpori præbebunt,ob idq́; excrementoſius non in inteſtinis modo,ſed in toto etiam habitu:merito igitur fabæ huiuſmodi minus quidẽ nutriunt,ſed prõptius deiiciuntur.

διὸ ἥ τεύτλον μεν ἧττον ὑπέρχεται ἢ φακὴ δὲ διαχωρεῖται μᾶλλον, ſi,minus quidem ſubegredit quã beta,magis autè ſubducit quam lens,quæ eſt verior ratio ſcripturæ & legitimus verborum antecedentiũ cõnexus: cum etiã antiquus interpres ita legerit.

Pleriq;

A Pleriq; aũt hominũ non crudas modo fabas virides comedunt, verum etiam cũ ſuilla eas elixãt veluti olera, ruri verò cum caprina & ouilla. Alij fabas inflare ſentientes, cepas admiſcent, cum pultẽ in patinis ex ipſia ſtruũt. Sunt, qui cepas crudas nec ſimul elixas cum ipſa mandant: quidquid enim omnibus cibarijs ineſt flatulentum, id per calfacientia & tenuantia corrigitur.

De Faba Aegyptia. CAP. 20.

A.l.2.t.2. ca. 240.fo.126.d

FAba Aegyptia, ſicuti noſtram magnitudine longè ſuperat, & ita & naturã hẽt humidiorem magisq; excrementitiã. Quòd, ſi memoria tenes, quę de eiuſdem quidem generis legumini bus, verum temperamẽto humidioribus, & ob id magis, q̃ prædicta, in coctione, excretione, diſtributione, & nutritione excrementoſis dicta ſunt, non eſt, ꝙ plura nunc de hac faba audire deſideres, cum poſſis ex ijs, quæ de ea, quę apud nos eſt, didiciſti, ad illam tranſire.

De Piſis. CAP. 21.

A.l.2.t.2. ca. 481.fo.149.a

PIſa tota ſubſtantia cũ fabis quandam habent ſimilitudinem: eodemq; cum fabis modo ſumuntur. His duabus tñ rebus ab eis diſcrepant, tum ꝙ non æquè, ac fabę, ſunt flatulenta; tum etiam quod detergendi facultatem non habent: ideoq; ſegnius, quàm illæ per aluum ſecedunt.

De Ciceribus. CAP. 22.

B NOn admodum conſuetum eſt vrbanis hominibus ex ciceribus pultẽ cõficere: à ruſticis verò non nunq̃ vidi parari, quemadmodum & ipſorum farinã cũ lacte elixari; non enim vt fabæ & piſa, poſſunt comminui, vt ex ipſo fracto pulmentũ, quod ἔρυγμὸς dicitur, fiat. Apud multas autem gentes mos eſt cicera in aqua elixa mandere: nõ nulli vero nuda ipſa ſola, alij ſale modico cõdiẽtes eſitãt: noſtrates verò ex ſiccis caſeis quiddã farinæ ſimile facientes, id ipſis aſpergunt. Eſt aũt cicer edulium non minus, q̃ faba, flatulentum, ſed valentius nutrit, q̃ illa: ad venerẽ aũt incitat, creditumq́; etiam eſt ſemen generare: vñ quidã equis admiſſarijs ipſum exhibẽt. Ineſt præterea ciceribus facultas abſtergendi maior, q̃ fabis, adeo, vt* quidã ex ipſis calculos in renibus conſtantes manifeſte comminuant: nigra aũt ſunt ea atq; exigua, in Bithynia maximè prouenientia, arietina qne ipſa nuncupant: ſatius aũt eſt ſuccum ipſorum in aqua coctum bibere. Vtuntur aũt hoĩes & ciceribus adhuc virentibus, ante, q̃ ſint matura, quo mõ & fabis: nuper aũt, cũ de fabis ageremus, ſermonẽ fecimus oĩbus immaturis fructibus cõem. Eadẽ porrò & de frixis ciceribus audiuiſſe exiſtima, quæ de fabis frixis diximus: qñq dẽ frixa oĩa flatũ q dẽ deponũt, verũ difficilius coquuntur, & ventrẽ magis ſiſtunt, craſſiorisq́; ſucci alimentũ corpori exhibent.

A.l.2.t.2. ca. 128.fo.114.c

* *quadam.*

De Lupinis: &, quæ humida conſiſtentia, quæq; dura ſunt, quod alimentum corpori præbeant. CAP. 23.

C HOc quoq; ſemẽ πολύχρησον id eſt frequentis vſus, eſſe nouimus, ſecundum alteram eius vocabuli πολυχρήσου ſignificationem: quãdoquidem rem aliquam ita appellant, tũ quæ multis corporis affectibus conuenit, tum quæ omnibus aut plurimis hominibus eſt in vſu, ẽt ſi vtendi ipſa omnibus vnica ſit neceſſitas. Secundum igitur hanc ſecũdam ſignificationem lupinus legumen eſt multi vſus: elixus enim, deinde in aqua dulci maceratus tantiſper, donec in ea omnẽ ſibi ingenitam exuerit inſuauitatem, ita demum manditur cum garo ac oxygaro, vel ẽt ſine his, ſale mediocri conditus, non quo modo hordeum, & alia, quæ varie apparantur. Eſt aũt purę ac terreſtris ſubſtantiæ: quocirca cõcoctu ſit difficilis, ſuccum q́; craſſum gignat, eſt neceſſe, ex quo non probè in venis confecto crudus proprie appellatus ſuccus aceruatur.† Cæterum, cũ interparãdũ, quicquid habuit amaritudinis, deponat, τοῖς ἀποίοις ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν, id eſt qualitatis, q̃ ſenſu deprehẽdatur, expertibus, ſimilis euadit. Par igitur eſt ipſum neq; ad deiectionẽ, neque, vt adſtringentia, ad fluentis ventris cohibitionẽ eſſe commodum, ſed tardè permeare, & difficulter deijci ac pertrãſire: quãdoquidem medici cibos eius generis ſic appellant, qui nullã eminentem hñt qualitatem, quæ aluum ad excernendum incitet, aut ipſum excernere prohibeat. Illæ quidem qualitates alimentis inſunt, non tanq̃ alimentis, ſed tanq̃ medicamẽtis. Quæ vero nullam eiuſmodi qualitatem hñt manifeſtam, à medicis quidẽ iure ἄποια appellantur: ſecũdum aũt dr̃iam, quæ in humiditate & ſiccitate, craſſitie ac lentore, ſpectatur, accidit ipſis, vt tardè aut celeriter tranſeant, aut medio modo inter hæc duo ſe habeãt: humidis quidem ac lubricis, vt celeriter: duris autẽ & ſiccis, veluti lupino, tarde tranſeant; quę verò in memoratis differentijs medium inter hæc locum obtinent, nec celeritatem inſignem nec tarditatem in deiiciẽdo efficiãt. Hæc ergo quemadmodum de omnibus communiter, ita & hæc noſſe item oportet, ꝙ omnia. ſ. quę cõſiſtentia ſunt humidiora, exiguum corpori dant alimentum, quod celeriter in habitus ex hauritur ac digeritur, ut rurſus alio non multo poſt ſit opus: contra dura & terreſtria, perdurabile, copioſum, & quod ægre digeratur, corpori dant alimentum: ꝙ, ſi glutinis quoq; non nihil habeant, multo hæc omnia euidentius efficient. Conſtat item hæc non facile concoqui, ceu utique nec facile in ſanguinem uerti, nec ſolidis animalis partibus aſſimilari: quod ſi ita eſt, nec celeriter nutrient: cum tamen uicta fuerint, alimentum corpori dant copioſum.

A.l.2.t.2. ca. 440.fo.144.c

D

† *Ioachinus Martinius, q. hũc librum tranſtulit, totũ hũc ordinẽ immutauit. it a.n. tranſtulit. Cæterũ quũ inter parãaum q̃quid habuit amaritudinis, amiſerit, τοῖς ἀποίοις .i. qualitatis expertibus inſipidis veriſimilis euadit. Sic.n. edulia quædã medici appellant nulla præpollenti qualitate duntaxat quæ ſenſu percipiatur prædita, qua uel aluum ad excretionẽ irritare, vel ab excretione coercere queant. proinde conſentaneum eſt lupinũ nec deiectioni nec alui fluentis retentioni, ut adſtrĩgẽtia, appoſitũ eſſe: haud tamen ſine ratione tardus & egeſtu trãſituq; difficilis efficitur. Illæ quidẽ &c.*

De Fœno Græco. CAP. 24.

A.l.2.t.2.c. 246.fo.127.e

SEmen hoc nõ τῆλις modo, ſed & βούκερας id eſt bouis cornu: à non nullis autem αἰγίκερας id eſt caprę cornu, appellatur. Inter manifeſto autem calfacientia cẽſetur, eundẽq; hominibus in cibo

in cibo vſum præſtat,quẽ lupini.Præſumitur enim ipſum cũ garo,alui ſubducendæ gratia: eſtq; E
huic rei multo,quàm lupini,accõmodatius,cum nihil ex propria ſubſtantia habeat,quod tranſi
tum remoretur.Manditur autem & cum aceto & garo,ſicut lupini. Multi præterea & fœnũ græ-
cum & lupinos,ex vino garo & oleo ſumunt:alij etiam panẽ addunt,eoq; obſonio ſunt conten-
ti,quod quidẽ ventrem minus ſubducit,caput tamen(ceu non nullis fœnum græcum ex garo ſa A.l.3. f.13.
cere ſolet)non ferit,neq; ſtomachum ſubuertit,nã hoc quoq; fœnum græcũ in quibuſdam ef- l.c.36.fo.2.
ficit.Ad eundẽ autem modum quidam phaſelis & eruilijs in cibo vtuntur,de quibus mox com d
munem omnium eiuſmodi ſermonẽ adſcribam.Veſcuntur autem non nulli fœno grẽco prius,
quàm ipſius planta ſemen produxerit,aceto ac garo intingentes:quidã autem oleum adfundẽ
tes,eo obſonij vice cum pane vtuntur:ſunt,qui,cũ aceto quoq; & garo ipſum mandunt. Caput
autẽ hoc quoque,ſumptũ copioſius,ferit:quod faciet impenſius,ſiquis ipſum ſine pane ſumpſe-
rit: quibuſdam item ſtomachum ſubuertit. Succus autem elixi fœni græci cum melle ſumptus,
ad omnes prauos humores,qui in inteſtinis habentur,ſubducendos eſt accõmodus, ſuo quidẽ
lentore leniens,calore autem dolorem mitigans:quod autem abſterſoriæ facultatis quoque ſit
particeps,inteſtina etiã ad excretionem inſtigat:ſed parcius mel ei eſt admiſcendum, ne mor-
dacitas exuperet.In diuturnis verò thoracis citra febrẽ affectibus pingues cum eo palmulas eli- F
xare quidem oportet,vbi autem ſuccum ipſum expreſſum copioſo melli miſcueris,ac rurſum ſu
per carbones ad mediocrem craſſitiem coxeris,tum demum longè ante cibum vti.

De Phaſelis & Eruilia,quam ὤχρον appellant. *CAP. 25.*

HAec quoq; ſemina homines,quo modo & fœnum græcum,prius in aqua,quoad radicem
produxerint,macerantes,ventris ſubducendi gratia mandunt ante alios cibos,garo intin
gentes.Succum aũt,cùm coctus eſt,atq; in corpus diſtributus,habent copioſioris alimenti,q; fœ
nũ græcum. Atq; in Alexandria iuuenem quẽdam noui arti medicæ deditũ,qui per annos qua
tuor ſingulis diebus,ſolis his pro obſonio vtebatur,phaſelos dico,fœnũ græcum,eruiliam,& lu
pinos:attigit autẽ interdum & oliuas ex Memphide,& olera,& paucos fructus,eos,qui citra co-
ctionem manduntur:propoſitũ enim ei erat ignem nunq; accẽdere:omnibus certè illis annis ſa
nus fuit,nec vlla in re habitu corporis fuit deteriore,q; ab initio.Mandebat autẽ fructus huiuſce
modi cum garo.ſ.oleum aliquando ſolum ei adijciens,non nunq; etiam vinum,aliàs acetum,in
terdum verò ſalem tantùm,ſicut & lupinos. At de ſalubris quidẽ victus ratione in libris De tuẽ
da ſanitate copioſe tractauimus:tractabimus autẽ rurſus & in hoc opere ſummatim. Nunc aũt
ijs,quæ de eruilijs ac phaſelis dicta ſunt, id quoq; addatur,hæc edulia mediũ quodammodo lo- G
cum obtinere inter ea,quę ſuccum bonum & prauum generant,inter cõcoctu facilia & difficili-
lia,tardè & celeriter tranſeuntia,flatulenta,& flatus expertia,parum & multum nutrientia:nul-
lam enim efficacem habent qualitatem inſtar quorundam,quæ acres,aut auſteros,aut acerbos
aut ſalſos,aut amaros,aut dulces habent ſapores.

De Cicercula. *Cap. 26.*

CIcercula ſubſtantia quidem eruilijs & phaſelis eſt adſimilis.Vtuntur autem his plurimùm
in noſtra Aſia ruſtici,& potiſſimum in Myſia & Phrygia,nõ modo quemadmodũ in Ale-
xandria,& aliis pleriſq; vrbibus,eruiliis & phaſelis,ſed etiam vt phacoptiſanam parantes. Suc
cum autem habent phaſelis & eruilijs,facultatibus quidem conſimilem,ſed conſiſtentia craſſio
rem:ob eamq; ipſam cauſam plus aliquanto,quàm illa, nutriunt.

De Aracis. *CAP. 27.*

POſtremam nominis aracorum ſyllabam ſcriptam per c in Ariſtophanis holcadibus inuenĩ
mus,ubi inquit:Aracos,triticum,ptiſanam, alicam,zeiam, lolium,ſimilaginẽ. Semen hoc
cicerculæ ſemini eſt adſimile:fueruntque non nulli,qui putarunt ipſum non eſſe generis à cicer
cula diuerſi,quãdoquidem & uſus ipſius omnis & facultatis cicerculæ facultati eſt adſimilis,niſi H
q; araci ſunt duriores,minusq; facilè elixantur,quæ cauſa etiam eſt, cur cicerculis concoctu ſint
difficiliores. Apud nos autem ſylueſtre quoddam rotundum ac durum, eruoq; exilius,in fructi-
bus cerealibus repertum,quod arachum nominant, non per c,ſed per ch ultimam ſyllabã pro-
ferentes:abiiciunt,ipſum,uti & ſemen ſecuridacæ, ſeligentes.

De Dolichis. *CAP. 28.*

DOlichorum nomen à Diocle quidem ſcriptum eſt,unà cum aliorũ quoq; ſeminũ nos alen
tium nominibus:ſcriptum autẽ etiã eſt in libro Hippocratis De rõne uictus, cuius etiã li-
bri antea abunde memini.Exiſtimo aũt ipſos ſic appellare ſemen plantæ hortẽſis,quã nunc vul
go numero multitudinis bifariã nominãt,quidã.n.λοβοὺς id eſt ſiliquas:alii φασιόλους nuncupãt,
uocem ipſam quatuor ſyllabis proferentes,eoq; modo nomẽ diuerſum ab eo,quod tribus ſylla
bis pronunciatur,φασίλου ſcilicet, efficientes.Sunt, qui phaſelũ eundẽ cum cicercula eſſe dicant:
aliis ipſius ſpeciem.Quòd ad dolichos attinet,coniectare quis poſſit eos nominari plantas has
hortenſes vel ex iis,quæ Theophraſtus in octauo de plantarum hiſtoria ſcripſit ad hunc modũ: „
Et aliis quidem caulis eſt erectus,ut tritico,hordeo,& omnino frumẽtaceis,atq; æſtiuis:aliis au- „
tem tendẽs in latus potius,ut ciceri,eruo,lẽti: aliis humi procidẽs,vt eruiliæ, piſo,cicerculæ:do- „

lichus

Alichus verò, ſi ligna longa affixeris, aſcẽdet, & frugifer fiet, alioqui vitioſus, atq; rubiginoſus reddetur. Ex eo aũt, qđ ligna longa iubet affigi, affirmatq; niſi id fiat, rubiginoſos ipſos reddi, poſſet quis coniectare, ipſum verba facere de ijs, quos nũc phaſeolos, ſeu ſiliquas appellãt: ipſe aũt ſiliquas ea appellat, quę ſemen eorum leguminum, cuiuſmodi eſt lens, eruum, piſum, faba, ac lupinus, continent. Quemadmodum.n. frumentacea ſemina ſpicis, ita memorata iam ſiliquis cõtinentur: atque ipſos quidem dolichos ſiliquæ continent: ob eamq; opinor, cauſam fructum totũ vulgo nunc ſiliquas nominant, quo modo totos frumẽtaceos fructus, ſpicas. Nõ me aũtẽ fugit, alia quoq; multa eſſe, quibus homines multũ vtuntur, q̃ generis totius nomẽ ſibi aſſumpſerint, vt calamus, quo ſcribimus, & atramẽtum. In libro aũt De ratione victus Hippocrates ſcriptũ ſic reliquit. ¶ Piſa minus quidem inflant, ſed magis p aluum ſecedunt: eruiliæ aũt, & dolichi his q dẽ ſecedunt celerius, verum minus ſunt flatulenti, & nutriunt affluentius. Cum enim Hippocrates his verbis piſa fabis cõparet, quarũ pri⁹, vt cibi flatulẽti, meminerat, deinde eruilias, & dolichos aſcribat, in eo ſignificat dolichon eiuſdem eſſe generis cum prædictis ſeminibus, & potiſſimum cum eruilijs. Verum cum nullam prorſus cicerculæ, aut phaſeli mẽtionem fecerit, ſuſpicari quodammodo poſſumus, illorum ſeminũ quoddã licere appellare dolichon. Quòd ſiquis phaſelos quoq; in cicercularum genere reponat, negare ſaltem nõ poterit, quin cicerculę in p̃dicta oratione dolichi appellari queant. Nam & Dioclesin leguminum catalogo, vt fabas primas recenſuit, mox ipſa, deinceps ad verbum ſic ſcribit. Dolichi vero nõ minus, q̃ piſa nutriunt: præterea flatu ſimiliter carent; quod verò ad ſuauitatem pertinet, ac deiectionem, vincunt. Verũ is quoq; deinceps eruiliæ quidem, & lentis, & ciceris, & orobi mentionem faciens, cicerculę autẽ nomẽ prætermittens, eandem præbet dubitationem. Dicere tamen quis poſſit, omnia hæc, eruilias, cicercula, phaſelos, vnum eſſe genus, verum pluribus nominibus appellari, vt κίωνα, καὶ σύλον ſnã vtrunque nomen columnam ſignificat ſ fortaſſe autem propter quaſdam differentias, q̃ in ipſis apparent. Veruntamen, q dolichi non minus piſis nutriant, tũ q ęque ac piſa, flatu careant, indicio eſſe debet, Dioclem dolichos appellaſſe, quos nunc phaſeolos nominant: ſiquidem cicercula non magis, quàm piſa, flatu caret, quemadmodum nec eruilia, neċ phaſelus, ſiue hæc (vt dixi) vnum genus, ſiue vnius generis ſint differentiæ. Philotimus autem, & Praxagoras nullius ciborum huiuſmodi meminerunt, niſi fabarum duntaxat, & piſorum, quamobrẽ nihil ex illis, q d nã dolichorũ nomine ſignificetur, poſſumus colligere. Itaq; vocet quiſq; quo libeat, nomine, quos nunc vulgo phaſelos, & ſiliquas appellant, dum ſciat ea talem obtinere facultatem, cuiuſmodi Diocles dolichis attribuit. Ad cuius ſententiam Hippocrates in libro De ratione victus ꝓpẽ accedit, cũ inquit ¶ Eruilias, & dolichos facilius deijci, quàm piſa, ac min⁹ inflare: preterea alere ipſos teſtatur, nã ita res habet, niſi quòd integros, & etiamnũ virides, vnà cũ ſuis ſiliquis ex oleo, & garo vt plurimum homines mandunt: non nulli autem uinum etiam adijciunt. Sed eos, vt piſa, non reponunt propter humiditatem copioſiorem, cuius occaſione ſolent corrũpi: quòd, ſi qs eos quoq; ſecure uelit reponere, ſicuti pater meus factitabat, ſiccare ipſos penitus oportet: ſic enim hyeme tota manent imputres, & incorrupti, eundem nobis uſum, quem piſa, præſtantes. Quidam meorum amicorum Romæ agens mihi narrauit, in Caria in patria ſua quam Ceramum appellabat, in agris dolichos, non aliter, quàm alia legumina, ſeri, figuramque eos habere cicerculis longiorem.

lib. 2. de Dięta poſt initia non longe.

De Orobo, ideſt Eruo. *CAP. 29.*

A. l. 2. t. 2. c. 342. fo. 135. c

BOues tum apud nos, tum apud alias pleraſque gentes eruum prius in aqua dulcoratum paſcuntur: homines uerò ab hoc ſemine prorſus abſtinent, eſt enim inſuauiſſimum, & praui ſucci: in magna tamen fame (quemadmodũ Hippocrates quoque ſcripſit) neceſſitate coacti, ad ipſum nonnunq; accedunt. Nos uerò ad eundem modum, quo lupinos, præparantes, orobis cũ melle utimur, ceu medicamentis, craſſos thoracis, ac pulmonis humores expurgantibus. Porrò inter orobos albi minus ſunt medicamentoſi ijs, qui ad flauitiem, aut pallorem recedunt. Qui uerò cocti bis fuerint, & in aqua identidem dulcorati, in ſuauitatem quidem deponunt, ſed una etiam cum ea abſtergendi, & incidendi facultatem, ut ſola in eis relinquatur terreſtris ſubſtantia: quæ ſubſtantia alimentum fit, quod citra inſignem amarorem deſiccandi uim habet.

2. Epid. ſect. 4. prope ad finem. Et 6. Epid. com. 4. t. 13. 3. 183. c

De Seſamo, & Eryſimo. *CAP. 30.*

Al. 3. f. 13. t. 2 c. 9. fo. 295. d

SEſami ſemen pingue eſt, ideoq; repoſitum celerrime fit oleoſum: quamobrem eos, qui ipſo ueſcuntur, celeriter implet, ſtomachumq; ſubuertit, ac tarde concoquitur, pingueq; corpori præbet alimentum. Liquet ergo, q uentriculi partibus uigorem, ac robur addere nequit, quẽad modum neque aliud quoduis pingue. Eſt autem craſſi ſucci, ideoq; non propere peruadit. Ipſo autem ſolo non admodum ueſcuntur, ſed cum melle crudo, quas uulgo, σησαμίδας uocant effingentes. Panibus etiam inſpergitur. Porrò, quemadmodum milio panicum (quod etiam μελίνην diximus appellari) adſimile quidem quodammodo eſt, uerum undequaque deterius, ad eundem modum & ſeſamo eryſimum corporis ſubſtantia quodam pacto eſt affine, ſed in cibo eſt inſuauius, corporiq; alimentum parcius exhibet, prædictoq; omnino eſt deterius. Cæterum utrunque temperamento eſt calidum, ob eamq; cauſam ſitim etiam excitat.

De Papaueris ſemine. CAP. 31. E

SAtiui papaueris ſemen panibus vtiliter, ceu cõdimentum, inſpergitur non ſecus, ac ſeſamũ: verum album nigro preſtat. Refrigerandi autem habet facultatem, ideoq; ſomniferum etiã eſt: quòd, ſi ſumptum liberalius fuerit, non ſomnum modo, ſed ſoporem etiam (quem Græci cataphoran nominant) inducet, ægreq́ue concoquetur. Inhibet præterea, quæ ex thorace ac pulmone tuſſi expuuntur. Confert verò ijs, qui catarrhis fluxu tenui à capite defluentibus infeſtantur. Corpori autem nullum commemorabile præſtat alimentum. A. l. 2. t. 2. ca. 563. fo. 163. a

De Lini ſemine, quod etiam compoſito nomine Linoſpermon dicitur. CAP. 32.

NOn nulli frixo quidem ipſo, vt obſonio, cum garo, non ſecus ac factitio ſale, vtuntur: utunt autem & melli permiſcentes: quidam panibus quoque ipſum aſpergunt. Stomacho autẽ noxium eſt, & coctu difficile, exiguumq́; alimentum corpori exhibet. Quòd verò ad ventris deiectionem pertinet, ipſum nec probaueris, nec vituperaris: exiguam tamen mouendę vrinę hẽt facultatem, quæ magis apparet, cum frixum ſumitur: tunc autem aluum quoque magis ſiſtit. Ruſtici autem homines eo vtuntur ſæpenumero frixo, tuſoq́ue, mel admiſcentes. A. l. 2. t. 2. ca. 598. f. 163. d

De Ormino. CAP. 33.

HOc quoq; frixo vtuntur, deinde eatenus leuigant, vt farina euadat: mel quoq; ei admiſcẽt. F Parum in ſe ipſo habet alimenti, vt quod mediæ inter eryſimum, & cuminum ſit naturæ.

De Cannabis ſemine. CAP. 34.

NOn, quemadmodũ planta ipſa cannabis vitici quodammodo eſt ſimilis, ita ſemen ſemini facultate eſt ſimile, ſed plurimum ab eo diſſidet, vt quod concoctu ſit difficile, ſtomachoque, ac capiti noceat, paruiq́ue ſit ſucci. Sunt tamen, qui eo quoque frixo cum alijs tragematibus veſcantur: tragemata autem voco ea, quæ poſt cœnam, voluptatis inter bibendũ excitandæ gratia, manduntur. Multum calefacit, ideoque ſumptum paulo largius, caput ferit, vaporem ſurſum ad ipſum mittens calidum ſimul, ac medicamentoſum. A. l. 2. t. 2. ca. 656. f. 169. ab

De Agni, ideſt Viticis ſemine. CAP. 35.

† Actius legit calefaciens.

ID ſemen etiam ipſum per ſe frixum manditur, credituŕq; appetitus uenereos inhibere: alimẽtum autem corpori præbet exiguum, idq; ſiccans, ac refrigerans: flatus autem valde diſſipat: quorum omnium occaſione ijs, qui caſtos ſe ſeruare volunt, eſt accommodum, vnde & nomen agni ideſt caſti aiunt ipſi fuiſſe impoſitum. Cæterum caput non ferit, quomodo cannabis. A. l. 2. t. 2. a. 43. fo. 102. i

De Aphace & Vicia. CAP. 36.

HOrum ſeminum figura non eſt rotunda, veluti fabarũ, ſed aliquanto latior, quo modo lentium. Hæc quoq; cum ipſis ſiliquis atq; integra planta ruſtici reponunt, vt brutis pecudib⁹ ſint pabulo: per famen tamen quoſdam noui, qui hæc quoq; comederint, potiſſimum vere, cũ etiamnum virent quemadmodum fabas, & cicera eſitare conſueuerunt. Sunt autẽ non inſuauia modo, ſed concoctu etiam difficilia, aluuḿq; inhibent. Perſpicuum ergo eſt, q⁹, cum natura ſint eiuſmodi, alimentum, quod ex ipſis diſtribuitur, habent haudquaquàm boni ſucci, & craſsũ, ad ſuccum melancholicum gignendum idoneum, ceu prius de lente dixmus: verum illi quidem multa bona inſunt, his autem nihil bonorum illius adeſt. Cęterum vicię nomen apud nos quidem eſt tritum, eoq́ue ſolo nominatur: Attici verò σάκχον, aut fabam appellabant. G

De ſeminibus alienigenis, quæ in quoq; genere permiſta reperiuntur. CAP. 37.

IN tritico quidẽ frequens loliũ ſæpe inuenitur: in hordeis verò naſcitur quidẽ, ſed paucũ; quã aũt ægilopem appellant, ea in hordeis frequẽs inuenitur, cum prima generatio, vel incremẽtum ipſis nõ rectè ſucceſſerit. Porrò pater meus, ætate iam declinãte, agriculturæ ſtudioſus fact⁹, triticum, ac hordeum aliq̃ ſeminauit, omnibus diuerſi generis ſeminibus, q̃ ipſis erant admiſta diligenter ſelectis, quò certò cognoſceret, num ex ipſorũ mutatione lolium, & ægilops naſcerentur, an propriam hæc quoq; ſemina naturam haberent. Cum aũt forte vnà cũ puris ſeminib⁹ in tritico quidẽ frequens lolium, in hordeo aũt parum, ſed magnam ęgilopis vim enatã cõſpiceret, in alijs quoq; ſeminibus itidẽ experiri eſt aggreſſus. Reperit igit̃ in lẽte quoq; ex mutatione ipſius durum rotunduḿq; aracum, & ſecurinum, ſemina non veſca enata: præterea aparinem, q̃ nõ mõ non eſculenta eſt, ſed plantæ lentis, dum aſſurgit, vndique implexa ipſam ſtrangulat, ac ſuffocat, & detrahit nõ aliter, q̃ eruangina eruũ. Atq; hæc quidẽ praua admodũ ſunt ſemina. Melampyron autem, i. nigrum triticũ nuncupatũ, ex tritici quoq; mutatione generatur, ſed prauitate q̃ plurimũ à lolio relinquitur. Deprehẽdit aũt alia quoq; ſemina ſimiliter immutari; proinde ijs, q̃ ſeminibus ijs ſalubriter vti vellent, precepit, oẽ, quod prauũ eſſet, ſeligerẽt: neq; id ꝓ nihilo ducerẽt, vt piſtores, qui populo publice inſeruiũt. Etenim, cũ anni cõſtitutio praua aliquãdo fuiſſet, loliũ affatim tritico innaſci cõtigit: q̃d cũ neq; agricolę accõmodatis ad eã rẽ cribris exacte purgaſſent, neq; piſtores, q̃d paucus eſſet tritici prouentus, ſtatim quidẽ multis caput dolere cœpit: ineunte verò ęſtate in cute multorũ, qui comederãt, ulcera, aut aliud quoddã ſymptoma, quod ſuccorum prauitatem indicaret, eſt ſubnatum. Non igitur oportet nos in purgãdis ſeminibus, quæ ad eſum comparantur, eſſe negligẽtes, perſuaſos, etiã ſi noxam, quæ quotidie fit, ob exiguitatem ſenſũ non percipimus, quod tã longo tempore ex ipſa aceruatur, tandem erupturum. H

GALENI

GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI

De fructibus agit, qui uel ex arboribus, uel ex oleribus proueniunt: de ipsis quoque oleribus, quæ ad alendum corpus sumuntur.

Quid actum superiore libro, quid deinceps agendum: ac de differentia seminis, & fructus. CAP. 1.

CVm à plantis & animalibus sumamus alimenta, qui aũt ante me fuerunt oẽs, in ijs, quæ de alimentis scripserunt, à cerealibus nuncupatis seminibus initiũ sumpserint, propterea q̃ panũ esus inter ipsa est vtilissimus; ob eam cãm ego quoque de tritico, hordeo, typha, olyra, ad hęc de ijs, q̃ legumina, ac chedropa appellant, primo libro tractaui. Decet aũt hoc libro ad alia alimenta, quæ à plantis, transire, post aũt ad ea, quæ ab animalibus sumuntur, quæcunque hominibus sunt utiliora: nam id æquum mihi esse uidetur. fuerunt etiam nõ nulli, qui haudquaquàm omnibus cõgeneribus prius explicatis, neque alimentis omnibus, quæ à plantis sumuntur, post cerealia semina subditis, de illis prius semper tractarunt, quæ maiorem hominibus afferũt vtilitatẽ. Suilla certe, & hędina, & caprina, & vitulina, & bubula, & ouilla, & his nihilo minus, quę venatores in mõtibus aucupantur, magnum vsum præstare hominib⁹ cernuntur, quemadmodum certe & uolucria pleraque, & aquatilia: uerum, cum reputassem genera omnia uno libro cõprehendi non posse; nihil magnopere interesse sum arbitratus, ex ijs alimẽtis, quæ prædictis supersunt, in secundo quidem uolumine ea, q̃ à plantis, in tertio aũt ea, quę ab animalibus sumuntur, persequi. Licebit. n. cuiuis, qui opusculũ, in quo alimentorũ facultates, quibus maxime uti uelit, sunt traditæ, ad manus habebit, nunc primum, nunc secundum, tertiumve librum euoluere. Vt igitur sermo oĩs de plantis primis duobus libris absoluat, ad ea, q̃ dictis ante sup̃sunt, aggrediens, hic auspicabor. Omnia edulia, q̃ primo libro fuerunt memorata, plantarum erant semina: nunc uerò à fructibus exordiens, in primis à seminibus eos distinguam, eoq; C magis, q̃ pleriq; crediderunt nihil interesse, siue semẽ dicas, siue fructum. Quæ igitur semina mõ retulimus, exiguum quiddam à fructibus discrepãt: ab ijs verò, quę nunc memorabimus, nõ mediocriter dissident. Etenim fici fructus, sunt ipsæ ficus, q̃d verò in ipso est, κεγχραμὶς Græcis dictũ semen est fici: sicut & acinus, totius uitis est fructus, solum autem γίγαρτον, uitis est semẽ: parimodo & pyri, & mali fructus est pyrum ac malum, semen autem tria, aut quatuor grana, quæ in ipsis medijs habentur. Quid iam loquar de cucurbitis, & cucumeribus, & ijs ipsis[a] † maturis, aut immaturis? aut quid reliqua huiuscemodi omnia commemorem? quam plurimum. n. totus fructus à semine discrepat. Cæterum in fabis, lupinis, dolichis, lente, & alijs id genus seminibus, quæ filiqs obuoluũtur, quod quidem ex siliqua, semineq; est compositum, est fructus: plurima tñ substãtiæ pars in seminibus inest. Porrò aliorũ propemodum omnium, quæ primo libro memorauimus, semen solum mãditur: solius aũt dolichi, dum adhuc uirescit, fructus integer estur: ubi. n. exaruerunt siliquæ, quæ semina ipsa continent, hominibus sunt inutiles: fabarum autem uiridium siliqua non est esculenta, quemadmodum neq; ciceris, neq; aliorum, quæ Theophrastus uocare solet elloba. i. siliquata. Iure igitur dixi uulgo lobos. i. siliquas nominari, quos non nulli phaseolos nuncupant, q̃ sola ipsorum siliqua sit uesca: uerum de horum quidẽ facultate prius diximus: veD luti etiam, q̃ ueterum nõnullos existimo, phaseolorum nomine dolichos comprehendisse. Cętera plantarum fructus ab arboribus sumuntur, & oleribus hortensibus, inter quæ quidam medicorum pepones, melopepones, & cucurbitas recensent: à quibus hoc libro docere incipiam.

De fructibus fugacibus, quos Græci ὡραίους nuncupant. CAP. 2.

HOram anni Græci id tempus appellant, in cuius medio caniculam exoriri contingit: rẽpus aũt id dierum est quadraginta. Hoc quidem t̃pe omnes horarij, quos uocãt, fructus cõstãt, nonnulli iam declinantes, alij incipientes, alij in suo uigore, aut vltra uigorem, aut citra, cõsistẽtes. Vocant autem ipsos ὡραίους, non q̃ id solum temporis sint, sed (ut mea fert opinio) quò ipsos ab ijs, qui ad reponendum sunt idonei, distinguant: qñ & triticum, & hordeum, & omnia, quę primo libro explicui, anniuersariam, atq; ęstiuam habẽt generationem, sed non cito corrumpũt, quo modo cucurbitæ, mora, pepones, melopepones, persica, & alia id genus: quæ si quis in hyemem seruare uolens, exiccata reposuerit, eo modo ueterem naturam in contrarium immutabit. Nonnulli certè è cucurbitis semen uacuantes, deinde ipsarum uelut carnẽ siccantes, in hyemẽ quidem reponunt.[b] † utuntur autem omnes ipsos magis, q̃ alio quouis fructuum esculẽtorum, q̃ cæteris fructibus sint aridiores, ac sicciores. Non tamen tritici, neq; hordei, neq; aliorũ eiusmodi cerealium seminum, cum sunt reposita, natura in contrarium cedit; manent enim suis substan-

A † interpres uidetur sequutus esse trãslationẽ uetere q̃ habet. q̃cunq; maturi ipsorũ sunt, & quicunq; non. Cod. græcus q̃cũq; ipsorũ sũt pepones, aut nõ: & quicunq; melopepones. Ioachinus Martinius. Quid itẽ de peponibus, & melopeponibus.

B † Cod. græci manuscripti habent. χρῶνται δ' αὐτῷ πάντες μᾶλλον ἢ ὡς κολοκύνθαις αὐταῖς ἄχυλοί τε γὰρ γίνονται καὶ ξηραί, καττύμασι παραπλήσιαι μᾶλλον ἢ τισὶ τῶν ἐδωδίμων .i. uetus interpres. utuntur ãt ipso oẽs magis quam ut cucurbitis ipsis: aridæ enim fiũt, & ficæ, & condituris consimiles, magis q̃ aliqui esibilium fructuũ. Ioachinus. quo oẽs magis, q̃ (ipsis cucurbitis vtuntur. fiunt. n. aridę exuccæ, lignosæ, & salgamaris uasculis similes,) supra q̃ alius q̃spiã esculentorũ fructuũ.

tijs talia,qualia erant,cum iam inde ab initio æstate fuerũt perfecta.illud autem perspicuũ est,q E
quæ corpus habent compactum, quemadmodum habitum ipsius habẽt perdurantẽ,ita solidum
ac terreum,& ob id multum nutrientem;quæ verò consistentia sunt humida,corrumpuntur,exi-
guumq́; habẽt alimentum, & quod facilè è corpore excernatur, quæ causa etiã est,cur eiusmodi
promptius, q̃ solida,per aluum deijciãtur: & potissimũ,cũ nitrosum quippiam ipsis ineſt,ac ab-
sterſorium: sicuti quædam ex fugacibus hãc ipsam facultatẽ habere ostendim⁹ cõmemorabilẽ:
quæ prauioris etiam sicuti esse perhibemus ijs,q̃ nullã saporis qualitatem habent sensibilẽ quo-
modo aqua optima nullam habet.Hæc igitur omnia,& ijs multo magis,quę ante exactam matu
ritatem mandimus,flatulenta quidẽ sunt,uerum subducuntur celerius:quemadmodũ etiã,q̃ suc-
cum habent tenuem, citius distribuunt. Sũt ãt omnia hæc praui succi:solusq́; is vtiliter ipsis vte-
tur,qui æstu vehementiore,& longiore itinere sese confecerit:tunc.n.iuuant,corporis squalloré
humectantia:&,si frigida sumantur,moderare refrigerãtia. Ac humectandi quidem semper ha-
bent facultatẽ,refrigerãdi verò haudquaq̃ habebunt,si calida,sic vt dixi,affectis fuerint elitata:
non.n.proprio temperamento adeo sunt frigida,vt etiam si calida sumpta fuerint ventriculũ re
frigerent: quare adscititia egent refrigeratione, quæ partium, quæ tum ad uentriculum,tum ad
hepar pertinent (quibus primis occurrunt)calori aduersetur. His itaque de omnibus eiusmodi F
edulijs prius in uniuersum constitutis,nunc ad proprias cuiusque facultates transibimus.

De Cucurbita. *CAP. 3.*

A. l. 2. t. 2. ca. 175. fo. 120 d

CRuda" quidem insuauis est,stomachũq́; lędit,& cõcoctu est difficillima,adeo,ut,si quis al-
terius cibi inopia cucurbitam mandere coactus fuerit(vt quidã iam est ausus)pondus frigi
dũ uentriculo incumbere sentiat, stomachũq́; habeat euersum, ac vomituriat: quo solo vomi u
à prementibus symptomatibus poterit vindicari. Hanc igitur,& alia fugaciũ pleraq; postq̃ eli-
xa fuerint,aut statim certe,aut in sartagine frixa,aut assa,omnes homines esse cõsueuerunt. Atq;
sermonem hunc perpetuo memoria teneto:est enim omnibus communis,quę per ignẽ alterare
est necesse. Cucurbita autem(de qua dicere instituera m)elixa nullam euidentem saporis habet
qualitatem:nisi quis dicat quẽdam etiam hunc esse saporem,qui neq; acris est,neq; salsus,neq;
acerbus,neq; amarus,neq; aliud quidquã eiusmodi manifeste repręsentat,ueluti nec ipsa aqua.
Verum huiusmodi omnia communi nomine vocare cõsueruũt ἄποια,id est qualitatis expertia,
vocenturq́; nobis sic,clarioris doctrinæ gratia.Cum ergo talis sit cucurbita,nõ immerito multos
apparandi modos admittit,ut quæ in medio sit omnis excessus,ob idq́; ad quemuis excessum ex
æquo duci queat:quandoquidem nihil eorum,quæ congenitum quempiam habẽt excessum,in G
contrariam excessui parandi rationem facile ducitur.Proinde cucurbita,quãtum in se est,humi-
dum, frigidumq́; & ob id exiguũ corpori præbet alimentum, vt paulo ante de ijs omnibus, quæ
succum habent aqueum, ac tenuem,præcepimus. Facile autem subsidit,cũ ob suæ substantiæ lu-
bricitatem, tum ob cõmunem omnium ciborum humidorũ rationẽ, qui scilicet citra adstrictio-
nem sunt humidi. Ad hæc coquitur non ægre,si modo prius corrupta non fuerit:id verò illi acci-
dit,cum parata vitiose fuerit, aut succus prauus in uentriculo fuerit aceruatus: interdum ante,q̃
in ipso cessauerit: quod alijs quoq; omnibus fugacibus,quæ humido sunt temperamẽto,solet ac
cidere,corrumpuntur enim in uentriculo,ni celeriter occupent subsidere.Quemadmodum igit
cucurbita, quantum in se ipsa est, succũ, qui in totũ corpus alendi gratia distribuitur,habet quali
tatis,ad sensum, expertem; ita,cum alicui eorum q̃ vehementem habent facultatẽ,mista fuerit,
faeile illi assimilatur:ut si cum sinapi sumpta fuerit,succus,qui ex utroque in corpus distribuetur,
acris cum manifesta caliditate erit: eadem ratione si cum salso quopiam mansa fuerit(vt quidã
in patinis cum salsamẽto struunt) succum in corpore salsum generabit: est autem sic apparata,ci
bus suauissimus,si salsamẽtum ex ponticis illis fuerit,quæ μῆλα appellant.Quòd si succũ malis cy
donijs elixa, conditaq́; ut decet,fuerit succum austerum in distributione habebit præpollentem. H
Assa autem,vel frixa in sartagine quàm plurimum quidem de propria humiditate deponit,reli-
quum autem ipsius nullam insignem obtinet facultatem: uti nec cũ in iure simplici parata fuerit.
Cæterum ob aqueam qualitatem sibi innatam merito gaudet origano: omnia enim eiusmodi
succis acribus,uel acidis,vel austeris,vel sallis admisceri postulant,si modo in cibo suauia sunt fu
tura,& ijs,qui vsi fuerint,nauseam non sunt paritura.

De Peponibus. *CAP. 4.*

A. l. 2. t. 16 89. fo. 109. i

VNiuersa" peponum natura frigidior est cum humiditate copiosa·habent autẽ quid abster-
sorium,propter quod urinam ciẽt,& deorsum expeditius,quã cucurbita, melopeponesq́;
permeant. Quòd porrò abstergeant, intelliges,si sordidam cutem ipsis fricueris. Quam ob rem
si quis ἔφηλιν, aut lentes in facie habeat, aut ἀλφούς extimos,& in superficie,hos quoque deter-
gent:semen tamen potentius,quàm ipsorum,uelut caro,deterget,adeò ut,uel aduersus renes cal
culo infestatos conueniat.Succum autem in corpore gignit uitiosum,idq́; potissimum,cum con
coctus probe non fuerit: quo casu cholerę morbo obnoxios efficere consueuit, nam & prius, q̃
corruptus fuerit, ad vomitum quoque est idoneus: largiusque sumptus(nisi quis post ipsum ali-
quid eorum, quæ probi sunt succi, supermandat) omnino vomitum excitabit. Illud porrò per-

spicuum

Aſpicuũ eſt,homines in hoc quoq; fructu appellationem feciſſe,quo modo in atramẽto,quo ſcribitur, quod μέλαν appellant:nam vox hęc πέπων,velut τὸ πέπανον,hoc eſt maturum,ſignificat: quod alijs quoq; quæ matureſcunt,conuenit. Nam & racemus,cum exacte eſt maturus,dici poteſt πέπων: quemadmodũ certe, & cum nondum maturuit,non poteſt nominari πέπων,nimirũ qui crudus eſt,& immaturus. Ad eũdem modum & fructus omnes autumnales,& pyra,& cucurbitæ πεπειρα,i.matura vocari conſueuerunt,quemadmodum & melopepon,qui in ſeipſo πέπονα,i.maturum,continet:vnde medici quidam non ſimpliciter nominare uoluerunt peponas,ſed totum id συκυοπέπονα,i.cucumerem maturum,aut peponem cucumeralem nominari oportere contenderunt. Nos verò in præſenti ſermone de eiuſmodi non laboramus, vt quæ ad medicinam nihil conferant:multo enim ſatius eſt rem dilucide interpretari,quàm huiuſmodi anxia diſquiſitione doctrinam obſcurare. Tum porrò clariſſime explicabimus, cum vocabula vulgo maxime vſitata eligentes,ipſorum ſignificationes ſeruauerimus.

De Melopeponibus. *CAP. 5.*

A.ibidem.g MElopepones" minus,q̃ pepones,ſunt humidi,nec adeo praui ſunt ſucci,minus itẽ vrinas mouent, tardiusq́; deorſum deſcendunt. Ad vomitum præterea excitandum,non tantũ,
B quantum pepones, habent momenti:ſicut nec celeriter adeo,vt illi,in ventriculo corrumpunt̃, cum prauus humor in eo collectus fuerit,aut alia quæpiã corruptionis cauſa ipſum prehenderit. Cæterum,tametſi in iuuando ſtomacho autumnalibus fructibus longe ſunt inferiores,haudquaquam tamen ei,vt pepones,ſunt noxij;neque enim vomitum,vt illi,excitant. Huc accedit,quòd in peponibus homines à carne intima,in qua ſemen habetur,abſtinent: in melopeponibus autem mandunt,idq́ue ipſis ad deiectionem confert. Qui verò eorum quaſi carne tantum veſcuntur,non tam cito eam,ac peponum,excernunt.

De Cucumeribus. *CAP. 6.*

VRinam quidem & ipſi, quo modo pepones cient,ſed minus,q̃ illi,q; ipſorũ ſubſtantia minus eſt humida:ideoq́; non facile,vt illi,in ventriculo corrumpuntur. Inuenias autem,qui ipſos(ceu alia multa,quæ homines pleriq; coquere nequeunt)cõcoquant,ob naturæ ſcilicet cũ eis familiaritatem,quam nos tũ in cõmentarijs De temperamẽtis,tum autem in libris De medicamẽtorum facultatibus,copioſiſſime expoſuimus,demonſtrantes à totius ſubſtantiæ proprietate, ſuum cuiq; animantium generi cibum eſſe familiarem. Aſinis quidẽ,& equis paleam,fęnũ, hordeum,ac id genus alia:leoni autem crudas animalium carnes;homini tũ has omnes coctas,
C tum panes ex frumentaceis ſeminibus,vt diximus,confectos:atqui & elleboro coturnices:& cicuta ſturni citra noxam ueſcuntur: ceu utiq; eruo boues. Quæ igitur cuiq; coctu facilia, aut difficilia ſint alimẽta,aut ex ſubſtantiæ proprietate,aut aliquo ſymptomate,per experientiã ſunt diſcernenda. Quid ãt ſibi uelit, qđ dico,ex aliquo ſymptomate, primo libro id expoſui. quando quidem,quibus bilioſus humor,aut omnino prauum excrementum quoduis in uentriculo ſæpe congeritur,in ijs,quæ natura coctu ſunt facilia,celeriter corrũpuntur. veluti hominibus q̃buſdã, qui calorem natiuum habẽt non humidum,neq; bene temperatum,ſed ſquallidũ atq; igneũ:hi enim, quæ alij facillime cõcoquunt, facile alterata ea corrumpunt,ructusq́ue eis accidũt omnino nidorulenti. Cæterum illud perpetuo memoria teneto,q; ẽtſi quis eorũ quiduis,q̃ alijs concoctu ſunt difficilia,coxerit,ſuccus tñ qui ex eo in corpus diſtribuitur,eandẽ retinet naturã. Nã fieri non poteſt,vt ſuccus,qui ex pepone diſtribuitur,craſſus,ac terreus fiat,etiã ſi ijs coct⁹ pulcherrime fuerit:quemadmodum nec qui ex lente,aut bubula diſtribuitur,euadat vnq̃ aquoſus,ac humidus,quem ſane & conſiſtentia tenuem appellant. Id autẽ plurimum habet momenti nõ modo ad ſanitatis cuſtodiam, ſed etiam ad morbi declinationẽ, vt alibi demonſtratũ nobis eſt, &
D nunc rurſus ſummatim procedente ſermone repetemus. Ergo,qui cucumeres belle concoquũt, cum eo ipſo fiſi affatim ijs ſe impleuerint,ijs tandem longo temporis tractu accidit,vt ſuccus frigidus,ac mediocriter craſſus in venis coaceruetur, qui in ea coctione,quæ fit in uenis,haud facile mutationem in probum ſanguinem recipiat. Ob eam igitur cauſam omnibus praui ſucci edulijs cenſeo abſtinendum,etiam ſi ea quibuſdam concoctu ſint facillia:nobis enim non aduertentibus prauus ſuccus ex ipſis poſt longum tempus in venis colligitur, qui poſtea exiguam ad putredinem occaſionem nactus,febres malignas accendit.

De Fructibus,qui ex arboribus colliguntur. *CAP. 7.*

PYra ſanè,& Poma,& Ficus,Perſica,Punica,& id genus alia,fructus ſunt arborum,quibus homines ℥vtiliter℥ veſcuntur: cum"& alij præter hos ſint,quibus homines non ueſcunt̃,de quibus in præſentia dicere,nõ eſt inſtitutum. In vniuerſum autem,ac communi ratione,de fructib⁹ quibus homines ueſcuntur,ſcire oportet,humidos quidem tenue,humidũq́; ex ſe diſtributũ alimentum corpori præbere. quam rem omnino conſequitur, ut eiuſmodi alimentum celeriter corpus totum permeet,ac peruadat,excernaturq́ue tum per cutim,tum per vrinas. Proinde omnia eiuſmodi cibaria medici rite affirmant pauci eſſe alimenti. Contra autem habet in ſolidis fructibus conſiſtentia: ex ipſis enim alimentum copioſius corpori apponitur, tardiusq́ue permeat,maxime cum ſuccum in ſeipſis habent craſſum,aut lentum,aut adſtringentem.

A.l.4.t.2.c2. 276.f.120.e.f

De Ficubus. CAP. 8. E

QVod″ omnibus quidem non modo autumnalibus fructibus, ſed & ijs, quos fugaces appellant eſt commune, id ficus quoque habent, nõ. n. potuerunt ſucci prauitatem effugere, tametſi minus, quàm cæteri fugaces omnes, ipſius ſunt participes. Verum hæc ipſis inſunt bona, quòd ventrem prompte permeent, & quòd facile totum corpus peruadãt: nam & abſtergendi quoq; inſignem habẽt facultatem: quo fit, vt poſt ipſarum eſum nephretici multas arenulas excernant. Præterea, cum omnes autumnales fructus exiguum corpori præbeant alimẽtum, id omnium minimum ficubus vſu venit: carnem tamen non compactam, neq; firmam generant, ceu panis & ſuilla, ſed ſublaxam, ac ſubinanem, ut fabæ. Flatibus tamen hæ quoq; ventrẽ implẽt, eſſentq; eo nomine admodum dolorificæ, ni etiam celerem deſcenſum eſſent adeptæ: cuius beneficio celeriter peruadentibus, flatus, quam excitant, non diu manet: atq; in eo minus cæteris fructibus autumnalibus lædere conſueuerunt. Cęterum maturæ ficus immaturas non mediocriter antecellunt: quod & in alijs quidem omnibus fructibus cernitur, non tantum tamen in eis eſt diſcrimen: nam, quæ ficus prorſus ſunt maturæ, nihil propemodum omnino lædũt; quomodo nec caricæ, quæ multiplicem quidem habent utilitatem: ſi quis tamen largius eſitauerit, ab eis offendentur, quandoquidem ſanguinem non admodum probum gignũt: quo fit, vt ex ipſarum uſu pe F diculorum multitudo proueniat. Habent etiam tenuandi facultatem, & incidendi, qua uentrem quoq; ad excretionem irritant, renesq; expurgãt. Iecori autem, lieniq; inflammatione obſeſſis ſunt noxiæ, quemadmodum & ficus, non peculiari quadam, & eximia facultate, ſed cõmuni ratione dulcium omnium ciborum, ac potuum: obſtructis autẽ illis, aut ſcirrho affectis, ipſæ ex ſeſe non magnopere commodant, aut officiunt: ſed medicamentis incidentibus, ac extenuantib⁹, & abſtergentibus miſtæ, non mediocriter iuuant. Proinde nõnulli medicorum in dictis lienis, ac hepatis affectibus exhibent ipſas lõge ante cibum cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio, aut ſatureia, aut calamintha, aut origano, aut hyſſopo. Ad eundem autem modum, ſi caricæ cum alio quopiam eorum, quæ facultatem habent acrem, aut omnino incidendi, ac extenuãdi, aſſumantur, iuuabunt non ſolum ſic affectos: ſed etiam ſanos: ſiquidem iecoris meatus, per quos fertur alimentum, apertos eſſe, non ægrotis modo, ſed ſanis etiam, eſt tutiſſimum. Ad eum igitur modum vulgo ficubus cum ſale attenuante, aceto, & garo præparatis, veſcuntur, q̃ ipſas vtiles eſſe experientia didicerint. Veriſimile autem eſt, ipſorum non nullos, medici cuiuſdã conſilio impulſos, ad hoc modo edendas ipſas acceſſiſſe, deinde eam notitiam ad vulgus emanaſſe. Qui verò cum cibo aliquo craſſi ſucci caricas, ficusve mandunt, non mediocriter offenduntur. G

De Vuis. CAP. 9.

FIcus &″ vuæ quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumq; praui ſucci habent, præſertim cum exactam maturitatem fuerint adeptæ. Porrò, q̃ ipſæ nutriant, maximo argumento ſunt ij, qui vinearum fructus cuſtodiunt: qui, cum duos menſes ſolis vuis, ac ficubus, quorum cuſtodiæ præſunt, veſcantur (niſi forte panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tamen admodum fiunt: at caro, quæ ex ipſis gignitur, haudquaquam eſt firma, ac denſa, quemadmodum ea, quæ ex carnibus fit, ſed laxa eſt, ac flaccida: ob id celeriter etiam, cum veſci ipſis deſierint, conſtringitur, ac cõſidet. Verum″ uuæ minus alunt, quàm ficus, maximumq; id ipſis ineſt commodum, q̃ uelociter ſubſideant. Quocirca, ſi quando hæſerint, grauiter lædunt, cum id maturis ficubus non inſit: hæ enim, etiam ſi non magnopere deorſum concedant, modo probe in uentriculo coctæ fuerint, alimentum corpori dant innoxium: quorum neutrum uuis adeſt, neq; enim retentæ belle coquuntur: &, dum in iecur, ac uenas diſtribuuntur, ſuccum crudum generat, qui non facile in probum ſanguinem mutetur. nam acinorum ſubſtantia compoſita eſt ex ipſarum uelut carne, & humore, qui per carnẽ eſt diſperſus, ex quo fit uinum: præterea ex ſeminibus, atq; ex membranoſo tegumento, q̃ om H nia hęc extrinſecus circumambit. Cęterum ſeminum quidem ſubſtantia ſicca eſt, & quodammodo adſtringens: omniaq; inteſtina peruadit, nihil, quod ſenſu deprehendi queat, à ſeſe mutata, nõ ſecus ac in ficubus κεγχραμίδες, i. grana: hęc enim in utroq; fructu proportione inter ſe reſpõdent, cum utrunque totius plantę ſit ſemen, permeetq̃ non alteratum, nõ in chylum uerſum, nulla deniq; in re immutatum. Eſt & proportio quędam in tegumentis utrunque fructum continentibus, quæ ipſis eum uſum preſtant, quem cutis animalibus. exiguam autem tegumentũ id recipit in uentriculo mutationem: quo fit, ut quidam, cum ipſum, & omne id, quod intus habetur, ſuxerint, unà cum ſeminibus expuant: quę & ipſa non nulli conantur expuere, potiſſimum, cum acini grandes fuerint. nam in exilibus id factu eſt difficile. Liquet porrò, quòd aluus magis laxatur, ſi ſola acinorum caro cum ſucco fuerit trãſglutita ſine ſeminibus, ac membrana extrinſecus ambiente. laxatur autem impenſius, cum ſolus ipſe ſuccus expreſſus (muſtum vulgo appellant) fuerit tranſglutitus: qui uentrem, ni uelociter pertranſeat, flatibus non nihil implet. Ex hoc ſanè alimenti non nihil corpori accedit, copioſius tamen ex carnea ſubſtantia: eoq̃ accidit vuas quaſdam nutrire magis, quàm deijci: cõtra, aliàs promptius deijci, quàm nutrire. Ergo quibus exiguus eſt ſuccus, magis nutriunt: quibus uerò eſt uberior, minus quidem nutriunt, ſed promptius

A. l. 2. t. 2. ca. 276. fo. 130. a

A. l. 1. f. 3. d. 2. c. 7. fo. 61. g

A. l. 2. t. 2. ca. 726. fo. 175. a

A promptius ſubſident. Vocant autem vuas eiuſmodi, generoſas, in quibus acini humidam quidē ſubſtantiam habent exiguam, ſolidiorem autem non paucam, quam ceu carnem acini eſſe diximus. Atq; ijs vtuntur, eas varijs modis autumno reponentes: etenim in muſtū ipſas cōijciunt, impletasq; ijs nouas ollas in vinaceis recondunt. voco autem vinaceos, ſolidas vuæ reliquas, cū in torculari ſuccus ipſius omnis prorſus expreſſus fuerit: quas etiam homines in dolijs componunt, ſtipantes ipſas valide, ac conſtringentes: appellantq; idipſum τρύγα, i. fæcem, quod ego uinaceos appellaui: nomine autem σταφίλου, i. vinaceorū, acinorum radicem, quę ex palmite enaſcitur, appellant, quam nos βότρυχον nominamus, vnde acini ipſi pendent: in hāc igitur τρύγα ollas nouas vuis refertas condunt, operculis exacte obturantes, ne alicunde diffletur, & quà operculum cum olla committitur, pice illinunt, perſpiratus omnes obſtruentes. Ipſam autem ollam eſſe oportet ex luto ſuaueolente & perfecte aſſato. Huiuſcemodi certe uua uentriculum diſſolutū roborans, hominibus cibum faſtidientibus appetentiam excitat, non tamen per aluum ſubſidet: &, ſi ſumpta largius, fuerit, caput ferit: quæ in muſto cōditur, magis adhuc, q̄ hæc, caput infeſtat: penſilis verò nihil prorſus caput lædit, ventrem autem nec ſiſtit, nec ad deiectionem irritat: eodem autem modo ſe habet & ad appetentiam, vt quæ nec imbecillam excitat, nec fortem diſſol
B uit. Porrò aliarum vuarū ea concoctu eſt facillima, quam dixi homines in muſto, & uinacijs in totum ſequentem annum vſq; ad ſecundam uindemiam reponere; quæ autem ex ipſis ſuſpēdūtur, cum inaruerint, ſunt inutiles, aliæ quidem ſtatim ipſo vere, aliæ verò omnino ſaltem æſtate. Non parua autem eſt inter uuas differentia, q̄ aliæ ſint dulces, aliæ acidæ, aliæ auſteræ, aliæ deniq; quæ nullam vehementem habeāt qualitatem: vocant autem ipſas vinoſas. Cæterum, q̄ dulces ſunt, ſuccum habent calidiorem, ob id ſunt ſitibundæ. Auſteræ verò, & acidæ frigidiorē: vinoſæ autem locum inter calidum, ac frigidum medium obtinent. dulces item aluum ſubducunt, & maxime ſi ſint humidæ: acidæ, auſteræq; non huic modo rei, verum etiam coctioni in ventriculo, diſtributioni, ac nutritioni, ſunt noxiæ: acidæ certe, etiamſi exactam in ipſa uite maturitatem adeptæ, ſuſpendantur, ne ſic quidē dulceſcunt: auſterarum autem quædam, ſi ſuſpenſę diutius fuerint, dulciores redduntur: acerbæ verò, vt acidæ, etiam ſi ſuſpenſæ fuerint diutius, mutationem in dulcius nunquam poterunt aſſequi: quocirca ipſarum eſus perpetuo eſt cauendus.

† Omnium quidem certe vſus (ſi quis moderate ſumat) eſt tutiſſimus, cū uuæ natura fuerint carnoſæ, ac maturę: quę verò nullam auſteram qualitatem, vel acidam prę ſe ferunt, ſiue in uite sūmam maturitatem obtinuerunt, ſiue quod maturitati deerat, ex conſequenti ſuſpenſion e ſint a-
C deptę, eas humidas, affatim uentris deijciendi gratia licet ingerere. Quidam aūt in eundē vſum, muſtum quoq;, idq; dulciſſimum, bibunt, id. n. maxime ſubducit: quod verò ab uuis auſteris, aut acidis eſt expreſſum, ad omnia eſt peſſimum. Equidem nominibus ſic ſum vſus, quemadmodum homines huius ſæculi vtuntur, ſatius eſſe ratus, res dilucide docere, q̄ uetere lingua Atticorum uti. Quibus vero antiquius id, doctrinę perſpicuitate fuerit, vuarum partes ſolidas, quę muſto ex preſſo ſuperſunt, βρύτια appellant: σίμφυλα autem oliuarum, cum oleum fuerit expreſſum: quod verò craſſum in vuis ſubſidet, vulgus Atticorum τρύγα, i. fæcem, nominat: proinde nulla apud eos in uocibus eſt homonymia, ut apud alios homines, qui βρύτια etiam τρύγα nuncupant. Quin & tertia quędam huius nominis τρυγὸς, eſt ſignificatio, Græcis huius memorię uſitata: nam uinaceorum dilutum τρύγα vocitant: quod rurſus ab Atticis ἀφρόν, à noſtratibus σταφυλίτις, ideſt lora, appellatur. Coniectis namque in parua dolia uinaceis tantum aquæ ſuperaffundunt, quoad omnia permadeant: quod ubi ſatis factum videtur, in dolij fundo foramen aperiunt, vt dilutum effluat: idque pro uino bibunt. Perſpicuum autem eſt, quòd pro uinaceorū copia aquam, experientia docti, affundunt: quò videlicet lora, neque aquoſior ſit, neque meracior. deinde rurſum aliam aquam, parciorem tamen priori, uinaceis affundunt, ita, vt id quoque in potu ſit tole
D rabile: quod quidam Attici proprie, nō vt prius, ἀφρόν nominari volunt. Vtraque lora capiti dolorem affert, niſi quis dilutiores ipſas bibat, ſed prior magis caput ferit. Commodum autem huic potui id ineſt, quòd ocyus per urinas reddatur: qua in re magnum eſt pro uaria vuarum (ex quibus ſunt vinacei) ſpecie diſcrimen. Quandoquidem, ſi dulces fuerint, potus multo erit ſuauior, citiusque per vrinas reddetur: ſin verò acerbę, aut acidę fuerint, inſuauior longe, ac minus ciens vrinas. Id autem dilutum valentius fit ac multo vinoſius, cum τρύξ, ideſt vinaceus, adver, aut æſtatem fuerit aſſeruatus. Hyeme verò ſi quis utatur, ut caput minus ferit, ſic & per urinas minus ſecedit.

† Omniū quidē certe uſus (ſi qs moderate ſumat) eſt tutiſſimꝰ, cū uuæ natura fuerint carnoſæ ac maturæ, ſiue in uite ſummā maturitatē obtinuerint, ſiue quod maturitati deerat, ex ſuſpēſione ſint adeptæ. Poſt pēſiles aūt, eas q̄ nullā auſterā uel acidā qualitatē p̄ ſeferūt, affatim uentris deijciēdi gratia licet ingerere.

De uuis paſſis. CAP. 10.

VVę paſſę cum alijs uuis eandem habent rationem, quam caricę cum ficubus. multę enim fiunt dulces, acerbę autem omnino paucę: plurimę uerò ex dulci, & auſtera qualitate ſunt miſtę: quanquàm dulces non nihil quoque auſterę qualitatis habent: & auſterę, dulcedinis. Cęterum, ut dulces temperamento ſunt calidiore, ita auſteræ frigidiore. Ad hoc, auſteræ ſtomachum roborant, & uentrem conſtipant, & his multo magis acerbæ: mediam autem quodammodo inter ipſas conſtitutionem dulces obtinent, ut quæ nec ſtomachum diſſoluant, nec aluum ſubducant. dulcibus tamen, ut uis quædam ſemper ineſt contemperandi, ita & mediocriter detergēdi:

quibus duobus facultatibus exiguas mordicationes, quæ os ventriculi infestant (quod & ſtoma E
chum appellamus) obtundũt. Perſpicuum enim eſt, q̃ mordicationes maiores valentiora poſtu-
lant remedia: inter paſſas autẽ præſtantiores ſunt, quæ tum pingues ſunt, tum corticem habent
tenuem. Non nulli autem, & recte, ſanè è dulcibus, grandibusq́; (quales ſunt Scybelitites) prius,
q̃ mandant, ſemina eximunt: quæ & ipſæ inueteratæ, cutim durã, craſſam q́; habent: easq́; prius
in aqua coguntur macerare, nã & ſemen ipſum facilius ſic eximitur. Aliæ quędam ſunt his con-
trariæ, ſolidæ & craſſæ, quæ nullũ prorſus ſemen habent: creſcunt hę in Cilicia, colore ſubflauo:
In Pamphilia autem Scybeliticæ, & colore nigrę, q̃, vt dixit, ſunt maximæ: minimę autem in Ci-
licia fuluæ proueniunt. Aliæ prẽter has in Cilicia naſcuntur, colore nigro magnitudine mediæ:
quemadmodum & apud alias plerasq́; gentes, potiſſimũ in Lybia. In Aſia autem variæ paſſarũ
ſpecies, mediocri magnitudine proueniunt: etenim quædam ſubflauę, aliæ nigræ, aliæ dulces, &
aliæ ſubauſterę, cernuntur. Porrò in frigidis regionibus ne vuæ quidem ipſæ maturari exquiſite
queunt, nedum paſſarum quæpiam: quapropter reſinam vinis immittunt, ne celeriter aceſcant.
Porrò quemadmodum paſſarum differentia, quæ à colore ſumitur, nihil ad paſſarum faculta-
tem confert, ita nec magnitudo: ſola autem qualitatis, quę guſtui ineſt, differentia poteſt omnia:
cui ſoli intentus, inuenies (vt ante diximus) & in quibus, & quo tempore vti conueniat. Alimen F
tum ex paſſis tale qualitate in corpus diſtribuitur, quali s ipſarũ natura fuerit: dulce ex dulcibus,
auſterum ex auſteris, miſtum ex iis, quæ vtriuſque qualitatis ſunt participes: quantitate verò co
pioſius ex pinguibus ac dulcibus: parcius ex auſteris & macris. Quòd ſi paſſarum, pinguium, ac
dulcium, à quibus ſemina fuerint exempta, parem molem cum pari vuarum mole contuleris,
paſſas valentius nutrire deprehendes. Huiuſmodi ſanè, vt minus quam caricæ, ſubducant ab-
ſtergantque, magis tamen, quàm illæ, ſtomachum" iuuant. A. l. 2. t. 2. ca. 726. f. 175. b

De Sycaminis, quæ & Mora appellant. CAP. 11.

NOn hęc Attici ſermonis affectoribus ſcribimus (fortaſſe enim ne legere quidem ipſa di-
gnarentur, corporis ſimul & animi ſanitatem pro nihilo ducentes) ſed medicis quidem,
qui, de Atticiſmo non magnopere laborant: tum autem & alijs, qui, vt animalia ratione p̃dita,
viuentes, honorẽ, gloriam, diuitias, & authoritatẽ inter ciues corporis & animi valetudini poſt
ponunt. Certo.n.ſcio hos linguam Atticorum nihilo pluris, quàm cæterorum hominum, æſti-
mare: corporis verò ſanitatem præſtantius quiddam ducere, ac dignius ei homini, qui viuere ſe
cundum naturam ſtuduerit. Cum igitur intelligam ſermonem ſimpliciorem ijs eſſe vtiliorem,
nominibus vtar, quæ ipſi intelligant, etiam ſi vetuſtis Græcis non ſint conſueta. Mororum igi- G
tur nomen vulgo eſt cognitum, ſi non alia de cauſa, ſaltem ob medicamentum σωματικὸν, id eſt
† uertendũ po- † ori gratum, quod διαμόρους appellatur, quòd eorum ſuccum recipit. Quoſdam autem ex fru-
tius, ad oris af- ctib. autumnalibus, quos deinceps recenſebimus, plerique homines ignorant, quo nomine ante
fectus utile. ſto- annos ſexcentos ab Athenienſibus fuerint appellati. animaduertunt enim, huius tempeſtatis
matica .n ſunt Athenienſes, fructus omnes non alio nomine appellare, quàm quo reliqui Græci appellant: ſed
quę ad oris & & mora ipſa ſycamina nihilo minus, quàm mora, nominare: item perſica, nuces, pręcocia, ac in
partium, quę in- ſumma, reliqua omnia pro aliorum Græcorum conſuetudine. neque enim detrimenti quidquã
tra os, uitia ac- ipſis ex vetuſtarũ appellationũ ignoratione accidet, ſi facultates ipſorum exploratas habuerint.
commodantur, Paulo lib. 7. Satius.n. fuerit ſcire ex ijs cibis, qui ad excretionem incitant, poſteriores quidem ſumendos, qui
tarde permeant: omnium autem primos, qui celeriter quidem peruadunt, corrumpuntur tamẽ,
ſi in ventriculo morentur diutius: quàm ipſorũ nomenclaturas noſſe. Non tamẽ omnino igno
rare homines mihi videntur, qui ordo in ijs, quæ mandunt, ſibi ſit ſeruandus: quandoquidem
ipſos videas in plurimis cibarijs eum ſeruare. præſumunt enim radiculas, oliuas, & fœnum græ
cum ex garo: poſt hæc, maluas, betam & alia id genus olera cum oleo, & garo. Etenim, ſi vel tan
tillum mentis habeant, diuturna experientia docet facultates eorum, quæ quotidie cibi gra- H
tia ſibi præparant: quorum verò multo interuallo vſus atque experientia incidit, ea ſoli homi-
nes ſolertes obſeruant, ac memorię mandant. Sycamina igitur celerrime pertranſeũt, cibisque
alijs prœeunt, ſi in ventriculum purum inciderint, & ſumpta primis epulis fuerint. quòd ſi ſum-
pta poſt alios cibos fuerint, aut etiam paruum ſuccum in ventriculo offenderint, celerrime vnà
cum alijs cibis corumpuntur nouo quodam corruptionis genere, & quod verbis explicari ne-
queat, vt in cucurbitis accidit. omnia enim hęc, ſi modo celeriter incorrupta ſubſederint, cibis
fugacibus minus ſunt noxia: ſin minus, corrumpuntur non aliter, quàm pepones quaquam: hi
quoque ſi celeriter ſubducantur, nullam magnam noxam afferunt. Tempus autem vtendi, vt
peponibus, ita & moris eſt, cum corpus ventriculi ſquallore æſtuat, quo tẽpore neceſſe quodam
modo eſt hepati quoque idem accidere. Cucurbitæ quidem & cucumeri tum maturo, tum ante
maturitatem, ad hæc melopeponi, nulla adſtringens qualitas ineſt: ſycaminis vero, & potiſſi-
mum cum nondum admodum maturuerint, qualitas eiuſmodi conſpicuè ineſt: immaturioribus
autem ineſt, ſimul & acida. Proinde non nulli ab arbore ipſa detrahentes ac ſiccantes reponũt,
medicamẽtũ" ad dyſenteriæ ac diuturnæ diarrhœę curationem, vtile ſibi futurum. At nũc nobis A. l. 2. t. 2. 491. ſo. 159.
non eſt propoſitum medicamẽtorum facultates exponere. Rurſus igitur ea repetamus, quę ſyca

mina

A mina ipſa, vt alimentum, poſſunt agere. Quòd quidem celeriter ſubducantur, dictũ nobis prius fuit: quod eius accidit forte propter ſolam ſubſtantiæ humiditatem, ac lubricitatẽ: forte etiã propter admiſtam qualitatem quandam acriorem, quę deiectioni excitandę ſatis eſſe poſſit: quãdo quidem qualitas adſtringens, non modo ad ſubductionem nihil cõfert, verum ẽt ſuapte natura ventrem conſtipat. Didiciſti autem ex commentarijs De ſimplicium medicamẽtorum facultate pleraq; eſſe corpora, quę facultates habeant contrarias. Coniector igitur mora exiguam in ſe ipſis habere facultatem eiuſmodi, qualis magna medicamentis purgantibus ineſt: cuius cauſa, nõ modo facile ſecedunt, ſed corrumpuntur etiam, ſi diu in ventre manſerint. Quòd ſi corrupta (vt dixi) non fuerint, omnino quidem humectant, non tamen omnino refrigerant, niſi ſumpta fuerint frigida. Alimentum autem corpori præbent minimum, quo modo pepònes: non tamen, vt ij, vomitum excitant, neque ſtomachum lædunt.

De Ceraſis. CAP. 12.

EX Ceraſiis quædam ſunt, quæ moris ſunt ſimilia, cuiuſmodi ſunt ea, quæ minimam habent adſtrictionem: alia ruborum fructui, vt ea, quæ euidentius adſtringunt: quædam autem ſunt, quæ vel valentius ijs adſtringant. Proinde memoratæ cuiuſque ſpeciei facultatem, ex iis,
B quę de ſycaminis, & rubi fructibus diximus, potes colligere.

De Rubi fructibus. CAP. 13.

RVborum fructum homines apud nos βάτινον appellant, quemadmodũ mora, & ſycamina: vtraq;. n. modo ipſa nominãt. Sunt autem βάτινα, q̃ mora, magis adſtringentia: &, ſi qs largius ijs veſcatur, capitis dolorem ſentiet: alij verò & ſtomacho anguntur. proinde fructum hunc abluamus oportet, prius, q̃ mãdere ipſum aggrediamur: quod maxime in ſycaminis quoque eſt faciendũ. non tamen ventrem ſubducunt, ſed potius cohibent: & ſi quis immatura ipſa prius ſiccata repoſuerit, multo etiam magis cohibebunt. Omnia tamen medicamenta, quæ ex mororum ſucco parantur, ſi facta ex ijs quoque fuerint, facultatem habent efficaciorem.

De fructibus Canirubi. CAP. 14.

FRuctus canirubi multo magis, quàm ruborum, adſtringit: ob eamque cauſam ventrem magis cohibet. Veſcuntur autem ipſo frequenter ruſtici, exiguum alimentum corpori ſuggerente: vocantque κυνόσβατον, ideſt canirubum.

De fructibus Iuniperi. CAP. 15.

A.l.2.t.2.c. 359. f.137.c. C FRuctus" iuniperi, qui ἀρκευθὶς dicitur, acris eſt admodum cũ exigua dulcedine, & minori ẽtea adſtrictione: habet autem & aromaticum quiddam. Perſpicuum igitur eſt, q̃ calefacit q̃dem tum propter acrimoniam (demonſtratum. n. eſt acria omnia calefacere) tum autẽ maxime propter odorem ac guſtum aromatibus adſimile; omne. n. ἄρωμα calidum. Hepar etiam, & renes purgat, & ſuccos craſſos, ac lentos videlicet tenuat: vnde medicamentis ſalubribus admiſcetur. Alimentum autem ex ipſo exiguum corpori hominum accedit. quòd ſi quis ipſum largius ſumpſerit, ſtomachum mordet, & caput calfacit, ob idque ipſum nonnunquam replet, doloribus infeſtat. Ventrem, nec proritat, nec cohibet: vrinas tamen mediocriter ciet.

De fructibus Cedri. CAP. 16.

FRuctus cedri, qui κεδρίας dicitur, colore quidẽ, & figura fructui iuniperi eſt ſimilis, ſubflauus. n. eſt, ac rotundus: diſſidet autem ab eo acrimonia. nec multũ abeſt, quin fructus hic ex genere ſit medicamentorũ, cum nullum præbeat corpori alimẽtum, niſi quis aqua ipſum macerarit. Omnibus. n. acribus. i. commune, vt ſoluta ipſorum acrimonia, exiguum alimentum corpori præbeant. Quinetiam cedrorum fructus, vt fructu iuniperi durior eſt, ac ſiccior, ita profecto exilior, nihil, vt ille, habens aromaticum. Perſpicuum autem eſt, quòd ſtomachum" valde mordicat, &
A.l.2.t.2.ca. 160.fo.119.b capiti dolorem infert, niſi quis ipſum parciſſime ſumpſerit.

D *De nuce Pinea.* CAP. 17.

A.l.2.t.2.ca. 301.f.132.f.d NVx" pinea boni, ac craſſi eſt ſucci, multumque nutrit, non tamen facile coquitur. Appellant autem nunc Græci ipſam non κῶνον, ſed ſτρόβιλον.

De fructu Nyrti. CAP. 18.

A.l.2.t.2.ca. 446.f.145.d GRæci" fructum hunc μύρτα nominant. nutritq; tenuiter æque, ac fructus iuniperi: facultatẽ tamẽ habet contrariam, quandoquidem ualenter adſtringit, & ob id ipſum aluum ſiſtit. nõ tamen pro ratione adſtrictionis, frigidus facultate eſt, propterea q̃ adſtrictionem habet non ſolam, ſed acrimonia etiam quadam admiſtam. Porrò cibis omnibus, qui qualitatem medicamẽtoſam habent vehementem, eſt commune, ut, cum eam qualitatem elixatione, aut aſſatione, aut maceratione depoſuerint, exiguum corpori dent alimentum, prius autem prorſus non nutriant: id enim ipſum & cœpis, & porris accidit.

De Perſicis. CAP. 19.

FRuctum hũc, ſiue mala perſica, ſiue (vt græcis nunc mos eſt) ſimpliciter perſica appellare uelis, ſiue aliud quoddam vetus nomen, præter hæc, ueſtigare, potes id per magnum ociũ face
A.l.2.t.2.ca. 564.f.159.d re. Nunc autem diſcas (quod nominibus ipſis erit vtilius) quòd ſcilicet ipſorum" ſuccus & ueluti caro facile corrumpitur, praua q̃ue omnino eſt. quocirca (quod quidam facere ſolent) non ſunt

poſt

poſt alios cibos mandenda, corrumpuntur.n.in ſuperficie natãtia: ſed in omnibus,quę parui q E
dem ſunt ſucci, verùm humida ſunt, ac lubrica, & quæ ſubduci facile queant, id communiter te
nendum,ea ob id ipſum ante alios cibos eſſe ſumenda.ita.n.fiet,vt & citius ſubducantur,& alijs
cibis viam muniant:quæ,ſi ſumpta poſtrema fuerint,vnà ſecum alia quoque corrumpent.

De Armeniacis, ac Præcocibus. CAP. 20.

HAec quoq; ex genere ſunt perſicorum, bonitate non nihil illa ſuperantia:neq;.n.″in uẽtri A.l. 2.t.2.ca
culo, vt illa,corrumpuntur,neq; aceſcunt.vulgò autem ſuauiora apparent:vnde ẽt ſtoma 143.fo.116.l
cho ſunt gratiora(cætera.n.illis ſunt ſimilia)ſuauibus autem omnibus id ineſt:quemadmodum
in ſuauibus,vt uentriculum reſupinent,ac ſubuertant,& ad uomendum incitent,cupientem q̃ ce
lerrime,quod infeſtat,abijcere:id quod facit pro momento eorum,quæ infeſtant;quę.n.vergũt
deorſum, ea ipſa expellit:quæ uerò ſupernatãt,per uomitus eijcit.idem facit,& cum ſucci parui
ex toto corpore in ſe defluunt:etenim,qui ex ijs in partem uentriculi ſuperiorem confluunt,uo-
mitu vacuantur:qui uerò in inferiorem, pariũt diarrhæam.Porrò,quòd fructus omnes autumna
les exigui ſint alimenti,dictum id nobis prius fuit.Præcocia tamen,quæ uocant,armeniacis ſunt
prẽſtantiora. Qui tamen præcocium nomen fugitant,utraq; mala armeniaca appellãt: alii uerò
armenia,per quatuor ſyllabas,non quinque. F

De Malis, & ſaporibus, qui in eis inſunt. CAP. 21.

GEnus horum non eſt ſimplex,quo modo neque pyrorum,neq; punicorum,quędam enim
ſunt, quæ ſaporem habent auſterũ: alia acidum, aut dulcem:non nulla etiam ex ijs miſtũ,
apparentq́; & dulcia ſimul,& adſtringẽtia.Prẽterea alia quædã,cum dulcedine manifeſtum ha
bent acorem:ad hęc,alia cum acore acerbitatem.Inuenias autẽ interdum,& quæ hos tres ſapo-
res ſimul habeãt euidentes adeo,vt acida,appareãt,& dulcia,acerbitatisq́; habeãt nõ nihil. Per
ſpicuum autem eſt,q̃ adſtringens,auſterum,& acerbũ,tria hæc nomina ſaporis,qualitate vnicã
ſignificant.Quòd vero acerba quidem in eo ab auſteris differant,q̃ valentius aſtringant(cõmu
ne autẽ ipſorum genus eſt adſtringens)ex quarto libro De ſimpliciũ pharmacorũ facultate di-
diciſti,in quo de ſaporũ ſubſtantia,ac facultate tractauimus. Memor igitur illorũ,ſcito mala″ q- A.l.2. t. 2.
dem, quæ adſtringunt, ſuccum habere frigidum,a terreum:quæ verò acida apparent,frigidũ q- 562.fo.159.
dem,verum tenuium eſſe partium:mediæ autem temperaturæ eſſe dulcia,quæ tamen ad calidi⁹
vergunt:quemadmodum,quę omnis qualitatis ſunt expertia,ac veluti a quoſa ad frigidius incli
nant.His igitur vteris pro uicenti in ſaporibus facultate:auſteris quidem pomis,cum ventricu-
lus vel propter calidam intemperiem, vel multã humiditatem fuerit imbecillus: acerbis autem G
cum duo hæc aucta admodum fuerint: acidis,quãdo ſuccum craſſum,qui non magnopere frigi-
dus ſit,ſuſpicaberis in ipſo eſſe collectum:quandoquidem ſuccus frigidus nõ acida,ſed acria po
ſtulat.Vtraq; certe & acida,& acria ſuccos craſſos incidunt:in eo tamen differunt,q̃ hæc quidẽ
cum calfactione,illa autem cũ refrigeratione id præſtent.Perſpicuum porrò ex ijs,quæ ſæpe iã
diximus eſt, q̃ adſtringẽtia quidem, quantũ in ipſis eſt, alui deiectiones ſemper cohibent;acida
verò,cum ſuccum craſſum in uentre inuenerint,ipſum incidũt,ac deorſum ſubducũt,ob idq; de
iectiones humectant:quòd ſi ventrem purum inuenerint,ipſum magis ſiſtunt.Porrò ſuccus dul-
cis,cum ſine acrimonia,& craſſitie,hoc eſt,cum ſolus plane fuerit,aptius,quãtũ in ipſo eſt,diſtri
buitur:q̃ ſi acrimoniam,aut craſſitiẽ habuerit,facilius ſubducitur.Eſt autem & aliud ſucci genus,
non in pomis modo,uerũetiã in alijs omnibus,qđ aqueũ,& qualitatis expers appellãt,ut antea
quoq; diximus: quod ſtomachũ quidem minimum iuuat,in medio autem eſt memoratarum fa
cultatum,quemadmodum & aqua ipſa.Ineſt autem pomo eiuſmodi id vitiũ,q̃,cum ad mãdẽdũ
ipſum aut uoluptate, aut vtilitate adducantur,qũ neq; guſtu iucundũ ipſum,neq; quemadmodũ
adſtringentia,robur uentri inducere,neq; fluentem ipſum ſiſtere cõperiunt,merito contemnũt:
quemadmodum & apud nos quidem in multis Aſię locis, ſuibus ipſum proijcimus,πλατανίσιον H
appellantes,q̃ tenera platanorũ folia guſtu quodammodo repręſentet.Cæterum ab optimis ẽt
in toto genere malis,priusq̃ in arboribus maturuerint, cauendum eſt:concoctu.n.ſunt difficilia,
& frigida,tardeq́; permeant,& parui ſunt ſucci,ut interim omittam,q̃ ſuccum etiam habẽt frigi-
dum,ac leuiter craſſum.Quæ verò belle matura in hyemem,& uer proximũ aſſeruãt,ea ſæpe in
morbis maximum afferunt prẽſidiũ,vel cataplaſmatis modo cũ farina admota,aut in calidis ci
nerib⁹ mediocriter aſſata,aut pulchre in aquæ bullientis uaporib⁹ percocta.cæterũ poſt cibũ ſta
tim dare ipſa conueniet:non nunquã autem & cum pane ad uentriculum,& ſtomachũ roboran
dũ ijs, qui deiecta ſunt appetentia, tardeq́; cõcoquũt: quiq́; uomitu,diarrhœa,ac dyſenteria in
feſtantur.In hunc uſum acerba ſunt apta:parata enim,vt iamiam præcepi,mediocrem retinent
adſtrictionem, cum, ſi mediocriter auſtera fuiſſent, in eiuſmodi apparatu adſtrictionem om-
nem depoſuiſſent:ob idque ſimilia ijs euadunt,quæ ab initio ſunt aquea.

Qui fiat, vt eſus pomorum, aut pyrorum adſtringentium, uentrem quibuſdam deijciat. CAP. 22.

CVm autem quoſdam audiuiſſem, qui dicerent,uentrem ſibi ab eſu adſtringentiũ ſubduci,
ſatius eſſe putaui, quæ de eo ratione, atq; experientia ſæpe cognouiſſem,hoc loco ſemel

fuſius

A fuſius explicare. Cum Protas rhetor quidam, ciuis noſter narraret, vētrem ſibi poſt eſum pomo
rum, ac pyrorum auſterorum deijci, re intellecta, atq; in ipſo per experiētiam cōprobata, audaci⁹ poſtea in alijs id ipſum ſum expertus. rogaui. n. hominem, vt mecum vel vnum diem viueret, vt ſcirem, quo tempore, & quàm multis veſceretur adſtringētibus: ac primum hominem ſtatim ſum hortatus, vt more ſuo viueret, neve vlla in re conſuetam ſibi victus rationē immutaret. Ipſe autem, cum poſt balneum, paucula aqua præbibita, fœnum græcum, radiculā, & id genus alia (q̄ ante alios cibos omnes fere ſumere cōſueuerūt) ſimiliter & ipſe ſumpſiſſet, vinum q́; dulce, quātitate mediocri, adbibiſſet, comedit deinceps maluas cū oleo, & garo, & pauco vini: & poſt illa piſcis quidpiam, ſuillæ, & auis. deinde, cum ſecūdo bibiſſet, pauco tempore intermiſſo ſumpſit pyra auſtera, poſtea deambulatum progreſſi, nō multum deambulauimus, cum venter illi maiorem in modum eſt ſolutus. Quæ cum eſſem conſpicatus, pactus ſum amico, vt poſtridie, quæ ad ſuam victus rationem pertinerent, mihi committeret. qui cum mihi prompte eſſet aſſenſus, prima omnium, poſt balneum, pyra exhibui: deinde alia deinceps, ut cōſueuerat: quibus peractis, non modo non vehementer, ſed ne mediocriter quidē aluum deiecit. Mirabat ſane (ut par eſt) rei euentum, cauſam q́; eius a me ſciſcitabatur: cui ego hæc quæ nunc referam, expoſui. Nam cū
B garum, inquam, vnà cum ijs, quæ cum eo ſumpſeras, aluum ſuapte natura ſubducat, idq́; iam ante feceris, adſtringētia poſtremo loco ſumpta ijs potiſſimū, qui ſtomachum habent imbecillū, deiectionis ſunt cauſa, ventriculum roborantia, & ad expellēdum deorſum, quę in ſeſe cōtinet, incitantia: quod magis (inquam) fatebere, ſi cras prima omnium adſtringentia ſumpſeris: ſecūda autem poſt illa, carnoſa: omnium poſtrema, quæ cum oleo, & garo mā duntur. Minime, inq̄t, repente enim uomerem, ſi maluas ultimas cum oleo, & garo manderem. Optime inquam, reſpō diſti: illa enim uentriculum ſubuertunt, & potiſſimum os ipſius, quod iam omnes ſtomachū uocare conſueuerunt: adſtringētia verò roborant, ac firmant: quo, fit ut, ſiquis alius ſuccus uētriculum ſubuerterit (quod ſolet bilis pallida efficere, in quibus copioſior eſt aceruata) qui ſic eſt affectus, ſi quod adſtringentium guſtarit, ſuccum infeſtantē repente deorſum excernet. Deinde oſtē di ei iuuenem quendam, qui narrabat, cum paucis diebus ante, purgandi gratia, ſuccum ſcāmoniæ ſumpſiſſet, & horis quinq; poſt ſumptum medicamentū iam præterlapſis, nulla ſecuta eſſet excretio, ſtomachum quidem ſibi premi, uentriculum autē, intumeſcere ac grauari cępiſſe, quas ob res pallidum ſe, attonitum q́; atq; animi incertum, ſymptomata, quib⁹, infeſtabatur, mihi cō municaſſe. Quò nam igitur modo hominem ſanauerim, audi, inquam, iuuenē ipſum. Tum pro-
C tinus præſentem ei exhibui, ac narrantem, ut ego imperarim ſibi, exiguum quidam mali adſtringentis, aut punici, aut pyri manderet: ipſe autē ſimul atq; comediſſet, malis ſtatim fuerit liberat⁹ copioſiſſima, ac conferta ex ipſius uentre facta excretione. Scito igitur (dixi rhetori) tibi quoq; idem contingere, cum propter ventriculi totius, ac ſtomachi imbecillitatē, adſtringētia poſtremo loco ſumpſeris. Tum ille, veriſſimum, inquit, eſt quod dixiſti: talis enim mihi natura eſt ſtomachus, facileq́; a quibuſuis ſubuertitur. ego vero poſt cibum ſtudioſius auſterū quidpiam eſito, tunc, cum ipſum ſupinum admodum eſſe ſentio, adeo, vt prope iam nauſeet. Ex hac de rhetore narratione ſatis intelligere poteris, ijs, qui ſtomachum habent imbecillum, ventrem deijci, cum poſtremis epulis adſtringentium quidquiam ſumpſerint.

De Cydonijs, & Struthiomelis. CAP. 23.

HIs pomis eximium quiddam, quod in alijs non inuenitur, ineſt. Nam præterq̄ ꝙ adſtrictionem habent copioſiorem, ſuccus etiam eorū diu durat, ac permanet, ſiquis ipſum cū melle coctum aſſeruare uelit: cum aliorum pomorum ſuccus, ſi reponatur, aceſcat, propterea ꝙ multā habet humiditatem frigidā. Nos āt & medicamentum, quod ex ſucco ſtruthiomelorum cōficit, quodq; ijs, qui deiectam habent appetentiam, eſt accommodatiſſimum, cum forte in loco cōſpi
D cuo non eſſet poſitum, tandem poſt annos ſeptem inuenimus, nihil in qualitate immutatū: cruſtā. n. in ore vaſculi dēſam fecerat, cuiuſmodi in melle ſæpenumero & alijs quibuſdā adcreſcit: quam ſeruare incumbentem conueniet, ſi velis pharmacum, aut mel diutiſſime citra mutationē ſeruare. Atque id mihi obiter ſit dictum, cuius autem rei gratia, medicamenti, quod lōgiore tempore manſit incorruptum, memini, denuo id reſumam. Permanens eſt ſtruthiorum malorū ſuccus, quando paratus recte fuerit, quemadmodum & cydoniorum: uerum hic minus eſt ſuauis, & maxime adſtringens: quocirca ad ventriculi admodum exoluti robur uti eo aliquādo poſſum⁹. In Iberia autem eduliū componūt, quod μηλοπλακοῦντα appellant, quod adeo durat, ut patinę recentes ipſo refertæ Romam afferantur. Componitur autē ex melle & carne leuigata: cocta cū melle. Noſtrum uerò medicamentum, quod ijs, qui deiectam habent appetentiam, comparatur, non ex melle ſolo & malorum ſucco, ſed piperis albi habet quidpiam, & zingiberis, & aceti, Non tamen iam plura de eo uerba facere conuenit, cum alibi de eo abſolute tractauerimus.

De Pyris, & Punicis. CAP. 24.

QVæ de malis diximus, ſi ad pyra, & punica tranſtuleris, nihil erit, quod nos de ipſis nouum dicere oporteat. Etenim in his quoque alia ſunt auſtera tantum, vel acerba: alia acida: alia dulcia: alia ex horum miſtione compoſita: & alia, quæ nullam penitus huiuſce modi qualitatem

litatem habent exuperantem: quo fit, vt, cum aquea ſint, ac hebetia, omnis facultatis roborandi E
ſint expertia. Pyrorum igitur uſus pomorum vſui omnino eſt ſimilis. Punica verò cætera quidē
ſunt ſimilia, in eo tamen diſcrepant, ꝙ nūquam cum farina macerata aſſentur, neq; in aqua, aut
uapore elixentur. Succum autem habent pyris, & pomis copioſiorē, & præterea guſtu ſuauiorē
eo, qui eſt in illis, ſucco. Sunt autem interdum prædictis duobus fructibus vtiliora, tū ad alios af
fectus, tum ad eum, cuius Hippocrates libro ſecundo De morbis populariter graſſantibus memi
a Epid. ſect. 2. principium. nit, his verbis: ‖ Mulier cardialgia torquebatur, nec prius malum eſt ſedatū, q̄ polēta ſucco pu- A l. 3. f. 13. t. 5 c. 16. fo. 306. a
nici aſpera, ſemel in die uteret, reliquis cibis abſtinēs: neq; ampliùs vomitu reijciebat, qualia
Cherion Charitonis filius. Perſpicuum certe eſt, ꝙ uitioſo humore partes ad os ventriculi (quod
certe καρδίαν etiam appellant) attinentes imbuente, mulier erat nauſeabunda, cardialgiaq; tor
quebatur. Nam verbū καρδιώσσειν nil aliud ſignificat, quàm ſymptoma, quod mordicationi ſto
machi ſuccedit. Hunc certe humorem polenta quidem exiccauit; ſuccus autem punici cū ea ſum
ptus ventriculum roborauit adeo, ut humorem in tunicis ipſis contentum expellere potuerit. Pu A. l
nica quidem quàm minimum corpori præbent alimentum, ut ipſis nunquam ceu alimento, ſed 494
tantum ut medicamento, egeamus: Pyra verò, & potiſſimum, quæ magna ſunt (vocant autē ip-
ſa apud nos fœminino genere μυνάτας) aliquantū nutriūt. Proinde in tenues orbes ipſa ſecātes, F
& poſtea exiccantes reponunt: quę elixa, vice ciborum parum nutrientium, hyeme & vere, cum
fames eſt, mandunt. Attici quidem priorem ſyllabam ροιῶν ſcribunt ſine ἰῶτα, Iones uerò cum ἰῶ
τα: verum id nihil ad hominum uitam affert commodi: quemadmodum neque in οὔων. i. ſorbis,
quæ Græci quidem omnes huius noſtræ memoriæ ſic nominant: Attici autem cum υ pronuncia
re ipſa non permittunt. Speculationem igitur de nominibus illis relinquentes, de facultate ipſius
fructus diſputabimus.

De Meſpilis, & Sorbis. *CAtP. 25.*

QVæ de prędictis diximus, eadē de his, quoq; ſunt dicenda. Ambo". n. adſtringunt: verū me A. l. 2. t. 2. a 315. f. 133. A. l.
ſpila multo valentius, q̄ ſorba: proinde uētri fluenti cibus eſt vtiliſſimus. Sorba tamē in ci 57. f.
bo ipſis ſunt ſuauiora: omnino. n. nihil habent adſtringens æque, ac meſpila, ſed ipſorum ſuccus
eſt auſterus ſine ulla acerbitate. Liquet autem, quòd omnibus huiuſcemodi parce eſt veſcen-
dum, non autem affluenter, vt vuis ac ficubus: nullo enim ipſorum, ut alimento ſed vt medica-
mento potius indigemus. Hæc tibi ſunt vtiliora, quàm ſcire, priorem ſyllabam nominis οὔων à
veteribus Atheniēſibus per literam ο tantum ſcribi, & pronunciari.

De fructu Palmæ. *CAP. 26.* G

FRuctum palmæ, ſiue glandes appellare uelis, ſiue palmas, eodem cū tota arbore nomine (ut
iā Græcis omnibus mos eſt) neutro modo aut incommodaueris, aut ipſius facultatis cogni-
tionem promoueris. Non parua autem in ipſis eſt differentia: quædā. n. ſunt ſiccæ, & adſtringen
tes, ut Aegyptiæ: alię molles & humidę, & dulces, vt quę καρυωτοί appellantur: pręſtātiſſimę aūt
hę in Syria palæſtina naſcuntur in Hierichonte. Reliquę oēs palmę inter dicta duo genera ſunt A. l. 2
medię. Difficiles autem ſunt concoctu, capitiq̄ue dolorē inferunt: quarum alię quidem magis, 269. f
aliæ minus ſunt humidę, ac dulces, ſiccę, atque adſtringentes. Verum conſtitutis extremis, iā om
ne, quod in medio eſt, facillime deprehendes. Nulla certe ex ipſis eſt, quę non dulcedinem quā-
dam, & adſtrictionem habeat: ſiquidē καρυωτοί, exiguę adſtrictionis: Thebaicę, obſcuræ dulcedi
nis ſunt participes: At ſuccum quidem dulcem nutrire: auſterum autem, gratum eſſe ſtomacho,
& uentrem ſiſtere oſtendimus. Palmę autem, ſi largius ſumantur, omnes cōcoctu ſunt difficiles,
& capiti dolorem afferunt. quędam autem & morſus cuiuſdam ſenſum ori uentriculi incutiūt, A. l. 3
quod medici ſtomachum appellant. Succus autem, qui ab ipſis in corpus diſtribuitur, craſſus qui 532. f
dem omnino eſt: habet autē & lētoris quidpiam, cum palma ipſa pinguis fuerit, ſicuti καρυωτοί,
cum autē dulcedo tali ſucco miſta fuerit, celerrime quidem hepar ab ipſa obſtruitur, læditur aūt H
maxime ab ipſorum eſu, quando aut inflammatione, aut ſcirrho obſidetur: poſt hepar aūt, & lien
obſtruitur, ac lędit. Multo autem maxime palmę virides, ſi paulo largius ſumantur, ad omnia
ſunt noxię. Perſpicuum porrò eſt, ꝙ dulces quidē ſuccum habent calidiorem: adſtringentes aūt
frigidiorem. quin & palmę uirides, quemadmodum & ficus, flatus gignunt: nam palmę uirides
eandem habent ad alias palmas proportionem, quam ficus habēt ad caricas. In regionibus au-
tem non admodum calidis palmę non perfecte matureſcunt adeo, ut reponi queant: quo fit, ut,
cum homines cogantur ipſis uiridibus ueſci, crudis ſuccis impleantur, rigoribusq̄ue, qui ęgre ca
lefiant, & hepatis obſtructionibus prehendantur.

De Oliuis. *CAP. 27.*

PErexiguum quidem & ipſæ corpori prębēt alimentū, & potiſſimum caducę, quas uulgo fe-
re cum pane: ſine pane autem mandunt cum garo ante alios cibos, uentris ſubducēdi gratia
quas ἀλμάδας, & κολυμβάδας appellāt. Porrò, quemadmodum caducę pinguedinis habēt plurimum, ita hę ſuccum adſtringentem: proinde ſtomachum roborant, & appetentiam excitant. A. l. 3. f. 15. 5. c. 8. fo. 2. g. A. l. 2
Aptæ autem ad hanc rem ſunt, quæ cum aceto reponuntur: quas artis obſonatricis periti uarie 360. fc
præparant: cuius artis nolim medicum omnino eſſe ignarum; nam, quod ſuauius eſt, facilius ijs,

quæ

A quæ exæquo ſunt ſalubria, concoquitur: verum non eſt nunc dicendi locus, neque de obſonatri
ci ſpeculationis peritia, neque de arte ipſa: alius enim locus ipſis eſt proprius.

De Nucibus. CAP. 28.

QVidam nuces regias appellant eas, quę nũc nuces ab omnibus nominantur. Sunt & alię q̃
dam, quæ λεπτοκάρυα appellantur, prædictis multo minores, quas non nulli ποντικὰ. ideſt
ponticas ſeu auellanas vocitant. Multus autem amborum eſt vſus. Alimentum corpori præbent
exiguũ, copioſius tamen pontica, nuncupata quàm nux regia, ꝙ ipſius ſubſtantia ſit coactior, ac
minus oleoſa: regię autem laxior eſt, continetq́; in ſe ipſa plus pinguitudinis. hẽt tamẽ & adſtrin
gentis qualitatis non exiguum, quæ tandem procedente tpe marceſcit, tota ipſius ſubſtantia in
ſuccum pinguem trãſmutata adeo, vt cibo prorſus ſit inepta, ꝙ ſua pinguitudine oleo veteri aſſi
milis appareat. Cæterum, quæ uiridis adhuc eſt, ac humida, neq; adſtringentis qualitatis, neq;
A. l. 2. t. 2. ca. 494. f. 150. d oleoſæ cõſpicue eſt particeps, ſed magis quodammodo eſt ἄποια. i. qualitatis expers: qđ ſaporis
genus aqueum (vt dixi) vocare conſueuimus. Coquitur tamẽ hæc nux facilius, q̃ pontica: ſtoma
choq́; eſt gratior, & multo magis, quãdo cum caricis manditur. Traditum aũt a pleriſq; medicis
eſt, hominem à pharmacis lethalib⁹ nihil magnopere lęſum iri, ſi utrasq; has ante alios cibos cũ
B ruta ſumpſerit. Liquet præterea, ꝙ humida quidem apta ad deiectionẽ eſt: ſicca uerò minus. Ple
riq; autem ventris ſubducendi gratia cum garo etiam ipſam preſumunt: in quẽ uſum uiridis eſt
accommodatior, vt quæ adſtringentis qualitatis minus ſit particeps; quin & ſiccarum quoque,
ſi prius (quod non nulli faciunt) in aqua fuerint maceratæ, facultas viribus eſt aſſimilis.

De Amygdalis. CAP. 29.

AMygdalæ nihil prorſus habent facultatis adſtringentis: ſola.n. tenuãdi facultas, ac detergẽ
di in eis præpollet, qua tum uiſcera purgãt, tum humores è pulmonibus, ac thorace ſputis
expectorant. quędam autem ipſarum facultatem habent ſuccos craſſos, ac lentos incidẽdi adeo
A. l. 2. t. 2. ca. 57. f. 104. g h exuperantem, vt mandi præ amarore nequeant: oleoſæ tamẽ, ac pinguis qualitatis, vt nuces, sũt
participes: cuius cauſa & ipſę procedente tempore fiunt, vt illæ, oleoſę: minor tamen eis ineſt hęc
qualitas, quàm in nucibus, quo fit, vt tardius quàm nuces, oleoſę fieri cernãtur. Ex his ſane intel
ligi poteſt, ꝙ neque uentri ſubducendo conferunt, neque corpus multum nutriunt. Quę uerò qua
litatem amaram habẽt præpollentem, eæ ad pus, & ſuccos craſſos, ac lẽtos ex thorace, & pulmo
nibus expuendos plurimum conferunt. Eorum uerò, qui nullam artem ad vitam utilem excolue
runt, ſed ſe ipſos appellant atticos, alij fructum hunc genere fœminino amygdalas enunciari o-
C portere contendunt: alij neutrò amygdala: ne id ipſum quidem, de quo tantopere contendunt,
intelligentes, vtroque nomine apud viros Atticos ſcriptum eſſe.

De Piſtacijs. CAP. 30.

HAec quidẽ ad magnam Alexandriã proueniunt, ſed multo uberiora in Berrhœa urbes Sy
riæ: parum quidem nutrientia, uerum ad hepar roborandum, & ſuccos in ipſis uijs infar-
A. l. 2. t. 2. c. 269. fo. 129. c ctos purgandos vtilia: qualitatem.n. habent aromaticam, ſubamaram, & ſubaſtringentem. Scio
autẽ & alia huiuſcemodi pleraq́; hepati eſſe utiliſſima, quemadmodũ in opere De ſimplicibus
medicamentis eſt demonſtratum. Porrò non auſim affirmare, vllam ex ipſis ſtomacho accedere
vtilitatem, aut læſionem inſignem: quemadmodum neque quòd aluum deijciant, aut ſiſtant.

De Prunis. CAP. 31.

RAro inuenias hunc fructum auſterum, aut acidum, aut in ſumma inſuauitatem aliquam ha
bere, cum maturus exacte fuerit: prius.n. quam pruna eo maturitatis peruenerint, omnia ꝑ
A. l. 2. t. 2. ca. 532. fo. 155. d pemodum aut acorem, aut acerbitatem, aut amorem repræſentant. Corpori itaq; ex hoc fructu
minimum alimenti accedit: utilis tamen eſt, ijs, quibus propoſitum eſt ventrem mediocriter hu
mectare, ac refrigerare: ipſum autem nõ aliter, q̃ prædictorum quædam, ſubducit tum humidita
D te ſua, tum lentore. Siccatus verò & ipſe poteſt eſſe uſui, quemadmodũ & ficus. Fama eſt ea pru
na omnium eſſe præſtantiſſima, quæ in Damaſco urbe Syriæ naſcuntur: ſecunda autẽ poſt illa
eſſe, quæ in ea regione, quam Iberiam, ac Hiſpaniam nominant, proueniunt: verum hæc quidẽ
nihil adſtrictionis prę ſe ferunt, nonnulla uero Damaſcenorum uel plurimum. Optima autẽ in
ter ipſa ſunt, quæ cum mediocri adſtrictione magna ſunt, & laxa: quæ autẽ exigua ſunt, & dura
& acerba, praua ſunt, tum ſi eſum ſpectes, tum ſi alui deiectionem, quæ maxime ſequitur ea, quæ
ex Iberia afferuntur. Cocta autem in melicrato, in quo pluſculum ſit mellis, aluum admodũ deij
ciunt, etiam ſi quis ſola ipſa ſumpſerit, & multo magis, ſi poſt ipſa melicratum ſorpſerit. Perſpi-
cuum autem eſt, quòd ad aluum deijciendam confert, poſt ſumpta ipſa, vinum dulce adhibere,
temporiſque aliquid interponere, non autem ſtatim poſt prandere. Atque etiam id omnibus,
quæ aluum deijciunt, commune memoria eſt tenendum, quemadmodum & alia, quæ pluribus
ſpeciebus ſunt communia, ne de ijſdem ſæpe audire poſtules.

De Fructu, quem Serica appellant. CAP. 32.

NEhæc quidem auſim affirmare, quidquã ad ſanitatis tutelam, aut morborũ profligationẽ,
pertinere. Mulierum.n. atque infantium effrenatorum eſt edulium, quod exigui eſt alimẽ
A. l. 2. t. 2. ca. 360. fo. 137. d ti, ac cõcoctu difficilis: & præterq̃ ꝙ ſtomachum non iuuat, paucũ etiã alimenti corpori exhibet.

De

De Ceratijs, id est Siliquis. CAP. 33. E

CEratia, quorum tertia syllaba per literam t & scribitur, & pronũciatur, nihil habẽt cum cerasiis per s scriptis, similitudinis. Est autem praui succi edulium, ac lignosum: quã rẽ necessario sequitur, vt concoctu sit difficile: nihil enim, quod lignosum est, facile coquitur. quin etiam incommodum id ipsis inest haudquaquam aspernandum, quòd non celeriter deijciantur. Proinde " satius esset à regionibus, in quibus nascitur, ad nos non importari.

A. l. 2. t. 2. c. 193. fo. 121.

De Cappare. CAP. 34.

CApparis planta est fruticosa, plurima in Cypro proueniens. Facultas autẽ ipsi inest tenuiũ admodũ partium: quo fit, vt quemadmodum & alia omnia, quæ tenuiũ sunt partiũ, " minimũ alimenti in corpus eorum, qui ipsis vescunt, distribuat. Vtimur autẽ fructu huius plãtæ magis vt medicamento, q̃ vt alimento. Sale etiã cõspersus ad nos importatur, propterea, q̃ putrescit, si solus reponatur. Perspicuũ sane est, q̃ capparis adhuc viridis quidẽ prius q̃ saliatur, plus hẽt alimenti, ex salitura ãt amittit q̃ plurimum, omniq́; alimento, nisi sal eluatur, prorsus quidem destituitur: aluũ tñ subducit; quòd si abluatur, & quoad facultatẽ oẽm ex sale deposuerit, macerẽt, minimi quidem alimenti fiet edulium: erit tñ ceu obsonium, ac medicamentum ad appetentiam, q̃ collapsa fuerit, excitandam accõmodatũ: præterea ad pituitam, quæ in ventre habetur, detergẽ F dam, ac subducẽdam, expurgãdasq́; lienis, & hepatis obstructiones. vti ãt ad eas res oportet ante alios oẽs cibos ex oxymelite, vel oxelæo. Huius etiam plantę teneros surculos non aliter, q̃ terebinthi, mandunt, virides adhuc, vt huius, in aceto simul & muria, aut aceto solo condentes.

A. l. 2. t. 2. c. 138. fo. 115. A. l. 279.

De Sycomoris. CAP. 35.

PLantam sycomori vidi in Alexãdria vna cum fructu, paruæ ficui albæ adsimilem. Is fructus nullã habet acrimoniã: exiguæ tñ dulcedinis est particeps, estq́; facultate, vt mora, humidior quodãmodo, ac frigidior. Quin potius in medio mororũ, ac ficuũ iure quis ipsum collocarit, indeq́; nomen ipsi arbitror esse positũ: ridiculi.n. sunt, qui fructũ hunc ob id aiunt sycomora fuisse nominatum, q̃ paruis ficubus sit adsimilis. Ipsi⁹ autem generatio ab alijs arborum fructibus quodammodo est diuersa: nõ.n. ex surculis, ac germinibus, sed ex ipsis ramis ac stipitibus enascitur.

De Persio. CAP. 36.

HAnc" etiam plantam vidi in Alexandria, ex magnisque & ipsa est arboribus. Narrant autem fructum huius apud Persas adeo esse noxium, vt, qui ipsum comederint, interimat: qui tamen, si in Aegyptum transferatur, fit esculentus, manditurq́; non aliter, quàm pyra, & mala, quibus etiam magnitudine conuenit. G

A. l. 2. t. 22. fo. 101.

De Citrio. CAP. 37.

ID quoq; malum Medicum appellant, qui id agunt, vt quæ loquũtur, nemo intelligat, quãuis inter uirtutes orationis perspicuitatẽ numerent. Satius autem fuisset, quàm nam partes citrij habeãt facultatem, & quod nam cõmodum ex ipso hominibus accedat, inuestigasse, quã anxie huiuscemodi inquirere. Quam ego nũc vestigationẽ ingrediar, dicamq́; huius fructus tres esse partes acidam, quæ in medio ipsius sita est: tum autem fructus ipsius velut carnẽ, quæ mediũ ipsum ambit: & tertiam, quæ est tegumentum extrinsecus circundatum, quod suaueolẽs est, & aromaticum, non odore modo, uerum etiam gustu. Iure igitur concoctu est difficile, ut quod durum est ac callosum. Quòd si quis ipso, ut medicamento, vtatur, coctioni nõ nihil cõferet, quo modo & alia omnia, quę acrem habent qualitatem. Eadem autem ratione, si sumptum parce fuerit, stomacho robur inducit: proinde ipsum comminuentes, succumque exprimentes, solent medicamentis immiscere, † quæ per os sumuntur, § quæque ventrem deijciunt, aut totum corpus purgant. Parte autem fructus acida, & non uesca, qua semen continetur, cum ad alia quædam utuntur, tum sæpe in acetum imbecillum conijciunt, quo ipsum reddant acrius. Pars autẽ inter duas iam dictas media, quæ sane corpus etiam nutrit, quæque neque acidam, neque acrem habet H qualitatem propter duritiem concoctu est difficilis. Ob eam causam omnes ipsam mandunt cum aceto, & garo, ut saporis hebetudinem acuant: fortasse autem, quòd experientia didicerunt, aut à medicis acceperunt, ipsam coqui facilius, si mansa eo modo fuerit.

† καταπότοις.

A. l. 116. g. h.

A. l. 441.

De fructibus plantarum agrestium, inter quos sunt Quercuum glandes. CAP. 38.

OMnibus hominibus mos est eas plãtas vocare agrestes, quę sine ulla agricolæ industria in agro proueniunt. siquidem & uites appellant agrestes, quas nullus uinitor procurat, ipsas ablaqueans, aut circunfodiẽs, aut pullulantia germina extirpans, aut eiusmodi aliquid fatagẽs, ex quo plantarum genere est fagus, quercus, ilex, cornus, comarus, & aliæ id genus arbores: quẽ admodum & frutices quidam, ut rubus, canirubus, acherdus, pyrus, & prunus syluestris, quam προῦμνον apud nos appellãt, & qui frutex ἐπιμηλίδας fert. appellatur autem is fructus in Italia unedo, stomachoque nocet, & capiti dolorem affert, acerbusque est admodum cum exigua quadam dulcedine. Cornis quidem, & canirubi fructu, & glãdibus, & μεσπύλοις (sic autẽ comari fructus appellatur) rustici passim uescuntur: reliquarum uerò arborum, aut fruticum fructibus non admodum utuntur. Cum tamen fames regionem nostram aliquando inuasisset, essetq́; magnus glandium, ac mespilorum prouentus, rustici in fossis ipsa condentes, hyeme tota & vere primo,

pro

A pro frumentaceis edulijs ſunt vſi. Prius autem glandes huiuſcemodi ſuibus erant pabulum. tunc verò, cũ eos hyeme nutrire, vt ante conſueuerant, non poſſent, initio quidem mactantes, ipſis in cibũ ſunt vſi: poſt autem apertis foſſis, glandibus veſci cœperunt, varie ipſas ad eſum comparãtes. interdum enim in aqua elixabant, & in calidis cineribus cælantes, mediocriter aſſabant: poſt autem non nunquam comminuẽtes, pultarium ex ipſis conficiebant: alias aqua ſola conſpergẽtes, ſed condimentum aliquod immittentes: alias mel affundentes, aut lacti incoquentes. Ab his autem copioſum eſt nutrimentum, neq; quicquam eſt eorum, quę hactenus hoc ſecũdo libro expoſui, ei ſimile: quandoquidem glãdes æque nutriunt, ac frumentaceorũ eduliorum pleraque. Atq; olim quidẽ (vt aiunt) homines ex ipſis dũtaxat viuebant: Arcades autem, cum reliq; Græci fructibus cerealibus vterentur, eas diu in cibo retinuerunt. Alimentum autẽ, quod ex glandibus corpori accidit, tardi eſt tranſitus ac craſſi ſucci: quare conſequitur, vt ipſæ cõcoctu ſint difficiles: Cęterum μιμήκυλος glande querna ad omnia eſt deterior, quẽadmodũ hæc glande caſtanearum, quas vocant: omnium enim glandium hæ ſunt præſtantiſſimæ. Sunt qui hos fructus λοπίμους appellẽt; hi nãq; inter fructus agreſtes, & ſoli alimentũ corpori dant memorabile. cornaenim, & iligna glans, & rubi, & canirubi fructus, brabyla, μεμήκυλα, zinzypha, diophyra, alycacaB ba, terebinthi, & acherdi fructus, & quæ eiuſdem ſunt generis, exiguum quidem habẽt alimẽtũ, verum praui ſucci ſunt omnia: præterea non nulla ex ipſis ſunt, quæ & ſtomachum lędunt, & cibo ſunt iniucunda: ob id ſuum ſunt pabulum, & eorum quidem non domeſticorum, ſed qui vitam in montibus degunt: his enim nutrimentum ab ijs fructibus plurimum accedit.

A. l. 2. t. 2. ca. 279. fo. 150. h

De Alimento, quod à plantis ipſis ſumitur. CAP. 39.

NOn modo plantarum ſemina, ac fructus, ſed etiam integras ipſas ſæpenumero mandimus: ſæpe ãt, cum interdum vrget neceſſitas radices tantum, aut ſurculos, aut nouella germina. Noſtrates certe homines, quanquam raparum (quas & buniadas nominãt) folia & caulẽ abijcere ſunt ſoliti, non nũquam tamẽ penuria melioris cibarij ipſa quoq; mandũt. Pari modo in radiculis, & ijs, quæ apud nos nomine vernaculo rhapia appellãt: eſt autem hæc planta (vt ſic dicã) agreſtis radicula. Ad hæc pyrethron, ſion, equapium, fœniculũ, ſcandicẽ, cichorium, chondrillam, gingidiũ, daucum, & plurimarũ arborum, ac fruticum tenera germina cocta homines fame adacti ſæpe mandunt: quędam etiam nulla vrgente fame, vt qui palmæ verticem mandunt, quẽ ipſius cerebrum appellant. Quid autẽ loquar de teneris ſpinis: manduntur. n. & ipſæ cum aceto & garo, nulla cogente fame, eſtq; cibus hic tolerabilis. ſunt, qui oleum etiam ipſis adijciãt, pſertC tim cum prius in aqua ferbuerint. utuntur. n. ipſis bifariam, ſepe quidem crudis, interdum autem & elixis. Porro ſpinoſas plantas appello, ſcolymũ, atractylida, erigium, cnicum, atragida, & quã ſpinam albam nominant, præterea ſpeciem alteram chamæleontis: quorũ nõ nulla ruſtici q̃dã in acetum, muriamve immittentes reponunt eodem modo, quo rapas, cępas, & quę vocant ampelopraſa, pyrethron, & alia eiuſmodi. Hui⁹ autẽ generis ſunt* cibaria, colocaſia, & quod abatõ nuncupatur. Manifeſtiſſimum autẽ eſt, ꝙ omnia hęc, præterq̃ ꝙ exiguum corpori dant alimentum, ſuccum ẽt prauum generant. Ad hæc quædam ex ipſis noxã ſtomacho adferunt, præter (vt dixi) ſpinas, quę nũc nuper è terra emerſerint. Quæ verò ex ipſis in muriam, acetumve inijciẽtes reponunt, & in totum annum ſequentem aſſeruant, ab ipſa prꝑparatione vim quandam prouocandæ appetentiæ acquirunt, ſiquis ipſis moderate vtatur: cuiuſmodi ſunt viticis turiones, & terebinthi. Hęc itaq; in plantis agreſtibus numerant: de quibus id communiter noſſe ſufficiat, ꝙ omnes praui ſunt ſucci. Quod verò ad domeſticas attinet, non communiter, ſed priuatim cuiusque facultatem noſſe longe præſtantiſſimum fuerit, & earum potiſſimum, quibus aſſidue utimur: quę etiam ob id ipſum à nobis expetuntur, quòd ea longa experientia comprobata ſunt cæteris eſſe præſtantiora. De ijs igitur deinceps uerba faciemus, ſumpto ab oleribus initio.

* Græcorũ codicum hoc in loco aliqui habẽt κιφόρια, aliqui uerò κιβύρια: ex ſecundo tamẽ Dioſcoridis libro, capite de faba ægyptia uidetur legendum eſſe κιβώτια, i. arculæ.

D *De Lactuca.* CAP. 40.

MVlti medici, quemadmodũ fructibus autũnalibus ficus, ita hoc olus alijs omnibus antepoſuerunt: ſucci. n. eſt q̃ alia omnia, laudabilioris. Quod aũt in eo non nulli reprehendũt, id maxime eſt laudandũ: quod ſi re uera ei ineſſet, nulli non olerum modo, ſed ne optimi quidẽ, & nutriẽtiſſimi ſucci eduliorum, eſſet ſecundum. Sãguinem. n. aiunt lactucam generare. Alij verò non ſimpliciter ſanguinẽ dicunt, ſed multum adiungunt, lactucam ſanguinem multum generare affirmantes. At hi, ẽt ſi p̃dictis prudentius ipſam accuſant, magis tñ mentiũtur: tametſi id ipſum, quod multum ſanguinem generat, nemo poteſt in ea iure reprehendere: perſpicuum. n. eſt ꝙ cibus is ſuccum haberet omnium ciborum præſtantiſſimum, ſi quidẽ ſuapte natura ſanguinem q̃dem plurimum, aliorũ autem ſuccorum nullum generaret. Quòd ſi dixerint ex lactuca plurimũ ſanguinis aceruari, in eõq; ipſam accuſent, facillimum erit, quod obijciũt, emẽdare: cum poſſint, qui lactucis veſcuntur, laborem quidem augere, ipſarum autem eſum minuere. Verũ hæc dixiſſe ſufficiat aduerſus eos, qui olus hoc non recte vituperant. Scire autem conuenit, quòd, cum olera omnia ſanguinem gignant pauciſſimum, ac praui ſucci, lactuca non multum quidem generat, neque mali ſucci, non tamen omnino laudabilis. Mandunt autem ipſam, vt plurimum quidem crudam: cum aũt ęſtatis tempore accingere ſeſe ad ſemẽ producendũ cęperit, in aqua dulci præ

A. l. 2. t. 2. ca. 441. fo. 144. e

coctam

† ἤδιά τινες τῶν ὑποτριμάτων.

coctam ſumunt cum oleo, garo, & aceto, †aut cum aliquo ſalſamentorum, condimentorũve, & E
eorum potiſſimum, quæ cum caſeo parantur. Pleriq; autem prius, quàm in caulem aſſurgat, ipſa
vtuntur, aquæ incoquentes: quod ego nunc, ex quo dentes mihi male habẽt, cœpi facere. qui-
dam.n. meorum ſodalium cõſpicatus olus id iam olim quidem mihi eſſe conſuetum, nunc verò
difficilẽ habere manducationem, author mihi fuit, vt ipſum coquerem. Aetate autem iuuenili,

* κάτω γαστήρ.

cum mihi* vẽtriculus bili aſſidue infeſtaretur, lactuca, quo ipſum refrigerarem, vtebar: cum verò
ad ætatem declinantem perueni, hoc olus fuit mihi aduerſus vigilias remedio: tunc.n. contra, ac
in iuuẽtute, ſomnum mihi dedita opera conciliabam: graue.n. mihi erat prẽter voluntatem vigi
lare, quod mihi accidebat, partim ꝙ in iuuẽtute meapte ſponte vigilijs aſſueueram, partim, ꝙ de
clinantium ætas ad inſomniam admodum eſt propenſa. Itaq; lactuca veſpere commanſa unicũ
mihi inſomnię erat ἀλεξιφάρμακον. Cæterũ θριδακίνην, nihil aliud voco, q̃ quod nũc homines θρι-
δάκας appellant: quando quidẽ apud nos aliud quoddã eſt olus agreſte, quod θριδακίνη nuncupa
tur, quod in viis ipſis naſcitur, & locis foſſarum eminentioribus, & præterea herboſis, aquoſisve
(quæ λιβάδας appellãt) ac pleriſq; incultis. exiguũ autem eſt id olus, inſtar lactucæ hortenſis nũc
nuper enatę, amarorisq; quidpiã præ ſe fert, & multo adhuc magis, dum adoleſcit: vbi aũt caulẽ
iam produxerit, ſaporẽ amarum habet vel manifeſtiſſimum. Porrò huic lactucæ aliud prẽterea F
olus eſt ſimile, quam Chondrillam appellant, quę citius in caulem aſſurgit, amaritudinemq; hẽt
magis perſpicuam, & lẽtum quendam ſuccum album q; cuiuſmodi eſt tithymallorum ſuccus, nõ
tamen acer perinde, vt ille: vtimurq; interdum ipſo ad pilos in palpebris reglutinãdos. Hæc igi
tur olera, quo ab hortenſibus ſecernantur, agreſtia nuncupãtur: de quibus paulo ante communi
ter tradidimus. De lactuca autem hortenſi, quam omnes mandere, & θριδάκας nominare, conſue
uerunt, ſummatim rurſum memoriæ cauſa repetens, dicam, ipſam ſuccum quidem habere frigi-
dum, & humidum, non tamen praui eſſe ſucci: quo fit, vt neque coctione penitus excidat, quo
modo reliqua olera: neque ventrem ſiſtat, quemadmodum etiam non proritat: quę ipſi iure ac
cidunt, vt quæ nihil habeat, neque auſteri neque acerbi, à quibus in vniuerſum venter ſiſtitur:
que madmodum à ſalſis, & acribus, & omnino ab ijs, quæ vim quandam habent detergendi,
ad excretionem incitatur: quorum etiam nihil lactucæ ineſt.

De Seri. *CAP. 41.*

NVm, "quos Romani intybos appellãt, veteres Athenienſes ſeres duntaxat nominarint, an A. l. 2. tit. 229. fo. 111.
& alia quædam olera agreſtia, nequeo certo affirmare. Cæterum intybi facultatem ha-
bent lactucis adſimilem: ſuauitate tamen, & alijs, quæ ſupra de lactucis fuerunt comprehenſa, ab G
ipſis relinquuntur.

De Malua. *CAP. 42.*

QVemadmodũ θριδακίνη, quę eſt lactuca agreſtis, ab hortenſi, ita malua" agreſtis à ſatiua eſt A. l. 2. tit. 194. fo. 111.
diuerſa. plantę.n. congeneres in eo inter ſe diſſident, ꝙ agreſtis quidem ſiccitate, ſatiua ue
rò humiditate ſuperat. Porrò ſucco maluæ lentor quidem eſt, quod lactucæ non ineſt, à refrige-
randoque abeſt perſpicue: id quod etiam ante, quàm edas, intelliges, ſi vtrumque olus viciſſim
calido cuipiam affectui, vt erylipelati, cataplaſmatis modo applicueris: quod ẽt vulgo faciũt, te-
nera folia diligenter ad exactum lævorem conterentes. ſenties enim in hoc cataplaſmate lactu
cam quidem manifeſte refrigerare: maluam autem calorem quendam habere moderatum, ac
veluti tepidum. Cæterum hoc olus facile ſubducitur, non modo propter humiditatem, verum
etiam propter lentorem, & potiſſimum quando quis cum oleo, & garo copioſam ipſam ſumpſe
rit. Nutrit autem & ipſa mediocriter. Verum ſi trium horum olerum ſuccum compararis, betę
quidem, tenuium eſt partium, tergendique facultate eſt præditus: maluæ autem, craſſus magis
eſt & lentus: lactucæ, inter vtrunque eſt medius.

De Beta. *CAP. 45.* H

MAluam quidẽ, vt lactucam, diximus nõ modo eſſe ſatiuam, ſed aliam etiam quandã eſſe
agreſtẽ: nulla autem beta eſt agreſtis, niſi quis lapathon ita nominare velit." Succus autẽ A. l. 2. tit. 636. fo. 167.
betarum tergendi vim habet manifeſtam adeo, vt ventrẽ ad excernendum excitet, & ſtomachũ
interdum mordicet, præſertim quibus natura ſenſu exactiore eſt præditus: ob idq; eduliũ id ſto-
macho eſt noxium, ſi largius ſumatur. Corpori autem ab ipſa, vt ab alijs oleribus, paucum alimẽ
tum accedit. Verum obſtructum hepar beta magis, quàm malua, aperit, & multo magis ſi cum ſi-
napi, aut omnino ſaltem cum aceto mandatur. Lienoſis item eodem modo ſumpta vtile eſt me-
dicamentum. iure enim quis ipſam ita manſam medicamentum potius quàm alimentum dixe-
rit. Videmusque homines fere omnia eiuſmodi, obſoniorum, non alimentorum vice eſitare:
quemadmodum etiam interdum porrum mandunt, & pulegium, thymum, origanum, cæpam,
præterea, & allium, & cardamum, & alia id genus.

De Braſſica. *CAP. 44.*

HAnc quoq; plerique, vt obſonium, mandunt: medici autem, ut ſiccante medicamẽto vtun
tur. dicta autem iam quædam de hac fuerunt in libris De medicamentorum facultatibus,
tum etiam libro ſuperiore. Nunc autem ſummatim dicemus, ipſis quidem ſuccum facultatem

habere

A habere purgatricem: corpus autē ipſum, communi ſiccantiū ratione ſiſtere magis, quàm ad deij
ciendū incitare. Cū igitur, q̄ in ventre cōtinentur, excernere voluerimus, è propinquo caccabo,
in quo cocta cum aqua fuerit, extractam ipſam protinus in vaſa, in quibus oleū cū garo paratū
fuerit, conijcere conueniet: nihil autem retulerit, ſi ſalem loco gari ſumpſeris. quòd ſi humentem
aluum ſiccare voluerimus priorē aquam, vbi braſſica mediocriter cocta videbitur, effundentes,
aliam calidam mox inijciemus, ac deinde rurſum braſſicam, quoad cōtabuerit, ei incoquemus:
quod non facimus, cum ventris deijciendi gratia ſumitur: volumus enim hoc caſu propriū ipſi⁹
ſuccum omnem nō deponere, ſed quoad fieri maxime licet, retinere. porrò nihil, quod coquit,
proprium ſuccum ſeruare omnino poteſt: quin potius omnem abijciet, ſi coctum diutius fuerit.
Quin & lenticulam diximus eodem, quo braſſica, modo oportere parare, vt quæ vtrunq; poſſit
efficere, ventris ſubductionem ſcilicet, & cohibitionem. Vocatur autē, quæ ſic paratur, bis cocta
& lens, & braſſica. Sed & cæpam, & porrum, & multo magis ampelopraſum, & allium, & ſi quid
à veteri natura ad contrariam velis traducere, ſic parabis, huius ante omnia memor, nihil, quod
bis coquit, oportere neq; aerem, neque aquam frigidam, cōtingere: non enim poterit amplius,
etiam ſi diutiſſime coxeris, planè tabeſcere. ſed oportet, vt paulo ante dixim⁹, aquā calidā habe
B re paratā, vt, cum vt priore extraxeris, in illam protinus coniicias. Lēs itaque, & braſſica ęquali
A.l.2 t.2.ca. 139.fo.115.g inter ſe menſura ſiccant, ob idq;" viſum hebetant, niſi forte totus oculus humidior fuerit, quā na
turalis habitus poſtulet. At lens quidem non exiguum corpori dat alimentū, idq; craſſum, ac me
lancholicum, braſſica verò paucum habet alimentum, idq; quā lens, humidius, vt quæ eduliū eſt
non firmum, ſed laxum: ſuccum tamen habet non probum, vt lactuca, ſed prauū, & graueolentē.
Quòd verò ad vrinas attinet, nihil ipſas (quod ſciam) inſigniter neq; prouocāt, neque morant.
Qui perditiſſimam, ac falſam doctrinam conſectantur, olus hoc φάφανον cōtendūt appellari: pin
de ac mihi am cum ijs Athenienſibus, qui ante ſexcentos annos fuerunt, nobis eſſet ſermo, non
Græcis, qui nunc ſunt, quibus omnibus mos eſt in nulla alia planta braſſicæ nomine vti.

De Atriplice & Blito. *CAP. 45.*

A.l.2.t.2.ca. 518.f.152.c HAec" ſunt alijs olerib⁹ aquoſiora, & vt ſic dicam, ἄποια, id eſt qualitatis expertia magis q̄ cu
curbita, aut ſaltem nō minus cum cocta videlicet fuerint. ſola.n. inter eiuſmodi olera, lactu
ca utroq; modo manditur. Quòd ſi quis atriplicis & bliti qualitatē guſtu aſſecutus, braſſicæ dein
de recordetur, fatebitur lactucam eſſe in medio horum olerum, & braſſicæ, quādo hæc quidē ſic
cat admodum, illa autē omnino ſunt aquea: quo fit, vt nō ex ſolo oleo, & garo ipſa mandant, ſed
C acetum etiam inijciant: alioquin enim ſtomacho ſunt noxia. Dictum autē nobis fuit, q̄ olera hu
iuſcemodi ad facilem deiectionem quodammodo ſunt propenſa, & potiſſimū, ſi cum humidita
te lubricum quiddam habeant: propenſionem tamen, ac momentū ad inferiorē excretionē ha
bent non forte, ſed exiguum, propterea, q̄ nulla qualitas ipſis ineſt acris, aut nitroſa, quæ ventrē
ad excernendum excitet. Manifeſtum porrò eſt, q̄ alimentum à ſe ipſis corpori præbēt exiguum.

De Portulaca. *CAP. 46.*

A.l.2.t.2.ca. 534.fo.105.f QVidam portulaca, vtuntur, vt cibo: nutrimentum" autem habet exile, idque humidum, frigi
dum & lentum; vt medicamentum autem, ſtuporem dentium ſanat ſuo lentore morſus ex
perte: de qua fuſius in opere De medicamentis paratu facilibus tradimus.

De Lapatho. *CAP. 47.*

A.l.2.t.2.ca. 53.fo.104.a LIcet cuiuis, vt ante diximus, lapathum" appellare betam agreſtem, vt quod non guſtu mo
do, ſed viribus etiam betæ hortenſi eſt adſimile. Verum cùm beta lapatho ſit ſuauior, idcir
co nemo eſt, qui non ipſa libentius veſcatur. Proinde nihil eſt, quòd ego plura de lapatho com
memorem, cum omnia, quæ opus erant, in beta expoſuerim.

De Oxylapatho. *CAP. 48.*

D VEl nomen ipſum plantæ huius qualitatem, ac vires indicat: eſt enim lapathum acidum.
Quòd autem ad lapathum attinet, nemo eſt, qui crudum ipſum mandat, quemadmodum
neque betam: oxylapathum tamen mulieres ruſticæ pica laborantes, interdum & pueri quidam
guloſi crudum manducant. Perſpicuum autem eſt, quòd olus hoc ex eorum eſt genere, quæ non
nutriunt, multo magis, quàm lapathum.

De Solano. *CAP. 49.*

A.l.2.t.2.ca. 649.fo.168.c INter" ea olera, quibus veſcimur, nullum noui, quod tantam habeat adſtrictionem, quantā ſo
lanum. merito igitur rarò quidem ipſo vtimur, vt alimēto, vt medicamento autē, aſſidue. effi
cax enim eſt in ijs, in quibus refrigerationis adſtringentis vſus incidit. Minimi autē eſt alimenti.

De Plantis ſpinoſis. *CAP. 50.*

PLeriq; ruſticorum plantis huiuſcemodi è terra nūc nuper emerſis, prius, q̄ ipſarū folia in ſpi
nas deſinant, veſcuntur, non crudis modo, ſed in aqua etiam elixis: crudas quidem aceto, &
garo intingentes, coctis verò præter hæc oleum affundētes. Quòd aūt olera omnia nutrimentū
habeant pauciſſimum, & ipſum quidē tenue, & aquoſum, dictū ſupra nobis fuit. ſpinoſa uero ſto
machum mediocriter iuuāt. Inter has plantas ſunt ſcolymus, atractylis, & quam ſpinam albā ap
pellant, dipſacus, cnicus, tragacantha, atragis, & quam pluris, quàm conueniat, æſtimant, cinara.

De Cinara. CAP. 51.

OMnes, qui vulgarem conſuetudinem fugitant, plantam hanc κύναρον appellãt, nõ per κ & ι, ſed per κ & υ, primam ſyllabam pronunciantes. Praui autem ſucci eſt edulium, & maxime cum pluſculum iam obduruerit: etenim tunc ſuccum bilioſum in ſe ipſa continet copioſiorem, totamque ſubſtantiam habet lignoſiorem: adeo, vt ex ea quidem ſuccus melancholicus: ex ipſo autem ſucco tenuis ac bilioſiſſimus gignatur. Satius igitur fuerit ipſam elixam mandere, ſic, vt ſi quis cum oleo, garo, & vino ipſam ſumat, coriandrum injiciat: ſi verò in patina paret, aut frigat in ſartagine, hæc ſemoueat. multi enim eo modo ipſarum velut, quæ ſpondylos nominant, mandunt.

De Apio, Equapio, Sio, & Smyrnio. CAP. 52.

HAec" omnia vrinas cient, inter quæ apium eſt vſitatiſſimũ & ſuauius, & ſtomacho gratius. A. l.2.t.2.ca. 55.fo.104.d
†Al. ſuauiora Equapium autem, & ſion, †minus in vſu. Smyrnium verò non eſt inuſitatum, ſiquidem Romæ maxima copia venditur, acriusq; multo eſt, quàm apium, & calidius, præterea aromaticum etiam habet quidpiam. Proinde urinas prouocat valentius, quàm apium, equapiũ, & ſion, menſesq; mulieribus mouet. Vere autẽ caulem producit, qui crudus ueſcus eſt non aliter, quã folia, quæ hyeme ſola plantę inerant caulem non dum habenti, vt neque tum apium habet. Poſtea ue F rò accedente caule, tota planta iucundior redditur, ſiue quis crudam ipſam, ſiue elixam mãdat, ſi ue cũ oleo & garo, ſiue uinum velit* adiicere, ſiue acetũ. Sunt qui cum aceto ſolum, & garo mandãt, quo modo & apium: alii autem olei non nihil iis adiiciunt. Cæterum equapiũ, & ſion cocta manducant: utrunq;.n. ipſorum crudum, eſt inſuaue. Sunt, qui, apium, & ſmyrnium foliis lactucæ miſta manducent: nam, cum lactuca olus ſit inſipidum, ſuccumq; præterea habeat frigidum, non modo ſuauior, ſed utilior etiam redditur, ſi acriũ olerum quoddam aſſumpſerit: ob eã certe cauſam nõ nulli erucæ, ac porri folia, alij ocimi ipſius admiſcent. Romæ autẽ vulgo iã omnes homines olus id non ſmyrnium, ſed olus atrũ nominant: quod forte aliquis omnino, ne inter alimenta quidem numerare dignabitur, quem admodũ neq; ſion, neq; equapiũ: ſed omnia huiuſcemodi ſtatuet ciborũ eſſe opſonia, quemadmodũ & cæpas, & allia, & porra, & ampelopraſa, & (ut in ſumma dicam) omnia acria. Huius autem generis eſt ruta, hyſſopus, origanum: feniculus, coriandrum, de quibus in commentarijs De opſoniis diſputatur, qui medicis quidẽ, & coquis quodãmodo ſunt communes, finis tamen utriſque ac ſcopus eſt peculiaris: quandoquidem nos utilitatem, quæ ex cibis prouenit, ſpectamus, non voluptatem: quibuſdam tamen cibi inſuauitas, magna ex parte cauſa eſt, quò minus ipſum conficiant: ob eam igitur cauſam ſatius fuerit cibos me G diocriter condire. Coquorum autem ſuauitas condimentis ut plurimum uti conſueuit adeo prauis, vt ipſa coctioni plus noceant, quàm commodent.

De Eruca. CAP. 53.

HOc olus manifeſtiſſime calfacit: proinde ſolũ ipſum" mandere, niſi lactucæ folijs miſcea A. l.2 t.2.ca. 227.fo.124.c
tur non eſt facile. Semen autẽ generare creditur, & coeundi appetitum excitare. Capiti etiam dolorem infert, præſertim ſi quis ipſo veſcatur.

De Acalyphe, ideſt urtica, quam & cnidem nominant. CAP. 54.

HErbarum" agreſtium vna hæc eſt: tenuium q̃ eſt partium, ac virium, vnde nemo ipſa, vt A. l. 2.t.2.ca. 714.fo.174.
alimento, iure vtitur, niſi fame maxima prematur. Vtilis autem eſt, vt opſonium, ac medicamentum, quod aluum dejicit.

De Gingidio, & Scandice. CAP. 55.

† Simile ſcandici, qui eſt apud nos.

GIngidij maximus eſt in Syria prouentus: manditurq; † non aliter, quàm ſcandix apud nos, ſtomachumq; admodum iuuat, ſiue crudum, ſiue elixum ipſum mandere velis, elixationem: autem diuturniorem nõ tolerat. Sunt, qui ipſum mandãt cum oleo & garo, alij autem vinũ etiã, vel acetum iniiciunt, multoq̃ magis ita ſtomachum iuuat: collapſamq̃ appetentiam, ſi cum H aceto ſumatur, excitat. Perſpicuum porrò eſt, quòd hæc herba medicamentum potius eſt, quàm alimentum: habet enim perſpicue adſtrictionem, & amarorem non mediocrem.

De Ocimo. CAP. 56.

PLeriq; hoc quoq; utuntur, vt opſonio, cũ oleo & garo ipſum mãdentes. prauioris autem eſt ſucci: quæ res impulit quoſdam, vt falſa de eo prodiderint, affirmantes ipſum celerrime pau
* Al. καινόν, i. nouã, ut uertit etiam Ioachimus Gãdanus. cis diebus ſcorpiones generare, ſi tritum in ollam * inanem immitteretur, & potiſſimum, ſi quis quotidie ollam ad ſolem calfecerit. verum id quidem falſum eſt: verè autem ipſum dixeris olus" ſtomacho eſſe noxium, prauiq̃ ſucci, & concoctu difficile. A.l.2.t.2.ca. 10. fo. 160.g

De Fœniculo. CAP. 57.

QVemadmodum anethum, ita fœniculus interdum ſua ſponte naſcitur: ſerunt tamen & ipſum in hortis. vtunturque aſſidue anetho quidem in condimentis, fœniculo autem etiam, A. l.2.t.2.ca. 274.fo.129.b
vt opſonio, nam apud nos reponunt ipſum eodem modo, quo pyrethrum, & terebinthum, componentes, adeo, vt in totum annum ſit vtilis: quemadmodum cæpas componunt, & rapas, & alia id genus, quorum alia quidem cum aceto ſolo, alia cum aceto, & muria ſimul componunt.

De

De Aſparagis. CAP. 58.

A VTtrum ſyllaba ſecunda nominis aſparagi per ph ſit pronunciãda, an per p, vt omnes nũc proferunt, diſquirere nunc non eſt propoſitum: hæc.n. ſcribimus ijs, quibus ſanitatẽ tueri eſt propoſitum, nõ ſermonis Attici affectatoribus, qui ſanè in eo vidẽtur neq; Platonis* ſcripta, neq; ipſius mẽtem intelligere. Cum igitur Græci propemodum omnes teneros caules, quo tẽpore ad fructus, ac ſeminis productionem augeſcunt, aſparagos per p appellent, ipſorũ facultatem exponemus, iis, qui ipſis vtũtur, quo libet nomine, appellare permittẽtes. Multa ſanè olera, & in ſumma plantæ multę ſuapte natura huiuſcemodi germina producunt quidem, non omnia tamen manduntur, ob eã cauſam (vt in aliis antea fecimus) de vſitatioribus verba faciem⁹. Braſſicæ igitur germen (quod non nulli κῦμα etiam nominant, arbitror, per contractionẽ nominis triſyllabi κυήματος) minus, q̃ braſſica ipſa, ſiccat, tametſi aliorum olerum caulis tẽperatura eſt vt plurimum, q̃ folia, ſicciore, potiſſimum cum iam propè eſt, vt ſemen profundant. dico autẽ alia olera eſſe hæc, lactucam, atriplicem, blitum, betã, maluã. Cõtra verò accidit, vt radiculæ aſparagus, & rapæ, ſinapi, cardami, pyrethri, & omnium propemodũ acrium, & calidorũ, ſit humidior. Bulbus, autem, & apium, ſion, eruca, ocimum, oxylapathum, lapathũ, & omnes oleracei generis
B herbę ante, quàm ſemen effundant, eiuſmodi caulẽ quendam producunt, qui poſt ſemen effuſum ſiccatur, fitque ad cibum hominibus inutilis. Hæc autem omnia aquæ incocta mandunt cum oleo garo, pauco aceto adiecto, ita enim iucundiora ſunt, ſtomachumque magis iuuant. Alimentum tamen paucum dant corpori, & id non boni ſucci.

De alio genere Aſparagorum. CAP. 59.

ALiud autẽ aſparagorũ eſt genus, quod in plantis fruticoſis prouenit, oxymyrſine, chamędaphne, & oxyacãtha. Ab his præterea alij ſunt diuerſi, quorum alius regius, alius ἕλειος. i. paluſtris, nominatur: quemadmodum & alius eſt bryoniæ, ab his diuerſus. Omnes autem ſtomachum iuuant, vrinasq; cient, & parum nutriũt. Si tamen ii belle conficiantur, tanto firmius alũt, quàm olerum aſparagi, quo ipſi ſunt ſicciores. Porrò arborum, ac fruticum germina inter ſe quodammodo ſunt ſimilia, non tamen omnino eadem: arborum enim germina ſunt lignoſiora. proinde de ipſis quoque ſeorſum nobis deinceps eſt dicendum.

De Germinibus. CAP. 60.

ARborum, ac fruticum germina olerum aſparagis proportione reſpondẽt. Sunt enim hæc quoque productiones quædam, cum plãta ipſa fructum parat producere: in eo tamẽ differunt, q̃ arborum quidem ſtipes (qui cauli oleraceorum, & herbaceorũ proportione reſpondet)
C perpetuo manet: in illis autem caulis eſt annuus. Omnia igitur arborum ac fruticum germina, aquę incocta mandi poſſunt, præter inſuauia quædam, ac medicamentoſa: cum tamen vulgo alijs cibis præſtantioribus affluunt, illis abſtinent: veſcuntur tamen vrgente fame, nam nutriunt & ipſa aliquantum, ſi confecta probe fuerint; omnium autem præſtantiſſima ſunt, terebinthi, & viticis, vitis, iunci, rubi, & canirubi, germina. Noſtrates autem terebinthi germina in aceto, uel muria condentes reponunt.

De diſcrimine, quod partibus plantarum eſculentarum ineſt. CAP. 61.

OPtarem vera eſſe, quæ Mneſitheus in opere De alimẽtis conſcripſit. Vniuerſalia.n. prędicta, ſi uera ſunt, multa paucis verbis docent: quemadmodum, ſi falſa ſunt, multum ſunt nocua. Quæ igitur Mneſitheus de partibus plantarum in uniuerſum præcipit, hæc ſunt: Primum igi
" tur radices omnes concoctu ſunt difficiles, turbamq; inferunt: uerbi gratia, radiculæ, allia, cæpę,
" rapa, & reliqua eiuſdem generis, quorũ enim radix, ſeu aliquod intra terrã prouenit, eſt eſculẽ-
" tum, omnia hæc inter ea, quę concoctu ſunt difficilia, numerantur. Nam, cum radices, ſurſum oĩ-
" bus plantarum partibus mittãt alimentum, accidit, vt humorẽ multũ in ſe ipſis colligant, eumq;
" crudum habeant plurimũ; neq; enim fieri poteſt, ut ipſe totus ſit cõcoctus, quãdo, quod coctũ eſt
D id perfectum eſſe videtur. atqui humor qui radicibus ineſt, alibi, in partes plantæ diſtributus co-
" ctionẽ perfectã acquirat neceſſe eſt: partes enim omnes à radicibus alimentũ recipiunt: neceſſe
" igitur eſt ibidem humores crudos aceruari: quo loco collecti, coctionẽ abſolutã, q̃ ſit in partibus
" ſupernis, expectant. Nõ ab re igitur in radicibus plurimũ humoris incõfecti cõtinetur. Merito ſane & corporibus noſtris alimẽtũ ab iis relinquitur humidũ ac turbationis plenũ. Hæc tibi Mneſithei eſt ſententia, quæ verbis quidẽ videtur probabilis, experiẽtia aũt falſa eſſe cõuincitur. Siquidem radiculæ radicem habent caule ipſo, ac foliis multo acriorẽ: ſimiliter & cæpa, ampelopraſum, porrũ, & allium. quòd ſi betæ quoq; & maluæ, & rapę, radicem cõparare ad folia uolueris, plus uirium in ea inuenies: quemadmodũ & in altheæ, quę agreſtis quędam malua eſſe videtur: nam radix ipſius, vt, & betæ, cum tumores multos inflammatos diſcutiat, facultatẽ ſuam indicat: id quod ipſorũ folia nequeunt efficere. Quin & plantarũ medicamentoſarum, quibus radices prędictis ſunt ſimiles, folia ſunt imbecilliora, ut cyclamini, ſcillę, ari, dracontii, ac compluriũ aliorũ: ut enim in aliis plantis ſubſtantię pars maxima in caule eſt ac ſtipite, ita in his in radice: quã radicem ipſarum natura auget maxime, ac nutrit, & quod in ea probe confectum nõ fuerit, in folia & caulem excernit. Hęc igitur hyeme radicem habent magnam: uere autem, cum ſemẽ parant

producere,caulem proferunt. Videtur autem natura in animalibus quoq;,interdũ totius ſubſtã- E
tiæ animalis excrementa(quemadmodum & Ariſtoteles prodidit)ad partium quarundam nõ
neceſſariarũ procreationẽ abuti:vt in ceruis quidem ad cornua,in alijs autem animalib⁹ ad pi-
los, ac ſpinas multas,& magnas producendas. Tutius itaq; eſt guſtantem prius,atq; olfacientẽ,
ſingulas plantarum partes, ipſas per ſe explorare,poſt autem mandantem experiri:quãdoquidem
olfactus, ac guſtus, cuiuſmodi ſaporem ac odorem pars plantæ habeat, edocentes,cũ ijs ẽt
temperamentum omne ſtatim oſtendunt. Experientia autem,ſi modo quis ipſam cũ proprijs li-
mitationibus fecerit, facultas ipſa plane inuenitur. Interdum etiam cum ijs,ipſius plantæ conſi-
ſtentia cum ſucco, qui ipſi ineſt, indicat:quædam.n.ſuccum habẽt humidum quẽdam,& aqueũ:
aliæ craſſum,uel lentum.quos etiam ſuccos priuatim rurſum guſtare conueniet:quidam.n.ex ip
ſis ſunt acres, aut acidi, aut amari, alij ſalſi:quemadmodum & quidam ipſorum ſunt auſteri,alij
acerbi, alij aquei, aut dulces. Non eſt igitur audiendus Mneſitheus, tanquam verum in uniuer-
ſum dicat,ſed potius ſingulæ plantarum partes,ipſæ per ſe experientia examinandæ.

De Rapis. CAP. 62.

HVius plantæ(quam γογγυλίδα, aut βουνιάδα appelles licet)oleraceum quidẽ eſt, qđ terra
extat; radix autem,quæ terra continetur,dura quidem eſt,niſi coquatur,& non eſculenta: F
aquæ autem incocta,nulla plantarum cõgenerum minus nutrit.hanc quoque uarie vulgo appa-
rant,adeo,vt in muria, vel aceto condientes, in totũ annum ipſa vtãtur. Succum autẽ in corpus
diſtribuit mediocri craſſiorem:proinde,ſi quis ipſa liberalius ueſcatur,ſuccum crudum,quẽ vo-
cant,aceruabit,potiſſimum ſi ipſam minus iuſto in ventriculo confecerit. Quòd verò ad ventrẽ
attinet,nemo ipſam aut deijcere,aut ſiſtere dixerit,præſertim cum cocta belle fuerit.coctionem
enim diuturniorem poſtulat:eoque eſt laudatiſſima,quę cocta bis fuerit,quemadmodũ prius de
eiuſmodi præparatione docuimus,ꝙ ſi ſumpta crudior fuerit,concoctu eſt difficilior,ac flatulen
ta,ſtomachoque noxia:non nunquam autem & ventrem mordicat.

De Aro. CAP. 63.

MAnditur & huius plantæ radix eodem modo quo rapi. In quibuſdã aũt regionibus acrior
quodammodo prouenit,vt propè ad dracõtij radicẽ accedat. Et dũ ipſam coquis,priore
aqua effuſa,in aliam calidam cõuenit conijcere:quemadmodum in braſſica,ac lẽte diximus,ad
Cyrenem autem planta hęc à noſtrate eſt diuerſa. nam in illis locis Arũ minime eſt medicamẽ-
toſum, & acre, vt rapis etiam ſit vtilius: idcirco hanc quoque radicem in Italiam aduehunt,vt q̃
lõgiori tempore imputris,& ſine germine poſſit perdurare. Perſpicuum autẽ eſt, ꝙ talis in cibo G
quidẽ eſt præſtantior; ſi quis tamẽ humores craſſos, vel lentos in thorace,& pulmonibus colle-
ctos tuſſi uelit eiicere, acrior, ac medicamentoſa magis eſt præferenda. Manditur autẽ & aquæ
cum ſinapi,vel aceto incocta,cum oleo,& garo,atq; etiam cum cõdimentis,quæ Græcè ὑποτρίμ
ματα nominant,ſaleq; & iis,quæ ex caſeo parantur. Non obſcurum etiam eſt,ꝙ ſuccus,qui ex ip
ſa in hepar,& totum corpus diſtribuitur,ex quo animalia aluntur,craſſior quodãmodo eſt,quẽ
admodum de rapis diximus:potiſſimum cum radices ipſę qualitatis medicamentoſæ fuerint ex
pertes: cuiuſmodi ſunt, quę Cyrenis afferunt. Quandoquidem apud nos in Aſia Arum magna
ex parte eſt acrius,facultatemque habet iam medicamentoſam.

De Dracontio. CAP. 64.

HVius quoq; radicem bis,terve elixantes, quoad medicamentoſum oẽ depoſuerit,non nũ
quam exhibemus mandendam, quemadmodũ & ari,qñ humores craſſi,& lẽti,qui in tho- A.l.2.
race, ac pulmonibus habentur,vi maiore indigẽt. Commune autem id omnibus cibariis memo 432. fo.
ria eſt tenendum, ꝙ acria quidem,& amara,ſi edantur,corpus parcius nutriunt:inſipida autem,
& iis adhuc magis dulcia,multum:& multo magis,ſi compactam habeant ſubſtantiam,vt neque
humida ſint conſiſtentia,neque craſſa, neq; laxa. Hęc certe ſi perpetuo memoria tenueris & p̃- H
terea attenderis,num ſingula quæ explorantur,dum elixantur,aut aſſantur,aut in ſartagine pa-
rantur,ſuæ qualitatis vehementiam deponant:nihil erit,quod à me de omnibus ſpeciatim audi
re deſideres:ſed(quod in aliis feci)ea potiſſimum exponam,quibus aſſiduè ueſcimur.

De Aſphodelo. CAP. 65.

RAdix aſphodeli & magnitudine,& figura,& amarore ſcillæ radici quodammõ eſt ſimilis. A.l.2.
Si tamẽ, ut lupini,paretur,maximam partẽ ſui amaroris deponit,in eoq; à ſcilla diſcrepat. 73. fo.
nam ſcillæ qualitas difficillime eluitur. Heſiodus certe aſphodelũ laudat,cũ ſic ait. Nec quãta in ,,
malua,atq; aſphodelo ſint bona,norunt. Equidẽ noui quoſdam ruſticos,qui graſſante fame,uix ,,
tandem compluribus elixationibus,lotionibus,macerationibusq; in aqua dulci eſculentam ip
ſam reddiderint. Porro hæc quoq; radix,quẽadmodũ & dracontij,facultatẽ hẽt tenuandi,atque
aperiendi. proinde quidam pro ſummo remedio ipſius aſparagum ictero laborãtibus exhibẽt.

De Bulbis. CAP. 66.

BVlbi quoque eiuſdem cum prædictis ſunt generis. Manditur enim ipſorum radix ſine foliis,
vere autem interdum & aſparagus. Facultatem autem habet in ſe amaram & auſteram,eã- A.l.2.
que inſignem: vnde etiam ſtomachum exolutum, ad appetendum quodammodo excitat. Et 85. fo.

quanquam

Aquanquam corporis ſubſtantiam habeat craſſiorem, ac lentam magis,nõ tamen aduerſatur ne ijs quidem,quibus ex thorace,ac pulmonibus aliquid conuenit expuere:ſed,cũ amaritudo ipſa ſuapte natura craſſa,ac lenta incidat,craſſitiei aduerſatur,quemadmodum in commentarijs De medicamentis docuimus.Quapropter,ſi elixi bis fuerint,magis quidem nutrient:verũ,cũ amarorem omnẽ iam depoſuerint,aduerſabuntur ijs,quæ ſputo ſunt eijcienda.melius aũt nunc fuerit ipſos ex aceto,oleo, & garo miſtis,mandere:ſuauiores.n.ſic quidem fiunt,& magis nutriẽtes, flatusq; magis expertes,ac concoctu faciliores. Quidam autem ex ipſorum eſu liberaliore ſemẽ ſibi inauctum, ſeq; aduenerem alacriores redditos manifeſte ſenſerunt.Varie autẽ ipſos vulgo apparant;nam non modo in aqua elixos,ut dixi,mandunt,uerũ etiam patinas ex ipſis uarie cõdiunt.ſunt,qui & frixos,alij aſſos ſuper prunas,mandunt.verum hi quidem diuturnam elixationem non ſuſtinent, ſed exigua admodum ſunt contenti.quidam autem auſteritate ipſorum,atq; amarore ſeruatis delectati,omnino non elixant:incitant.n.ipſos magis ad cibum capeſſendũ:iuuabuntur tamen,ſi duos,aut tres dies ipſis,vt appetentiam excitantibus,vſi fuerint:q; ſi ijs ita paratis largius vtantur, & potiſſimum,ſi(ut ſolent)crudiores ſumant,in cruditatem rurſus incidẽt. Sunt,qui flatus etiam & tormina,niſi belle fuerint concocti,inferant.Cæterum alimentum,quod
B ex ijs ita manſis fit, non boni eſt ſucci:ex ijs autem , qui plurimum, aut,ut diximus,bis elixi fuerint,ſuccus gignitur craſſior quidem,verum præſtantior alioqui,& qui valentius nutriat.

De Paſtinaca, Dauco, & Caro. *CAP. 67.*

HOrum quoq; radices manduntur: minus tamen,quàm rapæ,& arum Cyrenaicũ,nutriunt. Calfaciunt autem inſigniter, & aromaticum quiddam oſtentãt: cæterũ,quomodo & alijs radicibus,conficiendi difficultas ipſis ineſt.Vrinam autem cient:& ſi quis ipſis copioſius vtatur, vitioſum ſuccum,mediocriter gignent.Cari,tamẽ radix melioris eſt ſucci quàm paſtinacæ.Quidam autem paſtinacam agreſtem,vocant daucum,qui vrinam quidem mouet potentius,medicamentoſior tamen iam eſt,multumque,ſi quis eo veſci velit,eſt elixandus.

A l.2 t.2.ca. 287.f.131.f

De Tuberibus. *CAP. 68.*

HAec quoq; radicibus,aut bulbis ſunt adnumerãda,vt quæ nullam qualitatem habeãt inſignem.proinde,qui ipſis vtuntur,vtuntur ad cõdimenta excipienda,quemadmodũ & alijs quę vocant inſipida,& innoxia,& ad guſtum aquoſa.Quibus omnibus eſt commune,vt alimentum, quod ab ipſis in corpus diſtribuitur * nullam inſignem habeat facultatem,ſed ſubfrigidum quidem ſit,craſſitie verò quale id ipſum eſt,quod ſumptum fuerit.Craſſius quidem eſt,quod ex
C tuberibus:humidius autem ac tenuius,quod ex cucurbita:atque in alijs proportione.

A.l.2.t.2.c 688.fo.171.f

De Fungis. *CAP. 69.*

EX fungis boleti,ſi belle in aqua elixi fuerint,propriè accedunt ad cibos inſipidos:nõ tñ ſic ſolis ipſis vt vulgo vtuntur, ſed apparãt varie,& condiunt,vt alia omnia,quæ nulla inſigni qualitate ſunt prædita. Alimentum autem ex ipſis eſt pituitoſum,& frigidũ videlicet,prauiq; eſt ſucci,ſi quis ipſis largius utatur . Omnium igitur fungorum hi minimum ſunt noxij;ſecundi autẽ poſt hos ſunt amanitæ: reliquos verò tutius eſt omnino ne attingere quidẽ,multi enim ex ipſorum eſu interierunt.Equidem noui quendam,cui poſt boletorum non ſatis elixorum(qui innocentiſſimi eſſe putãtur)vſum largiorem,os ventriculi preſſum,ac grauatum,coarctatumq; fuit, difficilemq; habuit reſpirationem, & in animi deliquium incidit, ſudoremq; frigidũ ſudauit:ac demum ſeruari ægre,ſumptis ijs,quæ humores craſſos incidunt,potuit;cuius generis eſt oxymelii ipſum per ſe, & cum hyſſopo,& origano ipſi mediocriter incoctis.is.n.tum hoc a quodam accepit,tum nitri ſpumam ipſis inſperſam : poſt quæ fungos, quos comederat, vomuit, qui iam quodam modo in ſuccum pituitoſum, frigidumque admodum, ac craſſum erant mutati.

A.l.2.t.2.ca. 268.fo.129.b

A.l.4.f.6.t.1. c.10.f 494.f

De Radicula. *CAP. 70.*

DVRbani quidẽ homines ſolam ipſam crudam vt plurimum, ante alios ſanè cibos, cũ garo, alui deiiciendæ gratia, mandunt:quidã autem aceti quidpiam admiſcent.Ruſtici verò cũ pane ſæpenumero veſcuntur,vt aliis obſoniis,quæ ſua ſponte proueniunt:in quibus eſt origanũ uiride,& cardamum,thymus,ſatureia,pulegium,ſerpyllum,mẽta,calaminthe,pyrethrum,& eruca.omnia.n.hæc viridia, obſonia ſunt eſculenta, mandũturq; cum alimentis,ſuntque ex genere plantarum herbacearum. Radiculæ autem caulem etiam ac folia mandunt, ſed coacti potius, q̃ voluntarii.Radix autem ex ijs eſt,quibus aſſidue veſcimur,eſtque obſonium magis,quàm alimẽtum:nimirum quæ & ipſa cum manifeſta calfactione attenuandi habet facultatem : nã qualitas acris in ipſa ſuperat. Vere autem caulem quendam, qui in altum aſſurgit, gignere cõſueuit,quẽ admodum & alia omnia, quæ caulem ſunt productura: quem caulẽ elixantes mandunt cũ oleo & garo,& aceto,vt rapæ caulem,ac ſinapi,& lactucæ:nutritque magis caulis iſte,quàm cruda radicula, ut qui in aqua acrimoniam omnem deponat:pauciſſimum tamen & ipſe habet alimẽtũ. Quidam autem non caulem modo,ſed & radiculas ipſas elixantes mãdunt,non aliter,ac rapas. Mirariq; ſubit eos medicos,atque idiotas,qui poſt cœnam,coctionis iuuandę gratia,crudas ipſas eſitant:ipſi quidem hanc rem experientia ſatis ſibi exploratam eſſe affirmant,qui tamen ipſos ſunt imitati,omnes læſi fuerunt,

A. l.2.t.2.ca. 574.f.160.g.h

De cæpis, allijs, porris, & ampeloprasis. CAP. 71. E

HArum quoque plantarum radices quidem uulgo frequentissime esitant, caulem autẽ rarò & folia, quæ & ipsa proportione radicum acrem admodum habent facultatẽ. Corpus cal faciunt: &, qui in ipso sunt, humores crassos tenuant, lentosq; incidunt. si tamẽ bis, terve fuerint elixa, acrimoniam quidem deponũt, tenuant tamen adhuc, & alimentum corpori dant pauciſſimum, quod certe prius, quàm elixa essent, omnino non dabant. Cæterum alliũ quidem mãdunt, non ut opsonium, sed ut salubre medicamentum, quod digerendi, & obstructiones aperiẽdi habet facultatem, q; si elixum paulum fuerit, adeo ut acrimoniam deposuerit, uires quidem habet imbecilliores, succi autem prauitatem non amplius retinet. quemadmodum nec porra quidẽ, nec cæpe, cum elixa bis fuerint. Ampeloprasa verò tantum a porris dissident, quantum in alijs omnibus congeneribus agrestia à domesticis differunt. Quidam autem in totum annum sequẽtem, ut cæpas aceto condientes, sic & ampeloprasa reponunt: fiuntque in cibo præstantiora, ac minus habent uitiosi succi. Abstinendum tamen ab assiduo usu omnium acrium: & potissimum cum is, qui ipsis vescitur, natura fuerit biliosus. solis enim ijs, qui uel succum pituitosum, uel crudum & crassum, ac lentum aceruarint, cibi eiusmodi sunt accommodati. A. l. 2. t. 2. ca. 119. f. 112 cd

F

GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI

De alimentis quæ ex animalibus parantur: ac postremo de melle, de vino, de sale condiendis, ac medijs edulijs, pertractat.

Propositum libri. CAP. 1.

RElíquum autem fuerit, de alimẽto, quòd ab animalibus sumitur, pertractare: quod non paucas habet facultatum differentias, tum in partibus: tum in quibusdam, quæ in partibus ipsis continentur, aut generantur: cuius generis sunt oua, lac, caseus, butyrum, & sanguis.

De alimento, quod à greßilibus animalibus sumitur. CAP. 2. G

PArtes animaliũ oẽs nõ eadẽ facultate sunt prædite: sed carnes quidem, cum probe concoctæ fuerint optimum gignunt sanguinem, & potissimum si eæ animalium boni succi fuerint, cuiusmodi est suum genus; nam partes neruosæ iusto sunt pituitosiores. Omnium itaque ciborum, suum caro potentissime nutrit. cuius rei athletæ certissimum tibi præbent indicium. Si. n. paribus exercitationibus parẽ molẽ alterius cibi diẽ unam comederint, postero die statim sentiẽt sese redditos imbecilliores: q; si pluribus deinceps diebus id fecerint, non imbecilliores modo, verum ẽt alimenti penuria macilentiores palàm conspiciẽ tur. Idem ẽt de eo, quod dicimus, potes in pueris, qui in palæstria sese exercẽt experiri: & in alijs qui quãlibet actionẽ fortem, ac vehementẽ (cuiusmodi est fodientium) obeũt. Porrò carnes bubulæ alimentum quidẽ & ipse corpori suggerunt non mediocre, neq; dissipatu facile: sanguinẽ tñ generant, q̃ conueniat, crassiorẽ. Quòd si q̃s temperamento naturali melãcholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholico prehendet, si largius his vescat. Affectus aũt melancholici sunt cãcer, elephas, scabies, lepra, febris quartana, & quę peculiari nomine melancholia nominatur. Lien autẽ quibusdam à tali succo intumuit: quam rem κακχεξίαν, i. prauus habitus, & hydropes sępenumero sunt consecuti. Cæterum, quantum carnes bubulæ totius suæ substãtiæ crassitie suillã H superant, tanto suillæ bubulas lentore antecedunt. cæterum ex suum carnibus, hominibus quidem ætate florentibus, fortibus, & qui sese multum excernent, suũ ætate florentiũ carnes ad coquendum sunt p̃stantiores, q̃ *bubulæ: alijs verò suum adhuc increscentium. Porrò, quemadmodum ex suibus, q ętate sunt florẽti, ijs, iuuenibus, q bono corporis sunt habitu, conueniunt, sic & boum, q nondum florentẽ ætatẽ attigerunt; bos. n. temperamento est, q̃ sus, multo sicciore; quẽ admodum & uir ætate florens, q̃ puer. Iure igitur ijs animalibus, quæ natura temperamẽto sunt sicciore, adolescẽs ætas ad mediocritatẽ ipsam confert: humidiorum verò natura, qđ sibi ad ꝑbam, ac conuenientem temperiem deest, ab ætate florenti assumit. Nõ mõ itaq; uituli carnes habent ad conficiendum perfectis bubus præstantiores, sed ẽt hœdi capris. capra namq; temperamento minus, q̃ bos, est sicca: si tamen* {homini & } sui comparetur, multum superat. Suillæ autẽ carnis similitudinẽ cũ humana ex eo poteris intelligere, q quidã carnes humanas pro suillis sine ulla in gustu, vel olfactu suspicione comederũt: id. n. ab improbis hospitibus, & alijs quibusdam factum fuisse iã compertum est. Merito igitur porcelli alimentũ nobis præbẽt tanto magnis suibus excrementosius, quanto ipsis sunt humidiores: merito minus ẽt nutriunt: nam alimentũ humidius, ut distribuitur, ita etiã discutitur celerius. Cæterum agni carnem habent humidissimam,

Nõ sunt ĩ græcis exemplaribus, nec in alijs interpretibus. & omnino tollenda hæc uerba.

Cod. q dã græcus uetustus nõ hẽt hæc uerba.

A. l. 2. t. 2. ca. 145. fo. 116.

A. ibid.

ac

A ibidem.c. A ac pituito ſam: ouiũ verò excremento ſior eſt, ac ſucci deterioris. Caprarum″ quoq; caro præter ſuccum vitioſum, acrimoniam etiam habet. Hircorum aũtem tum ad coquendũ, tum ad ſuccum bonum generãdum eſt deterrima. hanc ſequitur, arietum: poſt, taurorum. Porro in his omnibus

A. ibidem, carnes caſtratorum″ ſunt prẽſtãtiores: ſenum autem peſſimæ tum ad coquendum, tum ad ſuccũ bonum generandum, tum ad nutriendum: quemadmodum & ſues ipſi, qui, quanquam tempera mento ſunt humidi, cum tamen iam ſenuerint, carnem habent nonnunquam ſiccam, ac cõcoctu difficilem. Ad hæc caro leporum ſanguinem quidem gignit craſſiorẽ, ſed melioris ſucci, quàm bubula, & ouilla. Ceruina autem non minus ijs ſuccum vitioſum generat, ac concoctu difficilẽ. His agreſtium aſinorum bene habitorum, ac iuuenum caro eſt propinqua. Sunt tñ, qui & aſinorum domeſticorum, ubi ſenuerint, carnes mandant: quæ peſſimi ſunt ſucci, ac concoctu difficilli mæ, ſtomachumq́; lædunt: & præterea inter edendũ ſunt inſuaues, quemadmodum equorum ac camelorum carnes, quibus & ipſis hoĩes animo, & corpore aſinini, ac camelini veſcuntur. Sũt, q & urſis, & ijs adhuc deterioribus, leonibus, ac pardis veſcantur, ſemel, aut bis elixantes. Quid au tem ſit bis elixare, dictum nobis ante fuit. Quid iam loquar de canibus (quos & ipſos iuuenes, ac pingues, & potiſſimum cum fuerint caſtrati, apud quaſdam gentes frequentiſſime mandũt) cum

B multi ſint, qui pantheris, vt & aſinis bene habitis, cuiuſmodi ſunt agreſte, ueſcantur? Hæc quidẽ non manduntur modo, ſed à quibuſdam etiam medicis laudantur. Vulpium aũt carnibus autũno uenatores apud nos ueſcuntur, tunc.n. uuarum eſu pingueſcunt. Porrò animalia omnia quibus alimenta propria affatim ſuppetunt, longe ſeipſis in cibo euadunt præſtantiora, quemadmodum deteriora fiunt, quibus ea minus adſunt. Proinde, q̃ herbas è terra emergentes, aut arborũ ſurculos, aut germina depaſcuntur, ea oĩa, cum his abundant, habitiora ſunt, ac pinguia, nobisq́; alendis, accomodatiora. Eaq́; de cã, quibus herbas altiores paſci eſt naturale, hyeme, uere primo, ac medio fiunt gracilia, ac praui ſucci, ut boues, qui procedente tempore manifeſto fiũt obeſiores, ſuccíq́; melioris, cum herbæ augentur, ac denſeſcunt, & ad ſemen producendũ feſtinant. Quæ verò animalia humili herba nutriri queunt, ea primo ac medio uere ſunt præſtantiora, vt oues: æſtate autem prima, ac media capręcum ſcilicet fruticum germina (quibus capræ ueſci ſolent) ſunt frequentiſſima, Cum igitur me animalium ſpecies inter ſe comparantem audiueris, dictum meum experientia examina, ac diiudica, atq; expende, non animal quod bene nutritũ ſuerit ac pingue, gracili ac penuria alimenti extenuato comparãs, neq; adoleſcẽs ſeni, iniquum.n. ac malum eſt id iudiciũ: ſed, quod in unaquaq; ſpecie, ac genere, aut quocunq; mõ appellare ve

C lis, optime eſt diſpoſitum, alteri, quod ſit eiuſmodi, conferens. Non igitur amplius opus erit pluribus exequi animalia omnia, quę apud ſingulas gentes proprie naſcũtur. Cuius generis eſt in Iberia animalculum, quod lepori eſt ſimile, quodq; cuniculum nominat. In Lucania autẽ Italię regione, quod inter urſum, ac ſuem quodammodo eſt medium, ceu aliud quoddam inter agreſtes mures, & quos glires nominant, eſt medium † quod in eadẽ Italiæ regione, & aliis pleriſq; locis mandit. Quę.n. ex eiuſmodi animalibus bene sũt nutrita, ac planè pinguia, ea, experiẽtia explora, præparandorum ipſorũ rõnem, quã incolæ experientia didicerũt, ab ipſis audiens, ac diſcẽs. Qualis autem ſingularum præparationum ſit facultas, iam à nobis diſcas licet. Quæ nanq; aſſantes, aut in ſartagine frigentes mandunt, ea corpori ſiccius dant alimentũ. Quæ uerò in aqua prę coquunt, humidius. Quæ in patinis conḍiuntur, inter hæc media ſunt, quanquam & illa ipſa pro modo conditurę, inter ſe multum diſcrepant. ſiquidem, quæ uinum, aut garum habent copioſũ, ea ſunt alijs, quæ ea non habent, ſicciora. rurſus, quæ exiguam q̃dem illorum portionem, aut ſapę (quam hepſema quidam nuncupant) ampliorem habẽt: aut in ſimplici, ac plebeio, alboq́; appellato iure elixa ſunt; ea prædictis longe ſunt humidiora. Quæ autem in ſola aqua coquũtur, ijs quoq; adhuc ſunt humidiora. Maximum prẽterea in præparatione diſcrimẽ accidit pro eorũ, q

D inijciuntur, facultate, ut cum omnia ſiccant quidem, ſed alia magis, alia minus. Sũt porrò hęc, ex ſeminibus quidem anethum, apium, carum, lybiſticũ, cuminum, & alia quædã id genus. ex plãtis uero ipſis porrum, cæpa, anethum, thymus, ſatureia, pulegium, mentha odorata, origanum, & alia huiuſmodi ad obſonatricem cõmentationem pertinentia, de qua nunc differere nõ eſt propoſitum. quemadmodum autem modo præcepimus, cũ animalium differentia inquiritur, quæ optimo ſunt habitu, eſſe comparanda, ita nunc quoque, quæ pulcherrime ſunt præparata, conferantur. Hæc itaque de pedeſtrium animalium carne audiuiſſe ſufficiat: de aliarum autem partium facultate deinceps, cum ſermonem de limacibus abſoluerimus, ſumus tractaturi.

† μύξος uocatũ, hæc addẽda ex Græc. codic.

Dɔ Limacibus. *CAP. 3.*

PErſpicuum quidem eſt, q̃ neq; inter uolatilia, neque inter aquatilia hoc animal eſt numerãdum. quòd ſi inter pedeſtria ipſius non meminerimus, nihil prorſus de limacium alimento dicturi ſumus: quod iniquũ fuerit ſilentio prętermittere, quemadmodũ uermes, qui in lignis naſcuntur, uiperas, aliosq́; ſerpentes, quibus in Aegypto, & apud alias quaſdam gentes ueſcuntur: neq;. n. illorum quiſquam hæc noſtra lecturus eſt: neq; nos, quæ apud illos ſunt eſculẽta, unquã comedemus. Limaces uerò Græci omnes quotidie mandunt, carnem quidem duram habẽtes, eoq́; concoctu difficilem, ſed quæ confecta, potentiſſime nutriat. Succus autem ipſis ineſt, qui

ventrem ſubducit, quemadmodum & ijs, quibus teſta pro cute eſt: quapropter q̃dam oleo, garo E uinoq́; ipſas condientes, eo iuſculo ad aluum deijciendam utuntur. quod ſi huiꝰ animalis carne, ut cibo ſolo eſculento, uti uelis, ubi prius in aqua elixaris, in aliam aquã transferas, in qua rurſus elixabis: tum demum condies, ac tertio elixabis, uſque dum caro tota intabeſcat. hoc enim modo præparata aluum quidem ſiſtet, ſed alimentum corpori dabit non contemnendum.

De Animalium pedeſtrium partibus excarnibus. CAP. 4.

PEdeſtrium animalium partes excarnes homines mandũt, pedes, roſtra, & aures: easq́; ut plurimum in aqua elixas mandunt cum aceto, & garo non nunquam autem & ſinapi: quidam autem ex oleo & garo, uinum affundentes: ſunt, quĩ cum olerib⁹, aut in aqua elixis, aut in patinis conditis. Porcellorum autem pedes ptiſanæ elixæ iniecti, aptiſſimi ſunt, tum ut illam meliorẽ efficiãt: tũ vt ipſi molliores reddantur, & ob id ad elaborationem, quæ in ore fit, ac vẽtriculo meliores. Non parua tamen eſt & in præparationis modo differentia, nõ modo in partibus animalium excarnibus, ſed in aliis etiam omnibus: quam fuſius in opere De Arte obſonandi explicabimus. In hoc autem opere tantum vniuerſales partium ipſarum differentias exponimus, ipſas inter ſe (vt diximus) ita comparantes, vt ſi omnes ad eundem modum paratæ eſſent: iuſta enim eſt hæc comparatio. Partes igitur corporis* extremæ, ut pinguedinis, ita ſubſtantia carnoſæ habent F minimum: neruoſa enim, ac cutacea natura in ipſis præpollet: non tamen tales hi nerui, cutisve ſunt, quales in reliquo ſunt corpore, nam in * excarnibus magis ſunt exercitata, eoq́; etiã magis lenta. Etenim neruus omnis, ac cutis, dum elixãtur, ad huiuſcemodi naturã deueniunt. quare merito corpus quidem minus alunt, ob lẽtorem tamen ꝑ aluum facilius deijciuntur. Meliores autẽ ſunt ſuum pedes, quàm roſtrum: quemadmodum hoc auribus eſt præſtantius; hæ enim cõſtãt ſola cute, ac cartilagine. Cartilago porrò in perfectis quidem animalibus omnino confici non poteſt: in ijs verò, quæ adhuc augeſcunt, ſi in ore bene ęquigata, & in ventriculo cõfecta fuerit, paucum alimẽtum corpori dabit. Eadem autẽ eſt eius, quod dicimus in alijs animalibus proportio. Quanto enim eorũ carnes alimenti bonitate ſuilla ſunt inferiores, tanto illorũ partes* excarnes partibus ſuum* excarnibus ſunt deteriores. Cæterum illud nequaquã arbitror quenquã latere, quòd partes neruoſas voco eas, quę pedibus inſunt, ad ſimilitudinem eius, qui proprie neruus nominatur, quique ex cerebro, ac ſpinali medulla originem ducit. Quæ autem in partibus * excarnibus neruoſa ſunt corpora, ad ſimilitudinem quidem ita nominantur: ſunt autem oſſium ligamenta ſenſus expertia, & præterea tendones quidam.

* ἄχρεα.

* ἀχρέους.

De Animalium pedeſtrium lingua. CAP. 5. G

PEculiaris" quædam huic parti ineſt ſubſtantia: carnem enim habet fungoſiorẽ, ac ſanguineã magis. Muſculi enim carnes ſunt exactæ, & potiſſimum ipſorum partes mediæ: nam multi in ſuis ipſorum finibus in magnos tendones deſinũt, quos plerique medicorũ aponeuroſes muſculorum nominant: quos longe maximos muſculi generãt, qui ad artuum fines pertinent: quin & muſculi quidam capita habent neruoſa. Et ipſius linguæ, quam coci è ſuibus eximẽtes elixant, corpus quidem proprium caro q̃dam eſt fungoſa, vti diximus: non tamen eã eximunt ſolã, neq; elixant, ſed ſimul cum muſculis, qui in ipſam inſerũtur: ut plurimum vero etiam cũ epiglottide, & laringe, & glandulis, quæ illic ſunt, tum iis quæ linguæ ſunt ꝑpriæ, ſaliuamq́; generant, tum iis, quæ ſunt ad pariſthmia, ac laryngem. Præterea venæ, & arteriæ, & nerui, linguæ cum alijs carnibus ſunt communia: illa enim vnà cum carnibus manduntur, niſi quòd in hac particula tria hæc vaſorum genera plura ſunt, ac maiora, quàm proportione magnitudinis. Quæ porrò facultas ſit alimenti, quod à glanduloſis corporibus ſumitur, deinceps audito. A.l.3.f.6.t.1. fo.244.e

De Glandulis. CAP. 6.

QVantum lingua à carnis ſubſtantia, tantum glandulæ à linguæ ſubſtantia receſſerunt: non tamen omnes æquali omnino ab ea diſtant interuallo. Sed, quæ illi adiacent, ac contin- H gunt, ijs quadantenus ſunt ſimiles, quæ in mammis habentur, quando ſaltem eæ lacte nõdũ refertæ fuerint. Non enim glandulæ mammillares perpetuo ſuo munere funguntur, ut cùm aliæ propemodum omnes, tum autem eæ, quę ſunt circa linguam: natura.n. eas linguę comparauit ad ſaliuam generandam: mammillares verò poſt fœtum cõceptũ fiunt rarę, ac laxæ, & lacte plenę. At, quo tempore lacte carent, contrahuntur ac denſantur, tantum à ſe ipſis differentes, quantum permadidæ ſpongiæ ἀπὸ τῶν σκληρυνομένων: ſic enim ſpongias appellãt, à quibus cum humorẽ omnem expreſſerint, circundatis uinculis ipſas conſtringunt, totumq́; ipſarum corpus cogunt. Sũt autem & circa larynga ac pharynga huiuſmodi quædã glandulę, ſicut & in meſenterio: verum hę quidem ſunt exiles, eoq́; vulgus ipſum latẽt: quę uerò ſunt ad pariſthmia, ac larynga, magnæ ſunt ac conſpicuæ. Sunt & aliæ exiguæ in multis corporis partibus uaſorũ diuiſiones firmãtes, ac fulcientes. At glandula illa, cui thymo nomẽ eſt, haudquaquam eſt exigua, ſed in nupnatis animantibus eſt quàm maxima, increſcentibus autem illis ipſa decreſcit. Omnibus autẽ ipſis illud eſt commune, ut ſuaues in cibo, ac friabiles appareant. Mammillares uerò, cum lac habẽt, de ipſius etiam dulcedine quidpiam præ ſe ferunt: qua propter hæ glandulę, cũ lacte ſunt plenę, ſummopere à guloſis expetuntur, præcipue ſuillæ. Alimẽtum autẽ, quod ex ijs probe quidem in

ventriculo

A uentriculo concoctis, prouenit, propè ſanè ad carnium alimentum accedit: ꝙ ſi minus, q̃ ſat eſt, ſint confectæ, ſuccum crudum, aut pituitoſum generant: humidiores quidem pituitoſum, durio-res verò crudum: de quo ante diximus. Teſtes autem, cum ex genere ſint glandulorũ, non perin de tamen laudabilis ſunt ſucci, ut mammillares: ſed habent uiroſum quiddã, ſeminis, qd̃ gene-rant, naturam referentes, ceu renes, urinæ. Atq; etiam animalium greſſilium teſtes ad coquendũ longe ſunt difficiliores. Nam gallorum gallinaceorum altilium teſtes & ſuauiſſimi ſunt, & lauda bile corpori præbent alimentum. Glandulæ item collo ueſicæ adiacentes, propè ad teſtiũ natu-ram accedunt. Sunt, qui renes quoq; inter glandulas annumerẽt: hi nanq; glandulosũ quiddã habere ipſis videntur. Verum ″ praui admodum ſunt ſucci, & concoctu difficiles, ut adultiorum
A. l. 2. f. 2. ca. 9. fo. 160. e animalium teſtes, cum exectos ipſos mandunt: iuniorum enim ſunt præſtantiores. Taurorum au tem, & hircorum, & arietum, in ſuaues, ac ad coquendum difficiles, & mali ſucci.

De Teſtibus. *CAP. 7.*

I Vuenibus ſuibus, ac bubus apud nos teſtes exſecant, ſed propter uſum diuerſum. nam ſuũ quidem teſtes cibi cauſa ſecantur: ſuum. n. caſtratorum caro ſuauior fit, & plenioris alimenti, & ad coquendum facilior: boum uerò, ut ad agriculturam ſint meliores: tauri. n. nõ facile ab homi
B minibus domantur. Capræ autem, & oues propter utrunq; uſum caſtrantur. Porrò oẽs memora torum animalium teſtes ad coquendum ſunt difficiles, ac mali ſucci: nutriunt tamen, ſi belle con ficiantur, alij magis, alij minus, pro ea proportione, quam in canibus ineſſe diximus. Nam, quan to ſuum caro alijs eſt præſtantior, tanto horum quoque teſtes aliorum animantium teſtibus
A. l. 2. t. 2. ca. 284. f. 131. h ſunt meliores. ſoli autem ″ gallorum gallinaceorum undequaque ſunt præſtantiſſimi, & potiſſi-mum eorum, qui ſaginati fuerit.

De Cerebro. *CAP. 8.*

A. l. 2. t. 2. ca. 115. fo. 113. f C Erebrum ″ omne cibus eſt pituitoſior, craſſiq; ſucci, & tarde permeans, ac ad coquendũ diffi cilis. nõ minimum etiam cerebrum omne ſtomacho nocet. Quidam autem ipſius mollitie decepti ipſum ægrotis exhibent, cum præter alia nauſeam etiam cõcitet. quinimmo, cum cuipiã à cibo uomitum mouere uis, huius partem pinguiter conditam, poſtremis epulis edendam exhi be. Illis verò caue exhibeas, qui nõ appetunt, quos ueteres ἀποσίτους appellabãt. merito igitur nemo cerebrum ſummis epulis mandit, cum omnes ipſa experientia docti ſciant ipſum nauſeã excitare. Iure etiam plerique cum origano mandunt, uti nonnulli cum ſale uarijs modis appara to: quippe cum craſſi ſit ſucci, & excrementorum, omnino uomitioni fit accommodatius, quan-
C do cum incidentibus, & calfacientibus fuerit paratum, ſi tamen recte confici poſſit, alimentum corpori præſtabit non contemnendum.

De oſſium medulla. *CAP. 9.*

M Edulla, quæ in oſſibus inuenitur, cerebro eſt dulcior, iucũdior, ac pinguior, adeo, ut, ſi ea inter ſe comparando guſtes, puraturus ſis, cerebrum auſterum etiam aliquid in ſe habe-re. Porrò medulla nauſeam prouocat, ſi liberalius ſumatur, quemadmodum & cerebrum: nu-trit tamen & ipſa, ſi probe conficiatur.

De Spinali medulla. *CAP. 10.*

S Pinalis medulla eiuſdem quidem cum cerebro eſt generis: eam tñ perperam medullam ap-pellarunt, cũ medulla ipſa non modo ſpinali hac, uerum etiam cerebro ipſo, ſit humidior, ac mollior, & pinguior. Quòd verò in ſpinæ oſſibus cõtineatur, coloremq; habeat medullæ aſſimi lem, ob id ipſam medullam nominant: quo nomine quidam ipſum quoq; cerebrum uocitarũt. Eſt porrò ſpinalis medulla cerebro continua, ac eiuſdem cum eo naturæ, niſi quòd ipſo multo eſt durior, potiſſimum in infernis ſpinæ finibus: quantum enim à cerebro abſcedit, tanto magis dureſcit. Pinguitudinis ſanè habet minimum: quo fit, ut nauſeam non prouocet: &, ſi probe con
D ficiatur, non exiguum corpori dat alimentum.

De Adipe, & ſeuo. *CAP. 11.*

V Trunq; quidem eſt oleoſum, humiditate tamẽ & ſiccitate inter ſe differunt. Pinguedo nãque humida quæpiam res eſt, oleo longa uetuſtate incraſſato aſſimilis. Seuum uerò adi-pe multo eſt ſiccius: ideoque, ſi calfactum ipſum fundas, coit facile, ac concreſcit. Pauci utrun-
A. l. 2. t. 2. cã. 145. fo. 116. d que eſt nutrimenti: potiusque carnium nos alentium ſunt condimenta, quàm alimenta.

De Pedeſtrium animalium viſceribus. *CAP. 12.*

A. ibidem. e OMnium ‖ quidem animalium iecur craſſi eſt ſucci, ac ad coquendum difficile, tardeq; per-meat. omnium autem eſt præſtantiſſimum, nõ modo ac uoluptatem, ſed ad alia etiam om nia, quod συκωτόν. i. ficatum appellatur: quã appellationem inde habuit, ꝙ animalis mactãdi ie-cur multarum ficuum ſiccarum eſu ſic præparent. quod maxime faciunt in ſuibus, propterea, ꝙ huius animalis uiſcera, aliorum animaliũ uiſceribus natura multò ſunt ſuauiora: euadunt tamen & illa ſe ipſis meliora, cũ animal ipſum caricas affatim comederit: verum minime conſentaneũ hominibus uidetur, præteritis, quæ natura cæteris præſtant, deteriora conſectari. Reliquorũ au-tem uiſcerum. Lien quidem guſtu eſt non exacte ſuauis, eſt. n. in eo perſpicua quędam acerbitas. Merito autem praui quoq; ſucci eſſe creditur, vt qui ſanguinem melancholicũ generet. Vtroq;

uero

verò tanto pulmo eſt ad coquendũ facilior quanto eſt rarior: multo tamen, quod ad nutriendũ E attinet, hepate eſt inferior. Pituitoſius autẽ lõge eſt id alimentũ, quod corpori præbet. † Cor, ſubſtantia quidem caro eſt fibroſa, ac dura, ideoq; ad coquendum eſt difficile, & tarde permeat: ſi tamen probe conficiatur, alimentum corpori exhibet non paucum, † neque mali ſucci. De renibus autem (nam hos quoque quidam inter viſcera connumerant) prius diximus.

† *Aetius lib. 2. c. 127. qui hæc oĩa mutuatus eſt addit* διά τὲ χονδρώδες σῶμα τῆς τραχείας ἀρτηρίας *i. ꝓpter cartilagineum tracheæ corpus, quod ipſi ineſt.*

De Quadrupedum animalium uentriculo, utero, & inteſtinis. CAP. 13.

DVriores carnibus ſunt hæ partes: ob id, etiam ſi rite conficiãtur, ſuccũm tamen gignent nõ plane ſanguineum neq; inculpatum, ſed frigidiorem ac crudiorem. Proinde multum temporis requirunt prius, quàm ſatis confici, & in probum ſanguinem mutari queant.

De agreſtium ac domeſticorum animalium differentia. CAP. 14.

† *Aetius habet* κακόχυμον δὲ, *i. at mali ſucci, quanquã inter pres Aetij Galeni tex. ſecutus particulam negatiuam addiderit.*

DOmeſtica animalia tẽperie humidiore ſunt q̃ agreſtia, tum ob aeris in quo degunt, humiditatẽ, tum verò ẽt ob vitæ ignauiam. Quæ verò in montibus degũt, multũ exercẽtur, ac fatigantur, præterea in aere ſicciore viuũt: quapropter eorũ caro eſt durior, nullius q̃; prorſus pinguedinis, aut pauciſſimę particeps: quæ cauſa eſt, cur plurib⁹ diebus, q̃ domeſticorũ & ocioſe degentium animalium, ſeruetur imputris. Liquet item, ꝙ alimentum, quod ab ijs prouenit, minus habet excrementi: contra, excrementitiũ eſt, quod à domeſticis atq; ocioſis ſumit. Neceſſe igitur F eſt alimẽtum eiuſmodi nutrire valentius, quàm alterum, ſuccumq́ue gignere multo meliorem.

De Lacte. CAP. 16.

LAc quoq; inter cibos, qui ab animalibus ſumuntur, eſt numerandũ: in quo haud praua eſt' ꝓ anni temporibus differẽtia, & ea adhuc maior pro ipſorum animalium ſpecie. Siquidẽ vaccarum lac, craſſiſſimum eſt ac pinguiſſimũ: liquidiſſimum autem ac minime pingue, camelarũ: mox, equarum: deinde aſinarum: mediæ autẽ conſiſtentiæ eſt caprarum: hoc craſſius, ouium. Secundum autem anni tẽpora, † lac poſt partum ʒ eſt liquidiſſimum: temporis verò progreſſu, magis ſemper, ac magis incraſſeſcit: eſtate verò media, ipſum etiã in medio ſuæ naturæ cõſiſtit: poſt id autem tempus, ſenſim iam craſſeſcit, quoad penitus deficiat, vere autẽ vt liquidiſſimũ, ita etiã copioſiſſimum: Quòd aũt lac, ut prius diximus, pro animalium ſpecie differat, id vel intuenti quidem protinus apparet: manifeſti⁹ autẽ fiet, ſi ex unoquoq; lactis genere caſeus paretur: etenim liquidiſſimum lac, ſerum: craſſiſſimum, caſeum habent plurimum. Merito igitur liquidius quidẽ lac, magis: craſſius aũt, minus aluum ſubducit. Contra aũt, craſſius quidem valenti⁹ nutrit: tenuius autem, minus. Quòd ſiquis lac prius elixando ſerum omne conſumpſerit, nihil prorſus ſubducet. Iniectis verò lapillis ignis tantiſper, dum ſerum omne conſumatur, præterq̃ ꝙ ſic paratum, G aluum non ſubducit, contrarium etiã efficit, ipſumq́; ijs exhibemus, quibus uenter acrium excrementorum demorſu infeſtatur. id ipſum autem efficiunt non minus, q̃ lapilli, aut etiam efficaci⁹, ferrei orbiculi igniti. Facile tamen lac ſic paratum, in ventriculo in caſeũ cogitur: ob id mel illi, & ſalem admiſcemus, quin & aquam etiam affundere ſecurius fuerit, ut pleriq; medicorũ facti tant. neque mirum tibi videatur, quòd ſero conſumpto, rurſus aquam infundant: non enim ſeri humiditas eſt, quam fugiunt, ſed acrimoniam: cuius occaſione lac omne aluum ſubducit, ex ſubſtantiis contrariis miſtum, ſero ſcilicet, & caſeo. Ad hęc tertium etiam pinguem ſuccum habet & ipſum quidam lac vaccarũ, vt dictum eſt, plurimum: ideoq; butyrum (quod vocant) ex eo conficiunt: quod guſtu ſolo, uiſuq́; quantum in ſe pinguitudinis habeat, facile cognoſcas. quòd ſi partem aliquam corporis eo inunxeris, ac fricueris, cernes cutim pinguẽ nõ aliter, ac ſi oleo fricuiſſes: præterea, ſi mortui animalis corium aridum eo inunxeris, eundem cernes effectum: quinimmo homines in pleriſq; frigidis regionibus, in quibus oleo careant, in balneo butyro utũtur; cernitur præterea, ſi ignitis carbonib⁹ ipſum infundas, non aliter, ac pinguedo, flammã excitare: denique utimur ipſo in illis, in quibus vtimur adipe, cataplaſmatibus, alijsq́; mẽdicamentis ipſũ ꝓ miſcentes. Pinguiſſimum ita q; vt diximus, eſt lac bubulum: ouillum verò ac caprinum habent H quidem & ipſa pinguedinis quidpiam, ſed multo minus, aſininum verò huius ſucci habet minimum: quocirca raro in ventriculo cuiuſquam coagulatur, ſi ſtatim, vt mammis excidit, calidum fuerit epotum: quòd ſi ſal, & mel adijciantur, fieri non poteſt, vt ipſum in ventriculo cõcreſcat, ac coaguletur. Eandem ob cauſam magis per aluum deijcitur, vt ꝙ ſerum multum habeat, à quo lac omne facultatem accipit deiiciendi: vti à caſeoſa ſubſtantia, ſiſtendi. Quantum verò ſerũ ab alia lactis natura ſucci bonitate ſuperatur, tanto alia omnia, quæ ventrẽ deiiciunt, ſuperat: ob id veteres ad aluum ſubducendam hoc potu plurimo uſi videntur. Tantum autem mellis optimi ei eſt inijciendum, quantum ſuaue citra ſtomachi euerſionem ſentietur. Pari modo & ſalem ea mẽſura injicies, quoad guſtum non offendat: quòd ſi ipſum magis ſubducere velis, ſalis quam plurimum inijcies. Hæc certe diffuſius explicuimus, q̃ præſens inſtitutum poſtulet. propoſitum enim fuerat ea commoda exponere, quæ lacti inſunt, aut alimento: quibus cum id cõmodũ, quod nobis præſtat in aluo deiicienda, eſſet admiſtum, fecit rei affinitas, vt in hãc digreſſionẽ ſermo noſter deflexerit. Rurſus igitur ad propoſitũ reuerſi, quę de lactis facultate ſuperſunt, exequamur, quorum id omnium eſt maximum, quòd omniũ ferè, quæ mandimus, lac optimum, optimi eſt ſucci: verũ caue, male accipias, quod iam pronunciauimus. Nõ. n. ſimpliciter diximus lac omne

† *Aetius lib. 2. c. 127. qui hæc oĩa mutuatus eſt addit* διά τὲ χονδρώδες σῶμα τῆς τραχείας ἀρτηρίας *i. ꝓpter cartilagineum tracheæ corpus, quod ipſi ineſt.*

† Γάλακτος τὴν ἀποκύησιν. *qđ Ioa chinus uertit. Lac qđ ſ uere ſt atim à partu editus.*

A. l. 3. f. 10. t. 5. c. 5. f. 275 b

A. l. 2. t. 10. 434. f. 143

optimi

A optimi esse succi, sed præterea optimum adiunximus. Nam lac quidem, quod vitiosi est succi, tãtum abest, vt ad succum probũ gignendũ conferat, vt qui eo vtuntur, cacochymos reddat. Cui rei argumento fuit is infans, qui, cũ priore nutrice mortua, alterius praui succi lac suxisset, totũ corpus multis vlceribus habuit refertũ. vtebatur autem secunda hęc nutrix in agro syluestribus oleribus propter annonæ caritatem, quę veris tempore acciderat: vnde ipsa huiuscemodi vlceribus scatuit, & alij quidã, qui in eodem agro simili victu sunt vsi. Vidimus & alijs permultis mulieribus infantes nutrientibus id temporis idem accidere. Atq; ẽt, si capræ, aut alterius cuiuspiã aĩalis scammoniam, aut tithymallum depasti, lac cibi loco quis sumpserit, oĩno aluus illi fluet. Quemadmodum igitur de alijs oĩbus, ita & de lactis facultatibus intelligere oportet, non tanẽ simpliciter de quouis dicatur, sed de optimo duntaxat. quantum aũt in singulis generibus unum quodq; ab optimo deficit, tanto commodis, q̃ optimum id nobis præstat, est inferius. Lac igitur, quod seri habet plurimum, ẽt si semper eo utare, nihil penitus afferet periculi: quod uerò huiuscemodi humiditatem habet exiguam, caseosam aũt crassitiem multam, omnibus, qui ipso multũ utuntur, est periculosum. Nam eos quidem renes offendet, qui calculis generãdis sunt appositi:

A.ibidem.b iecur" item obstruet ijs, qui hoc affectu facile prehendi põt: tales aũt sunt, quibus fines eorum va
B sorum, quæ cibum ex simis uisceris in gibba transumunt, sunt angusti. Thoracis autẽ, ac pulmonis partibus lac omne est utile. Capiti uerò, nisi ipsum habeat admodum firmum, non est accommodum, ut nec hypochondrijs, quæ leui de causa inflantur; in plurimis. n. in uentriculo uertitur in flatus, suntq̃; pauciſſimi, quibus id non accidat. Si uerò cum aliquo eorum cibariorum, quæ crassi sunt succi, diutius elixum fuerit, flatuosam quidem naturam deponit, sed iecur magis obstruit, & calculos in renibus promptius gignit. Huiusmodi autẽ edulia libro primo esse diximus, amylum, similaginem, alicam, tragum, orizam, lagana, rhyemata, & panes non bene in clibano assos, nec multa tritatione præelaboratos, nec multo sale, ac fermento mediocri saturatos. Cæterum, ut in ijs, ita in alijs, quæ nonnulli lacti admiscentes mandunt, mistorum facultas aliquã ex lactis facultatibus augebit, aut imminuet. Nunc aũt ipsius facultatem definiamus, illud boni esse succi, & multi alimenti statuentes, ex contrariis substantiis, ac facultatibus conflatum, subducendi scilicet, ac sistendi, obstruendiq̃:, ac tenuandi. quod namq; eius seriosum est, succos crassos

A.ibidem.a tenuat, & aluum subducit: quod uerò caseosum est, aluum sistit, & succos crassos gignit, ex q̃bus, ut diximus, in hepate obstructiones, & in renibus calculi oriũtur. Nocet aũt" ipsius usus assiduus dẽtibus, & circundatis carnibus, quas gingiuas nominãt: has. n. flaccidas: dẽtes uerò putrefactio
C ni & erosioni admodum obnoxios reddit. Sũpto igitur lacte, os uino diluto colluere conueniet: satius autem fuerit, si mellis etiam quippiam ipsi inieceris: ita namq; omne caseosum, quod ex lacte dentibus, ac gingiuis circumfixum fuerit, abstergitur. Quòd si etiam cuipiam tam robustũ sit caput, ut uini meri collutione non offendatur, melius is dentibus, & gingiuis consuluerit: ueruntamen & mel uino permistum, misturam ex utroq; reddit meliorem. Illud uerò dentiũ incolumitati tutissimum aduersus lactis iniurias fuerit præsidium, si quis post sumptum ipsum primo melicrato, deinde uino adstringente os colluat.

De Oxygalacte, id est acido lacte. CAP. 16.

OXygala autem, quod uocant, dentes quidem, qui saltẽ secundum naturam hũt, nihil offendit: qui uerò aut ob naturalem intemperiem, aut adscititium quempiam affectũ, iusto sunt frigidiores, hi soli, ut ab aliorum frigidorum occursu, ita ab hoc quoq; offenduntur; accidit q̃; ijs nonnunq̃ symptoma, quod ἀτμωδίαν, i. stuporem nominant, quale post esum mororum immaturorum, & aliorum omnium acerborum & acidorum euenire consueuit. Illud item perspicuũ est, q̃ uentriculus, qui quauis de causa est frigidior, oxygala non belle conficit: temperatus uerò

A.l.2.t.2.ca. 434.f. 143.c. quamuis ægre, conficit tñ aliquantũ. Contra" uentriculi iusto calidiores, siue ab initio tales fue
D rint, siue quapiam causa postea in eam temperiem sint adducti, præterquam q̃ nihil ab huiuscemodi eduliis læduntur, commodo ẽt aliquo fruuntur. Quin hi quoq; oxygala ipsum circundata niue prius refrigeratum, indolenter ferunt, quemadmodum & alia pleraque id genus edulia, atque adeo aquã ipsam niue sic præparatam. Quocirca admirari subit plerosq; medicos, qui de singulis eduliis pronunciarunt, hoc quidem nobis esse utile, aliud uerò noxium: præterea ad coquendum facile, aut difficile: mali succi esse, aut boni: multi, aut pauci esse alimenti: stomacho cõuenire, aut aduersari: aluum ducere, aut sistere: aut aliam q̃is uirtutẽ, uitiumve obtinere. De quibusdam certe licet pronunciare, hoc quodam edulium oĩbus hoĩbus praui esse succi, aut ad coquendum difficile, aut stomacho noxium: de plurimis tñ fieri non potest, ut unico edicto citra ullam distinctionem uere pronuncies. Cæterum, cum necessario longa futura esset oratio, si in singulis eduliis, tam naturalium temperamentorum, quàm acquisititiorum affectuũ, distinctiones adscripsissemus, satius fore existimauimus (quemadmodum in primo horum commẽtariorum fecimus) ab initio uniuersalẽ quidem totius doctrinæ methodum ostendere: post aũt in particularibus nonnunquã eam ad memoriã reuocare, p̃sertim in ijs, quæ nõ simplicis sunt naturę, qualis utiq; est lac, de quo nunc agimus: quod, tametsi sensui quidem similare apparet, ex diuersis tñ substantiis ac facultatibus est cõpositũ. Huic nanq; ẽt si optimum fuerit pro diuersa tamen uentriculorum

triculorum natura accidit,vt interdū quidem ꝯ in hoc ꝯ aceſcat:alias verò fumoſum ac nidorulē- E
tum ructum in altero ſurſum emittat.Etenim contrarij ſunt affectus,ſecundum quos,quod in vē
triculo non fuit coctum,acidum aut fumoſum euadit:ſiquidem caloris inopia in acorem: eiuſdē
autem exceſſus,in nidorem ac fumum vertit:quæ duo lacti eueniūt, quia in ſe non modo ſerosā
naturam,verum etiam pinguem,& caſeoſam cōtineat. Hac certe de cauſa oxygala quidē, ſi in
ventriculo non coquatur,nunq̄ in nidorē vertitur, potiſſimum,ſi in bilioſiſſimum, ac feruētiſſi
mum ventriculum inciderit.Neque.n.amplius calidam,acremq̄; qualitatē,ac facultatē retinet,
quam lac à ſero habet:nec pinguem,& mediocriter calidā,quā lac à pinguedine,quæ ſibi ineſt,
poſſidebat.In huiuſcemodi.n.præparatione,ſola relinquitur caſeoſa ſubſtātia,eaq; ipſa nō eiuſ
dem naturæ,cuius ab initio fuit,ſed ad frigidius cōuerſa. Itaq; de oxygalacte dixiſſe ſuffecerit, ꝙ
frigidum eſt, ac craſſi ſucci: hæc enim ſequitur, ut ipſum nō facile à corpore mediæ tēperaturæ
cōficiatur: ad eā.n.in omnibus meis operibus,cū aliquid ſimpliciter pronuncio, ſæpe iā monui
id eſſe referēdum.Quin etiam ſuccum crudum,quem uocant (cuius naturam tū prius alibi expo
ſui,tum etiam in libro ſuperiore de eo differui) cōſentaneum eſt ab iſtiuſmodi cibis abunde ge-
nerari. Non ab re autem edulium hoc calidiſſimis ventriculis eſt utile,quemadmodū frigidiori
bus aduerſiſſimum.Id tñ in ſingulis cibarijs non conuenit adſcribere: ſed in quibuſdā meminiſ- F
ſe ſuffecerit, ꝙ ſuccus eiuſmodi,qualis ex oxygalacte,caſeo,& omnibus craſſi ſucci edulijs, ꝓue-
nit,calculos in renibus ſolet gignere,cum hi calidiores iuſto fuerint,ſiue ob naturalē intēperiē,
ſiue ob alium quendam affectum ipſis poſtea innatum,nō tamen pro caloris modo meatuū trā-
ſitus latos habeant.Corporum enim cōſtructiones,quæ morbis maxime ſunt obnoxiæ,ex parti
bus contrarii temperamenti componuntur:vt uerbi gratia,ſi uentriculus admodū ſit calidus,ce A.1 3.f.13.t.1
rebrum autem frigidum:pari modo,& pulmo aliquando,ac totus thorax frigidus eſt,uētriculus c. 16.f.287.a
autem calidus.Frequenter verò cōtra euenit vt omnia alia ſcilicet æquo ſint calidiora: ſolus āt
vētriculus frigidior ſit,†hepar verò calidius:atque in alijs partibus ſimiliter. Quapropter initio
etiam monuimus vtiliſſimam eſſe doctrinā,quæ de facultatibus,quæ alimentis inſunt, tradit cū
eas differentias explicat,quæ in humiditate ſpectantur,& ſiccitate,& caliditate,& frigiditate: ꝑ-
terea ſubſtātiæ ipſorum lentore,aut craſſitie:ad hæc,quod aut ſimilare eſt,de quo agetur, uel ex
partibus temperamento contrarijs cōpoſitum, cuius generis eſt lac. Ad horum porrò dignotio
nem dixi nos manu duci,cum per olfactum ac guſtum,tum ꝑ alia ſymptomata,de quibus in ope
ris huius initio differui:vti nūc quoque in lacte,eius naturam oſtendi ex ijs ſymptomatibus,quę
ei accidunt,cum aut calefit,aut coagulo cogitur,aut alio quouis modo partes ipſius ſecernūtur: G
etenim vel citra coagulum ſciſſio,quam uocant, id efficit,cum lacti abunde calido oxymel frigi
dum inſtillamus.Idem etiam mulſo efficimus. Interdum etiam citra vllā liquoris inſtillationē,
vaſe frigidiſſimā aquā cōtinente in lac demiſſo, ipſum ſcindimus. Præterea ſine coagulo id lac,
quod poſt editum fœtum emulſum fuerit,protinus concreſcit,ſi ſupercineres calidos parumper
calefiat:videnturq̄; veteres Comici lac ita coactum,Pyriaſten appellaſſe.In Aſia āt apud nos Py
riephtum ipſum nominant.Id quidem lac omnino ab alia ſubſtantia eſt purum; cū autem mel-
le ipſi admiſto per coagulum cogunt,hoc quidē opere, quod in eo eſt tenue, & aquoſum,ſepara
tur.Quidam autē ex ipſo duntaxat,quod coactū eſt,mandunt.quod partim ex caſeoſa lactis ſub-
ſtātia,partim ex calida atq; ignea coaguli facultate,partim ex melle ipſis admiſto, eſt cōpoſitū.
Alii uerò unà cum eo,quod concreuit,ſerum quoq; tranſglutitur,idq; aut pariter totū cum toto,
aut alterum altero copioſius:accidetq̄;,vt alijs quidem largius,alijs verò minus,aluus ſubducat,
proportione quantitatis ſeroſi humoris.Perſpicuum præterea eſt,qđ eorum corpus,qui ſolū id
quod concretum eſt,comederint,amplius nutritur:minus verò eorum,qui vnà cū ipſo ſeroſi hu
moris quidpiam tranſglutierint: & multo adhuc minus eorum, qui eius quidē,quod coactū eſt,
parum,ſeroſi autem humoris plurimum,hauſerint. Simili modo,& in eo quod à partu, ſiue cum H
melle,ſiue abſq; eo coijt,non paruam differentiam inuenies. Cum enim mel non accepit,ad co
quendū eſt difficilius,& ſucci craſſioris: præterea per aluum tardius ſecedit: vtrunque tū corpus
abūde nutrit. Hæc de lactis facultate nouiſſe in præſenti opere ſuffecerit:eius nanque vtilitates,
quas in morbis præſtat,ijs,qui quauis ex cauſa tabe laborant,aut vlcus habent in pulmone, pro
prie ad medendi rationem pertinent.

† *Additur ī trā ſlatione uet. & Rabbi Moſe prima particu- la aphoriſmorū 17. & quādoq; quidem totum corpꝰ frigidius.*

De Caſeo. *CAP. 17.*

DE caſei quidem facultate iam diximus,cum de lacte ſermonem faceremus:ſatius tamē fue A.1.2.t.2.c.
rit nūc rurſum particulatim de eo tractare.Nā dū paratur,aſſumit ab iniecto coagulo acri 223.f.113.a
moniam,humiditatem q̄; oēm deponit,& potiſſimū,ſi inueterarit.tū.n. quā prius,acrior euadit,
& manifeſte calidior redditur,atque ardentior:ob id ipſum ſiticuloſior,& ad coquendum diffici
lior,& peioris ſucci efficitur.Qua de cauſa nec id ipſum,quod craſſis cibis acres, ac tenuātes fa-
cultates admiſtas habentibus ineſt commodi,caſeus citra noxam poſſidet.Maior enim noxa ex
ſucci ipſius prauitate,& ardenti calore accidit,quàm craſſorum tenuatio cōferre queat:quando
ad calculorum in renibus procreationem hic ſuccus non minus eſt noxius. Oſtendimus enim
calculos in illis corporibus naſci,in quibus ſuccorum craſſities cum igneo calore eſt cōiunctus.

Fugiendus

A Fugiendus igitur eſt eiuſmodi caſeus, vt qui nihil conferat neque ad coctionem, neq; ad diſtributionẽ, neq; ad mouendam urinam, neq; ad uentris deiectionem, ceu vtique nec ad ſucci ꝓbitatem. Deinceps ãt malus quidem, ſed prædicto minus eſt putandus, qui neq; eſt vetus, neq; acris. Omnium autem caſeorum recentium is eſt præſtantiſſimus: qualis apud nos Pergami, & in Myſia, quæ eſt ſupra Pergamum, fit, qui ab incolis oxygalactinus appellatur, ſuauiſſimus quidẽ in cibo, ſtomacho autẽ minimum noxius, alijsq; omnibus caſeis concoctu, tranſituque facilior, ſuccũ habens non vitioſum, neq; vſq; adeo craſſum: quod uitium omnium caſeorum eſt cõmune. Præſtãtiſſimus etiam eſt is, qui Romæ apud diuites celebratur, † βαθὺν appellant, & præterea alij quidam in alijs regionibus. Cum autem ſingulatim permagna ſit in ipſis differẽtia, tum pro animalium natura, tum pro præparandi modis, & præterea ipſorũ caſeorum ætate, conabimur hoc in loco ipſorum facultatem paucis ſcopis circumſcribere, quibus quis intẽtus meliorem à deterio re facillime diſcernet. Scopi quidẽ in genere ſunt duo, quorum alter in certa ſubſtãtiæ caſei cõſiſtentia uerſatur, ſecũdum quam mollior eſt aut durior, dẽſior aut laxior, glutinoſior aut friabilior: alter in guſtabili qualitate cõſiſtit, ſecundum quam in quibuſdam ipſorum acor ſuperat, in alijs acrimonia, aut pinguitudo, aut dulcedo, aut aliud quidpiã id genus, aut oĩum eſt uelut equa-

B bilis. Porrò ſecũdum ſpeciales differentias prædictorum generum, mollior quidem duriore eſt præſtantior: rarus uerò ac laxus, denſo admodum ac compacto. Iam uerò cum glutinoſus ualde, & is qui id aſperitatẽ uſque eſt friabilis, ſint uitioſi, præſtantior eſt, qui inter hos duos eſt medius. Quod autem ad eam dignotionem, quæ fit guſtu, pertinet, is, omnium eſt præſtantiſſimus, q̃ nullam uehementem habet qualitatem, ſed dulcem habet ſupra alias parum eminẽtem. Suauis itẽ inſuaui eſt præſtãtior, & mediocriter ſalitus, eo qui eſt per multum, & eo qui omnino ſalis eſt expers. Poſtea tamen, quàm caſeum ſic examinatum ſumpſeris, licebit etiam ex ructu cognoſcere, qualis inter caſeos ſit melior, aut deterior. Cuius nãq; qualitas paulatim marceſcit, præſtãtior: cuius contra perdurat, non bonus: iſte enim perſpicue ægre mutatur, atque alteratur, & ob id ipſum ægre conficitur, omnium enim qualitatum, quarum ante meminimus, alteratio neceſſario ſequitur alimentorum coctionem.

† *Forſan βατύσικον. ex Plinio qui lib. 11. c. 42. natuſicũ Romæ celebratũ perhibet.*

De Pedeſtrium Animalium ſanguine. CAP. 18.

SAnguis ſomnis ad coquendum eſt difficilis, præcipue craſſus, & melancholicus, qualis eſt bubulus: leporinus autem, vt ſuauis ſimus, celebratur, multiq; ipſum cum iecore ſolent elixare: quidam autem cum alijs etiam viſceribus. Sũt, qui ſuum quoque iuniorum ſanguinem edãt, ceu alii etiã grãdiorum, cum caſtrati fuerint. Aprorum uerò nemo ne guſtare quidem tẽtauerit, ꝓpterea, ꝙ inſuauis eſt, & ad coquendũ difficilis, Homerus quoque caprarum ſanguinem in cibo

C iucundum eſſe non ignorauit.

De Alimento, quod à uolucribus animalibus ſumitur. CAP. 19.

VEteres oẽs animalia uolucria, ac bipeda ὄρνιθας nominabant. nũc aũt apud Græcos cõſuetudo inualuit, ut, quas illi ἀλεκτορίδας, i. gallinas uocabãt, nũc ſolas eas ὄρνιθας appellẽt, quẽ admodum, & maſculos ipſos ἀλεκτρύονας. Auium porrò omnium uolucrium genus pauciſſimũ præſtat alimentũ, ſi ad genus greſſilium conferatur, potiſſimum ſi ad ſuillam, qua nõ aliud inuenias, quod copioſioris ſit nutrimenti: uolucrium tñ caro ad coquendũ eſt facilior, præcipue perdicis, atagenis, columbę, galli gallinacei, & gallinę. Turdorũ uerò, & merularũ, paruorũq; paſſerum (inter quos ẽt ſunt, quos turricolas, uocant) caro, q̃ prædictorũ, eſt durior, his aũt ipſis turturis, palumbi, anatisq; caro eſt durior: phaſianorum, quod ad cõcoctionem, & nutrimentũ attinet, gallinis eſt ſimilis, voluptate tñ in edẽdo ſuperat; his durior eſt pauonis caro, & fibroſior, &

A. l. 2. t. 2. ca. 145 f. 136. b. ad coquẽdum difficilior. Porrò in omnibus volucribus animalibus, vt & in quadrupedibus, ſcire in vniuerſum oportet, ꝙ augeſcentium caro multo eſt præſtantior, q̃ ætate declinãtiũ: media autem eſt inter vtranq; florentium. praua autem admodũ eſt valde nouellorũ, ſed diuerſa rõne ac ſenum: ſiquidem horum caro dura eſt, & ſicca, ac neruoſa, ideoq; praua ad coquẽdum, & exi-

D gui nutrimenti: contra animalium nuperrime editorum corpora mucoſa ſunt, ac humida, eoq; excremẽtis plena, facilius tñ per aluum ſecedũt. Hæc in cũctis animalibus memoria teneto: id. n. omnibus ipſis ex æquo ineſt ſecundum differentias, quæ ab ætate ſumuntur. Cõmunis etiam eſt, ſi ſanitatem ſpectes, præparationis modus, quem antea expoſuimus, & nunc rurſum ſummatim repetemus, facultates duntaxat in memoriam reuocãtes; q̃ aſſa ſunt, & frixa in ſartagine, ea sũt ſicciora: quæ verò in aqua dulci ſunt elixa, alimentum corpori præbent humidius. De iis porro, q̃ ex albo iure, variisq; patinarũ condimentis eſitantur, antea abunde diſſeruimus, ceu de domeſticis quoq; & agreſtibus. Nõ mediocris verò eſt differẽtia eorũ; quæ in ſtagnis, aut paludibus, aut lacuſtribus locis viuunt, cum ijs, quæ in mõtibus, aut locis ſiccis degunt. nam pro locorũ natura, ac proportione, animalium carnes fiunt ſiccæ, & excrementis vacuæ, & ad coquẽdum faciliores: aut humidæ, & excrementitiæ, & concoctu difficiliores.

A. l. 2. t. 2. ca. 147. f. 116. d.

De Anſeribus, & Struthocamelis. CAP. 20.

PHωῶν nomen ueteribus etiam eſt conſuetum, ϕρουθοκαμήλων verò inſolens: nominãt enim eas μεγάλας ϕρουθούς. Ego vero etiam num adoleſcentulus audiui ſophiſtam quendam ex eorum

numero,

numero, qui de eiusmodi problematibus disserunt, in utranque partem disceptantem, ac probā E
tem, huiusmodi animalia nunc aues esse, nunc uerò non esse. longe autem præstiterit nō id, sed
quale nam alimentum, quod ab ipsis sumitur, habeat facultatem, inquirere. id autem ubi ex me
audieris, per ocium ab alio disces, utrum oporteat animalia hæc aues nominare, nec ne. Ipsorū
igitur caro est excrementia, multoq; ad coquendum est difficilior, q̄ prædictorū uolucrium a- A. l. 2. t. 2. ca.
nimalium: ipsorum tamen alæ non sunt cæterorum alis deteriores: quandoquidem in multis vo 515. fo. 152. a
latilibus, potissimum quæ parua sunt, & carne dura prædita, alarum substantia est fibrosa, ac du
ra. Quarundam autem caro tota est eiusmodi, cuiusmodi gruum: quas tamen & ipsas mandunt,
plurimis ante diebus macerantes, & (vt si dicam) mortificantes. Inter grues autem, & anseres ca
ro tardarum, quas uocant, quodammodo est media, quæ ὠτίδος, uel ὠτίδος appellantur: utroq;
.n. modo prima syllaba profertur, & scribitur, per ου scilicet, & per ω.

De differentia, quæ est in partibus animalium volucrium. CAP. 21.

VIscera quidem in uolucribus animalibus eandem habēt ad carnes ꝓportionem, quam in
pedestribus habere memorauimus. Intestina uerò horum omnium omnino non mandunt:
in eorum tamen uentriculis non ita habet; uesci. n. sunt, & nutriunt: quidam autem ipsorum ual-
de etiam sunt iucundi, ceu anserum, post quos sunt altilium gallinarum. Quemadmodum autem F
in suibus, dum adhuc viuunt, hepar ex caricarum pastu ad uoluptatem præparatur, ita in anseri-
bns uideo ipsorum alimenta lacte imbui, ut non modo eorum iecur sit iucundissimum, sed potē-
ter etiam nutriat, ac optimi sit succi, & deiectu minime difficile, probeq; similiter in uentriculo
conficiatur. Ad hæc alæ anserum ad concoquendum, ac nutriendum sunt accommodæ, & iis ad-
huc magis gallinarum. Cæterum, cum iuniorum animalium carnes ab annosorum multum diffi-
deant, alarum quoq; natura multo euidentius dissidet. Pari modo gracilia ab obesis discrepant:
nam iuniorum, ac probe nutritorum prestātissimæ: pessimæ autem gracilium, & annosorum. Pe
des autem paulo minus omnium cibo sunt inepti. Gallorum autem gallinaceorum cristas, ac pa
learia nemo nec probarit, nec etiam damnarit: horum uerò testes sunt præstantissimi, præcipue
altilium, & multo magis si cibus eorum, quo sunt nutriti, seroso lacte fuerit imbutus: nam & bo-
ni sunt succi, & ualide nutriunt, & ad coquendum sunt facillimi; deiectionem tamen nec iuuant,
nec morantur. Cæterum animalia volucria exiguum quidem habēt cerebrum, sed ipsum tamen
tanto pedestrium cerebro est præstantius, quāto est durius: volucrium autem ipsorum, mōtana
cerebrum habent, quàm palustria, præstātius, pro aliarum omnium partium proportione. Qui-
dam autem falsò struthocameli ventriculum laudant, ceu medicamentum quoddam, q̄ coctio G
nem iuuat: alij uerò longe magis mergi ventriculum laudant. Verum hæc neq; ipsa facile cōco
quuntur, neq; alijs in eo ipso, ceu medicamenta, auxiliantur, veluti zingiber, & piper: & p̄terea
alia ratione uinum, & acētum, q̄ si de uolucrium animalium lingua, ac rostro dicere aggrediar,
cum ea nemo ignoret, garrire merito existimabor.

De Ouis. CAP. 22.

OVa quoq; inter alimenta, quæ ab animantibus sumuntur, sunt numeranda: quorum tres in A. l. 2. t. 2. ca.
ter se sunt differentiæ: prima quidem penes propriā substantiam: gallinarum. n. ac phasia 520. f. 152. f.
narum sunt præstantiora, deteriora vero anserum, ac struthocamelorum: secunda aūt penes tē-
pus: aut. n. longo ante tempore, aut breui sunt edita: tertia penes cocturæ rationem: nam quædā
diutius cocta fuerunt, alia ad mediocrem vsq; consistentiam, alias duntaxat excalfacta fuerūt. se
cūdum quas differentias, alia quidē *cocta uocātur, alia tremula, alia sorbilia. Tremula igitur ad *ἐφθὰ
nutriendum omnium sunt prestantissima. sorbilia aūt minus quidē nutriunt, sed facilius sūbdu- *ἐφθὰ.
cuntur, & faucium asperitates læuigant. *Elixa verò, & ad coquendum sunt difficilia, & tardi trā
situs, crassiusq; alimentum corpori tribuunt. His uerò adhuc tardius ꝓmeant, ac peiores sunt suc
ci, quæ in calidis cineribus assantur. Quæ verò ἐπὶ τῶν ταγήνων. i. in sartagine, sunt in spissata, atq; H
ob id ipsum ταγηνιστὰ nuncupantur, pessimum hēnt omnibus modis alimētum: nam interim, dū
coquūtur, in nidorem uertun ur: &, præterq̄ q̄ succum crassum gignunt, ipsum etiam prauum gi
gnunt, atq; excrementitiū. Porrò quæ πνικτὰ. i. suffocata, appellant, elixis, & assis sunt meliora:
parantur aūt ad hunc modum, vbi ipsa oleo, & garo, & pauco vini conspersa fuerint, uas, quo cō
tinent, caccabo aquā calidā hēnti indunt: deinde, ubi ipsum totum superne obturarint, igne sub
struūt, quoad oua mediocrē habeant consistentiā; quæ. n. supra modum sūt incrassata, * elixis &
assis fiunt similia; q̄ uerò ad mediocrem craſſitiem peruenerūt, & melius quā dura, cōcoquūtur,
& alimentū corpori dant prestātius. Eidem ēt consistentię mediocritati intentos nos esse opor
tet in iis ouis, quæ superne caldarijs infunduntur, non permittētes neq; ipsa omnino incrassari,
sed, cum adhuc succum suum retinent, uas ab igne submouentes. Oua autem recentia ueteribus
plurimum præstant: quippe optima sunt recentissima, uetustissima autem pessima: quæ uerò in
horum medio sunt, proportione recessus ab extremis, bonitate, aut prauitate inter se differunt.

De volucrium animalium sanguine. CAP. 23.

GAllinarum, ac columbarum sanguine nonnulli uescuntur, maxime altilium, qui suum san-
guine haudquaquam est inferior, neque voluptate neque concoctionis facultate: plurimū

tamen

A tamen relinquitur à leporino. Sanguis autem omnis, quocunque modo ipsum praueris; ad coquendum est difficilis, & excrementitius.

De nutrimento, quod ab aquatilibus animantibus sumitur. CAP. 24.

ANimalium in aquis degẽtium pmulta sunt genera: differẽtiæq; in ijs sunt, ac species. Nũc verò similitudines inter ipsa, quæ ad vsum medicinæ pertinent, ut in prioribus fecimus, referemus: medicinã aũt, aut artem sanitatis tuendæ dicere nihil ad præsens propositum interfuerit. De oĩbus igitur dicemus, quemadmodũ in alijs ante fecimus, quibus vulgo assidue vescũtur.

De Mugile. CAP. 25.

MVgil ex squamatorum piscium est genere: nasciturque non in mari modo, verùm etiã in stagnis ac fluuijs. proinde particulares mugiles magnum inter se habẽt discrimen, adeo, ut pelagici mugilis genus diuersum esse videatur ab eo, quod in fluminibus, stagnis, lacubus, aut riuulis vrbium latrinas purgãtibus prouenit. Eorum sane caro, qui in aquis limosis, ac sordidis degunt, excrementitia est admodum ac mucosa, optima autem eorum est, q̃ in puro mari viuũt, præcipue cum vẽtorum procellis agitatur: nam in quieto, nullisq; agitato fluctibus tanto piscĩũ caro fit deterior, quanto minus exercitatur. in stagnis autem maritimis (quas λιμνοθαλάττας appellant) adhuc est deterior: & hac adhuc magis in stagnis: quæ si parua sint, nec magnos fluuios recipiant, neque fontes habeant, nec largum effluuium, multo profectò est deterior; pessima aũt sunt stagna, ex quibus nihil aquę omnino effluit, sed stabilis est, ac planè immota. De ijs porrò, q̃ in paludibus, lacubusq;, atque id genus locis degunt, initio diximus: pessimam enim habent carnem, qui in eiusmodi locis degunt; eorum autem, qui in fluuijs gignuntur, præstantiores sunt, q̃ in ijs gignuntur, in quibus aqua rapidè fluit, ac copiosa est: qui verò in stagnantibus, non boni. Præterea penes alimenta pisces meliores peioresve euadunt. Nã quibusdam herbarũ, ac bonarum radicum copia suppetit, ijsq; eam ob causam sunt præstantiores, alii herbas pascuntur limosas, & radices mali succi. Præterea, qui in fluminibus vrbem magnam perfluentibus, hominum stercoribus, & prauis id genus escis victitant, omnium, vt diximus, sunt deterrimi, adeo, vt, si paulo diutius mortui permanserint, statim putrescant, & pessime oleant: isti autem in cibo sunt prorsus iniucundi, & ad coquendum difficiles, exiguumq; boni quidem alimenti, excrementi autem plurimum reddunt. quare mirũ non est, si prauum succum in eorum corporibus, qui quotidie illis vescuntur, congerant; qui cum sint deterrimi, omnium contra sunt præstantissimi, qui (vt diximus) in purissimo mari degunt, maxime vbi littora, quæ aquã in orbem ambiunt, terra non abũdant: nec leuia, sed aut arenosa sunt, aut aspera. quòd si præterea ad boream spectent, longe erunt meliores. Cum enim exercitationes propriè non parum ad succi probitatem omni animãti conferant, puritas adhuc eius uenti, qui aquæ miscetur, substantiæ ipsorum bonitatem auget. Perspicuum igitur ex iis, quæ diximus, est, mare alterũ alteri in eo præstare, quòd aut purum planè est, aut fluuios multos, & magnos excipit, ut Pontus; pisces enim qui in eiusmodi degunt, quãto stagnales antecellunt, tanto iis, qui in puro mari degunt, sunt inferiores. Sunt autem, & stagna quædam huiusmodi, quorum quædam λιμνοθαλάττας appellant, vbi uidelicet fluuius magnus stagnum efficit, quod mari coniungitur: &, vt fluuius non stagnet, vbi primum mari commiscetur, aqua ex salsa, ac dulci est mista, & piscium caro, qui in ea aqua degunt, media est inter fluuialium, & marinorum piscium carnẽ. Communis autem tibi sit hæc oratio in aliis quoq; piscibus, qui in fluminibus, & stagnis, & mari gignunt: nam bona corũ pars non ad vtrũq; est nata: cũ marini fluuialẽ aquam fugiant, fluuiales aũt ac stagnales marinã. Mugilis uero oĩum maxime aquis vtrisq; utitur: eaq; ipsius natura est, ut à mari longissime discedẽs, aduerso flumine natet. Hic quidem mugilis numerosas, ac paruas spinas non habet, vti nec alius quisq̃ marinorum: qui verò è fluuijs, aut stagnis mare ingreditur, non secus ac congeneres, plenus est huiusmodi spinarum: nã omnium ferè piscium caro, qui in stagnis, aut fluminibus gignũtur, tenuibus spinis plena inuenitur, quas nullus marinorum habet. Nam, quo loco magni fluuij ostium mari cõmittitur, nõ nulli quidem piscium fluuialium in mari: quemadmodum & marini quidã in flumine capiũtur: quos discernas eo, q̃ prædictas spinas, aut numerosas, aut prorsus nullas habeant. Pauci sanè fluuialiũ mare ingrediuntur: at marini omnes fluuijs gaudent. Continuò autem, & gustus, mandẽti tibi, præstantiorem mugilẽ indicabit. iucũdior nanq; ipsius est caro, & acrior, pinguedinisq; expers: pingues contra, & soluti saporis, tum cibo, tum ad concoquendum sunt deteriores: præterea stomacho sunt noxij, & vitiosi succi: quapropter cum origano ipsos parãt. Quidam verò nostrates, pisces quosdam in fluuiis genitos λευκίσκους nominãt, rati diuersos esse à mugilũ genere: cętera tamẽ oĩno animal aĩali est simile, nisi q̃ λευκίσκος paulo est candidior, caputq; habet minus, & † saporem acidiorem. Alimenti autem, quod ab eo sumitur, facultas est, qualem prius fluuiali mugili ineſſe diximus: proinde de nomine, non de re est cõtrouersia. quod autem nouisse magis retulerit, id iam dicam. Hic piscis vnus eorum est, qui sale conditi asseruantur. atque stagnalis sic conditus multo, q̃ ante, præstãtior euadit; quicquid enim mucosum, aut viro sum gustu refert, id totum deponit: verum recens salitus, iamdiu salito est melior. sed de salitis quidem piscibus paulò post sermo communis habebitur, † sicut de ijs, qui hyeme (vt sic dicam) mortificantur.

A Tamen relinquitur à leporino. Sanguis autem omnis, quocunque modo ipsum praueris; ad coquendum est difficilis, & excrementitius.

A † Gulielmus Rõdelletius medicus egregius rectè meo iudicio arbitratur hoc in loco esse mẽdũ ac pro γεῦσιν ὀξυτέραν, legẽdũ esse ex Athenæo ὀξυρυγχοτέραν, i. rostro acutiore.

B † Græci cod. hẽnt. καθάπερ γε καὶ περὶ τῶν ἐωλυζομένων ἐν χειμῶνι. Vetus interpres hẽt sicuti de cõseruatis ĩ nine quem sequutus est Ioachimus. Nõ uideo tamẽ quo in loco inferius Gale. tractet de piscibus, uel alijs cibis, q̃ uelmortificẽtur in hyeme, uel cõseruẽtur ĩ nine. Scio q̃dẽ ipsũ dicere in c. 41. se distulisse ĩ fine libri scribere de cibis sale cõditis, & de medijs.

C De

De Lupo, ſeu laurace. CAP. 26. E

HVnc piſcem in aquis dulcibus natum nō uidimus, ſed è mari in flumina, aut ſtagna aſcēdiſſe conſpeximus. Ideoq; paruus rarò, quemadmodū mugilis ſæpe, inuenitur. Et quāquā pelagius ſit, ſtagna tñ maritima non fugit, nec fluuiorū oſtia: pelagij.n. vocantur, q̄ in mare ꝓfundum ſecedunt. Alimentum ſanè, quod tum ex hoc, tum ex alijs piſcibus prouenit, ſanguinem gignit conſiſtentia tenuiorem, q̄ q̄ ex pedeſtribus animalibus ſumitur, adeo, vt non affluēter nutriat, & celerius diſcutiatur. Cum aūt nomen hoc tenuius, nunc in duabus rebus inter ſe collatis, nūc citra collationē enunciemus, ſciendū, nos, cū ipſum ſimpliciter pronunciamus, ad ſanguinē medium inter extrema comparare. extremæ autem prauitatis, ſecundum conſiſtentiam, ſanguis eſt tum craſſus, vt pix liquida: tum ſeroſus adeo, vt poſtea, q̄ è vena effuſus concreuerit, plurimū habeat aquoſæ humiditatis ſupernatantis. laudatiſſimus verò eſt, q̄ inter hos exacte eſt medius, qui fit ex pane optime præparato (de quo primo libro egimus) & animalibus volucribus, de q̄bus diximus, perdice. ſ. alijs q̄; id genus: quibus ex marinis piſcibus pelagij ſunt propinqui.

De Mulo, ſeu Trigla. CAP. 27.

HIc quoq; pelagicis piſcibus annumeratur. Celebratur aūt apud homines, tāquā uoluptate cibos reliquos ſuperet. Oīum fermè aliorum carnem habet duriſſimā, & ualde friabilē: q̄d F idem ſignificat, ac ſi dicas, nihil in eo eſſe lentoris, neq; pinguedinis. nutrit certe, cū probe cōfectus fuerit, omnibus alijs piſcibus copioſius. Diximus aūt antea, q̄ cibus durior, ac craſſiorū partium, & (vt ſic dicam) terreſtris magis, alimentum corpori præſtat copioſius, q̄ humidior, ac mollior, præſertim qñ pręter id ſubſtantiam habet corpori alendo accommodatam, ac familiarē: q̄ ſubſtantia voluptate iudicatur. nam alimenta, quę tota ſubſtantia ab alēdis animalibus ſunt aliena, ea aut non prorſus, aut inſuauiter manduntur: ex familiaribus verò, quemadmodū humidius minus nutrit, ita coquitur facilius, ac diſtribuitur. Ergo muli caro iucunda quidem eſt, ut quę alimentum eſt hominum naturę accommodum: &, quāmuis alijs piſcibus ſit durior, mandi tñ quotidie poteſt, ꝓpterea q̄ friabilis eſt, & pinguedinis expers cum quadam acrimonia. nā pinguia, & lenta cibaria ſtatim, vt ſumpta fuerint, celeriter implent, & appetentiam euertūt; præterea, q̄ maius eſt, compluribus deinceps diebus ipſorum eſum non ſuſtinemus. Verū muli hepar ꝓpter voluptatem à guloſis ſummmopere expetitur. Quidam verò ne ipſum quidē per ſe mandere volunt, ſed garelæum, quod vocant, in vaſe cum pauxillo vini præparantes, in eo viſcus ipſum tātiſper comminuunt, quoad totum ſimul ex ipſo, & humidis præparatis ſuccus unus fiat ſimplex ad ſenſum, ac ſimilaris, in quo muli carnes intinctas mandunt. At mihi profecto nequaquā tātæ ſua G uitatis eſſe videtur, neq; tantam corpori vtilitatem afferre, vt tantopere ſit concupiſcendum, vti nec ipſum caput: quanquam guloſi hoc quoq; laudant, ac ſecūdas poſt iecur ferre prædicāt. Cęterum neq; id intelligere queo, cur permulti grādiſſimos mulos emptitent, cum nec adeo ſuaui ſint carne, vt minores, nec ad coquēdum facili, vt quæ dura admodum eſt. Ob eā igitur cauſam, cum quendam aliquando interrogaſſem, qui ingenti pecunia prægrandes mulos emerat, quid eſſet, q̄ illos tantopere expeteret, reſpondit ſe primum propter hepar illos tanti emiſſe, tū aūt & propter caput. Verum hactenus de mulis hæc diciſſe huic ſermoni, in quo vtilitatē inquirere inſtituimus, ſatis fuerit. Porrò optimi muli fiunt, vt alij etiam omnes piſces, tū penes mare purum, tum maxime propter alimenta. nam, qui cancellos vorant, & grauiter olent, & inſuaues ſunt, ac ad coquendum difficiles, & mali ſucci. Hos porrò dignoſces, ſi prius quidem, quàm ueſcare, ventrem reſeraris: inter ueſcendum verò ipſe ſtatim guſtus, ac olfactus iudicium afferet.

De Piſcibus ſaxatilibus. CAP. 28.

SCarum, merulam, turdum, iuliam, fucam, percam, à locis, in quibus uerſari comperiuntur, piſces ſaxatiles appellant. nō. n. in leuibus, aut arenoſis, aut terreis littoribus, ſed in petroſis ꝓmontorijs, & vbi ſaxa ſunt, deliteſcunt, ac pariunt. Inter hos autem ſcarus excellere ſuauitate cre H ditur: ſecundum hunc, merulæ, ac turdi: tertio loco, iuliæ, fucæ, ac percę. Porrò alimentum, quod ex eis ſumitur, non modo ad coquendum eſt facile, ſed hominū etiam corporibus eſt ſaluberrimum, vt quod ſanguinem medium conſiſtentia generet. Medium autem uoco, q̄ neq; admodū tenuis eſt, neque aquoſus, neque vehementer craſſus. at cum magna huius medii ſit latitudo, de ipſius differentijs procedente ſermone diſſeremus.

De Gobione. CAP. 29.

GObio littoralis eſt piſcis, ex eorum etiam numero, qui parui perpetuo manent. Præſtantiſſimus autem ad voluptatem, coctionem ſimul, ac diſtributionem, & ſucci bonitatem eſt is, q̄ ,, in arenoſis littoribus, aut ſaxoſis promontorijs uiuit. non autem æque eſt iucundus, neque boni ſucci, neque ad coquendum facilis, qui in fluminum oſtiis; aut ſtagnis, aut ſtagnis maritimis uerſatur. q̄ ſi aqua limoſa quoq; fuerit, aut fluuius urbem expurget, gobio, qui in eis gignetur, erit deterrimus, ceu alii omnes piſces, qui in aquis huiuſcemodi uerſantur. Meritò igitur in ſaxatilibus piſcibus nullum eſt inter congeneres diſcrimen manifeſtum, vt q̄ perpetuo in puriſſimo mari degant, aquamq̄; dulciſſimam, & eam, quæ ex eiuſmodi, & marina eſt miſta, fugitent. Secūdis autem poſt hoc pelagicis idem accidit: neque enim hi tantum inter ſe diſſident, quantum qui in

vtriſque

A vtrisque aquis versantur. Horum nāque, qui in purissimo mari degunt, suorū congenerum sunt præstantissimi: contra, omnium sunt pessimi, qui in fluminibus vrbes expurgantibus victitant: medij verò inter hos sunt, qui in medijs locis versantur. Diximus autem hæc supra, cum de mugile agebamus. Cæterum gobionum caro, vt carne saxatilium est durior, ita mollior, quàm mulorum. Ipsa igitur pro proportione vescentium corpus nutrit.

De Piscibus molli carne præditis: & quomodo ius album conficiatur. CAP. 30.

" PHilotimus in tertio de alimentis, de piscibus carne molli p̄ditis ad verbū sic scripsit. Gobio
" nes autē, & sucæ, iuliæ, percę, murę̄næ, turdi, merulę, lacerti, ad hęc asini, hamyæ, passeres,
" corariī, cithari, vmbræ, atq; mollium carnium genus vniuersum, facilius, q̄ alij pisces, cōficiunt. Ipsum sanè iure quis demiretur, quo nā pactū Scarū p̄terierit, cū is inter pisces saxatiles primas teneat, quibus oībus caro ineſt, q̄ alijs piscibus, mollior ac friabilior. quidam enim ipsorū molli quidē sunt carne, sed nullā habent friabilitatē, vt quibus succus quidā lentus ac pinguis innatet: alii nihil lentoris, nec pinguedinis habentes, in eo quidē saxatilibus sunt similes, carnis tñ duritie ab eis discrepant, cuiusmodi sunt pelagici propemodū oēs, nisi ſiqui ipsorū prauo alimento propriā carnē corrūpant, vt muli, qui cancellos mandunt. Cancelli āt pura sunt animalia flauo
B colore minimis cancris similia. Saxatiles verò nec alimenta, nec loca mutant, nec dulcibus aq̄s vtunt̄, ob eāq; cām oēs perpetuò sunt inculpati; quos Philotimus q̄dem asinos nominauit, alij āt asellos nominā t, si quidē probo vtantur alimēto, & mari puro, carnis bonitate cū saxatilibus cōtendēt: qui verò prauo alimēto vtuntur, aut in aquis mistis, & potissimū si eę vitiosæ fuerint, degunt, carnis quidē mollitiē non abiiciunt, sed pinguitudinē, ac lentorē acquirunt, ꝓpter quē neq; suaues amplius, vt ante, manent, sed alimētū ex se ipsis excremētitiū reddunt. In oībus porrò piscibus id cōiter, vt diximus, memoria tenere oportet, pessimos gigni in eorum fluuiorum ostiis, qui latrinas expurgāt, aut culinas, at balneas, aut vestiū ac linteorū sordes, aut si qua sunt alia in vrbibus, p̄ quas medias fluunt, expurganda· & potissimum, si populosa vrbs fuerit. Quin & ipsius Murænæ, q̄ in eiusmodi aqua degit, caro deterrima inuenit̄: quanq̄ certe neq; flumina ipsam subire inuenias, aut in stagnis gigni: pessima tñ in huiusmodi fluuiorū ostiis, qualis est Tyberis Romā p̄terfluens, gignitur: eoq̄; in ea vrbe omniū fere marinorum piscium minimo emitur, quēadmodū & q̄ pisces eodē ī flumine nascūtur, quos nō nulli Tyberinos appellat, tanq̄ specie habeant propriā, nulli marinorum simile. Quòd āt mistione eorū, q̄ ex vrbe in fluuium influunt, fiunt deterrimi, ex eo intelligere poteris, q̄ meliores sunt, q̄ in eodē fluuio nascunt̄ prius, q̄ is ad
C vrbē perueniat. Quin & alius quidā est fluuius in Tyberim trecentis, & quinquaginta stadiis ab vrbe prorūpens, quē Nar appellant, qui piscē habet, ante q̄ ad Tyberim p̄ueniat, longe præstātiorem. Nā & ab ipsis statim fontibus magnus oritur, & purus p̄petuo decliui rapidoque fluxu, in ipsum vsq; Tyberim profluit, nusq̄ prorsus ne tantillum quidē restagnās. Porrò, qui propter cōsuetudinē vernaculos pisces experiētia habēt exploratos, iis memoratis paulo ante indicijs ad ipsos dignoscēdos nihil opus fuerit: q̄bus verò eorū vsus est insolitus, siue ex alia ciuitate eò migrarint, siue sint incolæ, hæc oīa statim initio expendat prius, q̄ à propria experientia ad cognitionē naturæ singulorū piscīū adducantur. Non igitur oportebat Philotimum simpliciter de omnibus tenera carne præditis piscibus simul tractare, neq; saxatiles aliis indiscriminatim p̄miscere. hi nanq; semper sunt optimi: qđ asellis minime contingit, nec murænis, vt ne gobionibus quidē. Etenim quidā ex his in fluuiis & stagnis: alii autē in mari nascuntur: alii in stagnis maritimis, quæ vocāt, aut omnino in aquis permistis, vbi magni fluuii ostiū mari cōmittitur. Plurimum certe particulatim inter se dissident, vt mugilis, & murę̄na: asselli verò his quidē minus, veruntamen hi quoq; inter se nō mediocriter discrepāt. Cæterum gobiones nō perinde mollem, ac isti, & saxatiles pisces, carnē habēt, veluti nec Vmbrę, q̄ σκινίδες, aut σκιαίναι duplici noīe appellant.
D Quod verò ad Citharos attinet, Philotimū vehementer miror: quibus cū rhombus sit adsimilis, carnem tñ habet ipsis molliorem, cū interim asellis lōge sit inferior. Et hos igitur, & alios, quos vocant iecorarios: atq; alios quos Philotimus saxatilibus, & asellis p̄miscuit; scito in medio esse piscīū duræ carnis, ac mollis. nā nondum duræ quidem carnis sunt, & ab iis, q̄ exacte sunt molles, relinquūtur: quibus & Soleam Philotimus non annumerauit: vt nec saxatilibus Scarum, nisi sanè passeris nomine soleā intelligat. similes enim quodāmodo inter se sunt passer, & solea, nō tamē omnino eiusdem sunt speciei: solea. n. mollior est, & cibo suauior, ac in totum p̄stantior, q̄ passer. quin & Lacerti medii quodammodo sunt inter pisces carnis mollis, ac duræ; Nullus tamē memoratorū piscīū aceto, aut sinapi, aut origano indiget; veluti pingues, lenti ac duri. Quidam" etiam frixis iis in sartagine vescuntur, alii assant, aut in patinis condiunt, vt Rhombos, & Citharos. verum hi coquorum in patinis apparatus, cruditatis in totum sunt causæ. Ad coquendū autem sunt præstantissimi, qui ex albo iure fiunt, quod ad hunc modū fit. Copiosam aquā primum iniice: deinde olei, qđ satis sit, adfundito, cū pauco anethi, & porri: deinde cum pisces semicocti fuerint, salis tantum inspergito, quoad totum ius salsum nondum appareat. Hęc prę̄paratio vel ęgrotis* ipsis est accōmoda. quibus verò inculpata est sanitas, iis piscium ī sartagine frixorum, secundo loco sup̄ craticula assorum, p̄paratio est accommoda: verum hæc sanè oleum garumq̄;

A. l. 2. t. 2. ca. 546. fo. 157. d

* νοσηλευομένοις.

pauco vino expoſcit: frixis verò plus vini, gariq́; addere conuenit, minus olei. Quòd ſi quid ſtomachum ſubuertat, paratum habeant acetum, modicum in ſe gari, piperisq́; cõtinens. enim ad id condimentum tranſeunt, melius concoquunt, & deiectio nihil eis deterius ꝓpecuius potiſſimum gratia ex vino & garo quidam frixos piſces mãdunt, pleriſq; piper immittibus, pauci oleum, non nulli autem ex memoratis piſcibus, cum frixi fuerint, pauco ſale inſi, in cibo, ſimul ſunt ſuauiſſimi: ꝓterea ad coquendum fiunt meliores, ac ſtomacho vtiliores, i alio quouis modo eſſent apparati; Omnium autem memoratorum piſcium alimentũ homibus ocioſis, ſenibus, imbecillibus, &* ægrotis, eſt accõmodatiſſimum: qui verò corpus exercẽt, cibos poſtulant firmiores, de quibus ſupra diſſeruimus. Diximus ãt ſæpenumero molles & friabiles cibos ad ſanitatem maxime conferre, quòd ij omnium optimi ſint ſucci: nihil enim eſt, quod ad firmam valetudinem tutandam adeo conferat, quàm ſuccus bonus.

* νοσυ λευομ-νοις.

De Piſcibus duræ carnis. CAP. 31.

DE his quoque in ſecũdo De alimentis Philotimus ad verbum ſic ſcripſit: Dracones, cuculi, „ muſteli, ſcorpii, pagri, ad hæc trachuri, & muli, ac rurſum cernuæ, glauci, ſcari, canes, cõgri, „ *hamiæ, libellæ, omnesq́; duræ carnis piſces, ægre conficiuntur, ſuccosq́; craſſos & ſalſos in cor- „ pus diſtribuũt. Hæc quidẽ Philotimi ſunt verba: nos vero ſingula eius dicta ab ipſo initio expẽdamus. Dracones quidẽ ac Cuculi oĩbus iis, q̃ ipſis veſcunt, durã habere carnẽ manifeſte apparent. Muſtelorum verò non vna eſt ſpẽs. Nam, qui piſcis apud Romanos in maximo eſt pretio, quẽ galexiã appellant, ex genere eſt muſtelorũ: qui neq; in Græco quidẽ mari vſquã naſci videt: q̃ cauſa eſt, cur Philotimus ipſum ignoraſſe videatur: id tamẽ nomẽ in exemplaribus dupliciter ſcriptũ inuenitur, in quibuſdã enim γαλεοί per tres ſyllabas, in aliis γαλεώνυμοι per quinque. Et liquet ſanè celebrẽ illũ apud Romanos galexiã, in eorũ numero, qui molli carne conſtãt, eſſe habendum: reliqui verò muſteli dura magis carne ſunt prẽditi. Deinceps aũt Philotimus ſcorpiũ, Trachurũ, Mulum, Cernuã, Glaucũ, inter duræ carnis piſces recte connumerat: in eo ãt peccat, ꝙ ſcarũ (qui piſcis eſt ſaxatilis) illis accenſet. Poſt hęc autem Canem adſcribit, quẽ in cetaceorũ genere numerare oportebat, vt qui carnem duram habeat, atq; excremẽtitiã. Quapropter ipſo in partes ſecto ac ſalito vulgares hoĩes veſcuntur; ingrati enim eſt ſaporis, ac mucoſus: ideoque cũ ſinapi & oxelæo, atq; id genus acribus condimentis eũ mandũt. Ex hoc itẽ genere ſunt Balenæ, & Delphini, & Phocæ. Ad quos proxime magni Thunni accedunt: quanq̃ non æque, ac p̃dicti, in cibo ſunt iucundi: inſuaues enim ſunt hi, & præſertim recentes, nã ſalſi euadunt meliores, Thunnorum autem caro, qui & ętate, & corporis mole ſunt minores, nõ ꝓinde dura eſt, eoq́; hi facilius quoq; concoquuntur: & iis adhuc magis Pelamides, quæ ſale conditę laudatiſſimis ſalſamentis non cedunt. plurimæ hæ ex Ponto aduehunt̃, iis dũtaxat, q̃ ex Sardinia atque Iberia importantur, inferiores. Hoc nanq; ſalſamẽtum iure in ſummo pretio habetur, tũ ꝓpter voluptatẽ, tũ propter carnis mollitiẽ: vocatur autem paſſim vſitato nomine ſalſamentũ Sardicũ. Poſt ſardas autẽ, ac pelamides, Myli, qui ex Põto afferunt, p̃cipue cõmendant̃. Poſt ipſos ſunt Gracculi. Hæc itaq; velut obiter, de ſalitis piſcibus ſint dicta, Libellarũ porro haud perperam Philotimus inter piſces durę carnis meminit: verum vnà earum inſuauitatis mentionem facere oportebat, ceu aliorũ quoq; quos oĩno p̃termiſit: congrum vero, pagrum *hamiam, & aquilã, recte duram carnem habentibus annumerauit. Suntq; alii q̃dã piſces, vt ipſe inquit, durę carnis, quorum nomina ſuppreſſit, ꝙ eis hoĩes raro vtantur. Quare ſatius eſt nos quoq; omiſſis nominibus, ipſorũ facultates inquirere. Haud ergo male cẽſuit Philotimus, durę carnis piſces ægrius, q̃ mollis, cõfici. Siquidem tum concoctio, q̃ in ventriculo fit, tum in ſingulis corporis partibus alendis aſſimilatio, in mollioribus quidẽ, facilius: in durioribus verò ægrius fit. Illa nanq; fiunt, cum hæc alterant̃: porrò quę molliora ſunt, ea facilius alterãtur, ꝙ facilius ẽt patiantur: eorum ãt, quę alterantur, paſſio eſt alteratio. Proinde recte dixit, piſces duræ carnis ægre confici: recte ẽt craſſum ſuccum gignere: durior nãq; cibus craſſiorem habet ſubſtantiam, vt mollior tenuiorẽ. An verò ſalſum quoq; ſuccum dura cibaria procreent, deinceps erit cõſiderãdum. Philotimus nãque, vt & eius p̃ceptor Praxagoras, ſalſum ſuccum ex iis, quæ ſupra modum calefiunt, generari tradit. Mihi verò non ſimpliciter, ſed cum limitatione id pronunciandum videtur. Qm̃ verò ſermo hic ad omnia dura cibaria communiter pertinet, proprio illum capite ſeorſum deinceps diſcutiemus.

* *Supius tamẽ hac eadem pag. A, dixerat ex Philotimo eſſe carne molli prædittas, & obid Gulielmus Rondelletius, & Hippolytus Saluianus medici celeberrimi arbitrãtur, & hic & paulo inferius pro hamia legendum eſſe Lamia.*

An dura omnia per decoctionem ſalſos ſuccos gignant. CAP. 32.

NOn ſolum in piſcibus duræ carnis, ſed in aliis etiã omnibus duris cibis, Praxagoras, & Philotimus ſalſum humorẽ ex diuturniori decoctione gigni arbitrantur: quem nõ ſalſum modo, ſed etiã nitroſum appellant. Equidẽ comperio plurimorum, aut, ſi vis, etiam omnium decoctum, quãdiu coquitur, ſalſius ſemper euadere: poſt autẽ aliqñ (vt & ipſi volunt) amarum. Nam corpus ipſum ſolidum, quod in aqua elixatur, qualitates quę initio ſibi inerãt, in ea dęponit, ita vt tandem ἄποιον, quod vocant, & aquoſum euadat, neq; quidquã ſalſedinis, aut amaritudinis aut acrimoniæ, aut adſtictionis habeat. Clarius ãt huiuſce rei veritatem intelliges, ſiquãdo, qđ elixas, in aliam aquam transfuſum, rurſus elixaris: inuenies nanque id, quod decoquitur, propriam amiſiſſe qualitatem, aquam autem eam in ſe recepiſſe. quamobrem lupini, qui

ex

A excerealibus ſunt cibis,aquam amaram efficiunt,q̃ & ipſi qualitatem amaram habeant congenitam: ſic & eruum, & abſinthium,abrotonum,polium,& alia omnia amara.at ſolidum corpus, quod decoquitur,minus amarum apparet.Quòd ſi in aliam aquam transfundēs,rurſus (vt paulo ante dixi) decoxeris,magis etiam,q̃ ante,amarorem abieciſſe deprehendes: Quòd ſi tertio, aut quarto in aliam aquam transfuderis,magis adhuc id accidet,q̃ prius,adeo,vt tandem omni prorſus amaritudine ſit carituru.Ad eundem modum,quæ acria ſunt,vt allium,cæpa,porrum, aquam, in qua elixa fuerint, manifeſte acrem efficiunt, ſuum autem propriũ corpus minus acre habent. Quòd ſi ſubinde in aliam aquam tranſmutaris,oẽm prorſus acrimoniã deponẽt. Quin ẽt mala acerba,meſpila,& pyra ſylueſtria,quanto magis coquas,tanto dulciora ipſa efficias,ipſum verò decoctum, acerbum efficitur. Si vero ſuccos ipſos ſolos per ſe coxeris,primum quidẽ ſalſiores, poſtea autem amari etiam fient. Quamobrem,quod ad ſuccos attinet,Praxagoram ac Philotimum recte ſenſiſſe(vt diximus) eſt concedendum : de ſolidis verò corporibus res aliter habent, ac cenſuerunt. Nam ſi, vt paulo ante diximus,ex prima aqua in ſecundam ipſa transferas, & poſt illam rurſus in tertiam, aut etiam quartam, comperies, ea prorſus priorem ſuceũ depoſuiſſe adeo,vt deguſtantibus aquea,inſipidaq̃; appareant;q̃ ſi aquam non mutes,primo quidem decoctum neceſſario ſalſius apparebit,poſtea vero amarũ. Verum ius ipſum in primis Praxagoram fefelliſſe videtur,quod per elixationem ſalſius redditur,non intelligentem,quòd ſale aut garo ſtatim initio condituræ in aquam iniecto,neceſſario procedente coctione ſuccus ſalſior,quàm ante,efficitur:Quemadmodum etiam ſi nulla alia re immiſſa,puræ ac dulciſſimæ aquę ſalis minimum permiſceas : nam ea quoque feruefacta ſalſior redditur: nec mirum, cum ipſa aqua optima diutius decocta ſalſam qualitatem tandem aſſumat.

B

De animalibus, quibus teſta procute eſt. CAP. 33.

CVm id, quod totum corpus, ceu veſtimentum quoddam cuiq; natiuum,ambit,cutis appelletur,eiq̃; buccinarum,purpurarum,oſtreorum,*hiatularum,& aliorum id genus,tegumẽtum proportione reſpondeat,idcirco hæc animalia oſtracoderma appellant;tegumẽtum.n.q̃d extrinſecus ipſis eſt circundatum,teſtæ,aut lapidi palàm eſt ſimile.Omnibus porrò eiuſmodi eſt commune, vt ſalſum in carne ſuccum contineant,qui aluum ſubducit:quod ſeorſum vnicuique magis minusve ineſt,pro qualitatis ac quantitatis rõne.Siquidem oſtrea inter alia teſtacea carnem hẽnt molliſſimam: paruæ aũt * hiatulæ, vertebræ,vngues,purpureæ,buccinæ,omniaq̃; huiuſmodi duram. Non ab re igit̃ oſtrea quidem aluum valentius ſubducunt,corpus autem imbecillius nutriunt: duriora verò difficilius quidẽ concoquuntur, ſed firmioris ſunt nutrimenti. Verum hæc quidem oĩa elixanẽ: oſtrea verò citra elixationem mandunt:quidam aũt ẽt in ſartagine frigunt. Quemadmodum autem ex teſtaceis animalibus,quę dura ſunt, carnem ad coquẽdũ, ita etiam ad corrumpendum habent difficilem: ob eamq̃ cauſam ea ſępe ijs exhibemus, quibus cibi in ventriculo ob prauos ſuccos corrumpuntur, ſiue ex iecore in eum confluant, ſiue in ipſius tunicis contineantur. Habent autem oĩa, vt diximus, ſuccum ſalſum, ventri deijciendo idoneũ: ſeu minus, q̃ dura carne ſunt,q̃ oſtrea. Proinde cibum corrumpentibus ea exhibemus,bis terve in optima aqua elixantes,&,cum prior ſalſa iam apparuerit,in aliam puram transferẽtes.Gignitur autem ex ipſis ſuccus crudus, quem vocant, plurimus: vt ex ijs, quæ molli ſunt carne, pituita. Quemadmodum igitur(cum ſuccum ſalſum exuerint)caro ipſorum corruptu eſt difficilis, & aluum ſiſtit; ita, ſi quis ipſa ſale aut garo condierit (quo modo hiatulas ſolent) & ſuccum ex ipſis genitum ebiberit, venter quidem ei abunde deijcietur,corpus tamẽ nihil ex eo ſumet alimenti.

C

χήμας. quam dictionẽ alij uertũt chamas ad differentiã charum quas ẽt hiatulas uertũt, q̃ maxime differunt à chamis.

χήμια.

χήμας.

De Cruſtatis. CAP. 34.

ASTaci, Paguri,Cancri,Locuſtæ,Carides,Gammari,ac id genus alia,tenui teſta concludun tur, duritieq̃; teſtaceis ſunt ſimilia, ſed minus, q̃ illa ſalſi humoris continent,quãquã eum habent ſatis multum.Dura in totum carne conſtant:ideoque & ad coquendum ſunt difficilia,& firmi alimenti, cum.ſ.in aqua potulenta præcocta fuerint. Horum quoque caro, vt oſtreorum, cum præcocta,vt dictum eſt,ſuccum ſalſum in aqua depoſuerit,aluum ſiſtit.Aegre etiam corrumpuntur,non ſecus ac teſtacea,quæ duram habent carnem.

D

De Mollibus. CAP. 35.

MOllia vocantur,quæ neq; ſquamas,neque aſperam cutim,aut teſtaceam habent,ſed mollem,inſtar,humanæ,cuius generis ſunt Polypi,Sepiæ,Loligines,& alia,quæ his ſunt ſimilia. Hæc certe quoniam neque ſquameum,neque aſperum,neque teſtaceum tegmen gerũt,mollia tangenti apparent, duræ tamen ſunt carnis,& ad coquendum difficilia,exiguumq̃ in ſe ſuccum ſalſum continentia.Si tamen concoquantur,alimentum non paucum corpori exhibebunt. Cæterum hæc quoque ſucci crudi plurimum gignunt.

De Cartilagines. CAP. 36.

HOrum animaliũ cutis eſt aſpera,ac noctu ſplendicans,ideoq; nonnulli ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν hoc eſt qa ſplendorem habeãt,σελάχια ipſa aiunt fuiſſe nominata.Inter ipſa autem Torpedo & Paſtinaca carnem habent mollem,ac iucundam,ceu & mediocriter per ventrem ſubeuntem nec cõcoctu difficilem. Nutriunt item mediocriter,ceu alia quoq; omnia,quę * carne molli

Al.teſta.

ſunt prædita. Cunctis porrò id eſt cõmune, vt, quæ partes ad caudam ſunt, mediis partibus ſint E
corpulẽtiores: id qđ in torpedinibus præcipue ineſt. Nam horũ animaliũ partes mediæ uidẽt
in ſeipſis habere velut cartilaginem quandam tabidam. Raia autẽ, Leuiraia, Squatina, omniaq́;
huiuſmodi duriora ſunt, & concoctu difficiliora, alimẽtiq́; copioſioris, q̃ torpedo, & paſtinaca.

De Cetaceis animalibus. CAP. 37.

DIximus quidẽ iam ante de cetaceis animalibus, quæ marina ſunt: in quo numero ſunt pho
cæ, Balenæ, Delphini, & Libellæ, ac grandiores Thunni, & p̃ter illa Canes, quæq; his ſunt
ſimilia: Nunc autem de ipſis quoque in ſumma dicẽdum, ꝙ omnia eiuſmodi duram, & praui ſuc
ci, atque excrementitiam habent carnem. quapropter ſale prius condientes, ipſis vt plurimum
vtuntur, alimentum, quod ex ipſis in corpus diſtribuitur, ea ſalitura tenuius efficientes, eoq́ue
coctioni, & ſanguini faciendo accommodatius. Nam recens horum caro, ni valde probe con-
coquatur, crudorum ſuccorum copiam magnam in venis congerit.

De Echinis marinis. CAP. 38.

EX mulſo eduntur hi & garo, alui ſubducendæ gratia. Parãturq́; in patinis, ouis, pipere, melle
q́ue iniectis. Imbecillis ſunt alimẽti, ac medii inter ea, quæ humores extenuant ac denſant.

De melle. CAP. 39. F

OMnis alimentorum materia hactenus duobus generibus eſt cõprehenſa: quorum, alterum
quidem ipſorum à plantis: alterum verò ab animalibus ſumebatur: ab vtroque vero ipſo
rum mel eſt ſecretum. oritur enim in plantarum foliis: eſt autem neque ſuccus earum, neque fru
ctus, neque pars, ſed eiuſdem eſt cum rore generis: non tamen aſſidue, nec copioſe, vt, ille, proue
nit. Minimi aliquando, cum æſtate ſuper arborum, ac fruticum, herbarumq́; folia mel quam plu
rimum fuiſſet repertum, agricolas velut ludentes ceciniſſe, Iuppiter melle pluit. Preceſſerat au- A. l. 2. t. 2. c.
tem nox, vt per æſtatem, bene frigida (nam tum tempus anni æſtiuum erat) pridieq́ue calida & 48. fo. 149.
ſicca fuerat aeris temperies. Peritis quidem naturæ interpretibus videbatur halitus è terra, &
aquis à Solis calore ſublatos, ac deinde exacte tenuatos, ac coctos, à frigore ſecutæ noctis cõcre-
tos coaluiſſe. Apud nos verò rarò id accidit, in monte autem Libano quotannis p̃ſæpe. Itaq́ue
coria ſuper terram extendentes, & arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiũt, & ollas ac
fictilia melle implent: vocantque id droſomeli, & acromeli, id eſt Mel roſcidum, & aeriũ. Proin
de conſtat materiam, ex qua mel generatur, rori eſſe congenerem. Videtur autem & ex plantis,
in quarum foliis colligitur, boni malive quidpiam ipſi accedere. ideoq́; laudatiſſimum in locis
mel gignitur, in quibus thymus, & aliæ quædam herbæ ac frutices temperamento calidæ & ſic- G
cæ affatim proueniunt: tenuiorum. n. eſt partium id mel, quod in huiuſmodi plantis generatur:
ideoq; in calidis corporibus prompte in bilem vertitur: frigidis verò, ſiue per ætatem, ſiue per
morbum, ſiue natura talia fuerint, eſt accommodatiſſimum: ob id in ſanguinem mutatũ nutrire
ipſa poteſt: in calidis verò prius in bilem, q̃ in ſanguinem, mutatur. Cum autem tenuium ſit par-
tium, acrimoniæ quiddam habeat eſt neceſſe, qua aluum ad excretionem proritet: quam certe
adimentes, ipſum efficimus ad diſtributionem & coctionem accommodatius. Commodiſſime
autem ipſam adimemus, ſi primum multum illi aquæ admiſcuerimus: ac deinde tãtiſper coxeri-
mus, quoad ſpumare deſinat: oportet autem ſpumam ſtatim, vt emerſerit, cõtinenter ab ipſo tol
lere. cum. n. hac parandi ratione acrimoniam depoſuerit, neq; amplius aluum ad excretionẽ ir-
ritet, haud cunctanter in corpus diſtribuetur. Melicratum verò, quod pauliſper, aut nihil omni-
no coctum fuerit, prius deijcitur, q̃ concoqui, & in corpus diſtribui, & nutrire poſſit. Præterea
in eo differunt, ꝙ mel non plenè coctum, in ventriculo atq; inteſtinis flatus quoſdam gignat: cõ-
tra, quod in decoctione ſpumam omnem abiecerit, flatus eſt expers, & vrinam mouet. Quòd ſi
quis citra aquæ admiſtionem mel ſolum delingat, nutriet quidem infirmius, ſed aluum prom-
ptius deijciet. Largius verò ſumptum, ventrem ſuperiorem ad vomitum ſolet concitare. Elixũ H
autem ſine aqua, neque vomitum ſimiliter mouet, neque aluum ſubducit, verum diſtribuitur, &
nutrit magis: vrinam autem minus eo, quod cum aqua eſt elixum, ciet: Quanquam ne tum qui-
dem cum nutrit, alimenti multum corpori exhibet: adeo, vt non defuerint, quibus‖ nihil prorſus
alere videretur: qui abunde cõfutantur in tertio De victus ratione in morbis acutis, qui Hippo-
cratis eſt, liber, à nonnullis quidem Contra Cnidias ſententias inſcriptus, ab aliis De ptiſana:
vtriſq; in hoc delinquentibus, vt in commentariis in eum librum ſcriptis oſtendimus. In preſen-
tia verò ſatius erat ea de melle dixiſſe, quæ diximus, quorum ſumma eſt: Senibus quidem ac in
vniuerſum frigidi temperamenti corporibus mel eſſe accommodum: ætate autem florentibus,
& calidis in bilem verti: præterea exiguum nobis alimentum ex ipſo accedere, niſi verti in bilẽ
occupet: quod ſi ei id accidat, nunc nihil prorſus nutrire poſſe; clarum autem eſt, quòd pallidam
& flauam bilem ex eo gigni dicimus, non atram. Diximus enim iam ſæpe numero medicos ſo-
lere bilem eiuſmodi ſimpliciter citra coloris adiectionem nominare: reliquas verò biles om-
nes, cum coloris ſui nomine explicare: alias autem omnes, porracea excepta, cum corpus grauiter ægrotat, excerni videmus: flaua verò, & pallida & porracea etiam ſine morbis euomuntur ſæpenumero, ac deiiciuntur.

De uict. rat. in morb. acut. cõ. 3. t. 17. & deinceps 7. 128. c

De

De Vino. *CAP. 40.*

A VInum quidem ex eorum eſſe numero, quæ noſtrum corpus alunt, omnes fatentur: modo ſi, quicquid alit, cibus eſt, vinum ẽt in genere ciborum eſt ponendum. quidam tñ medici negant id cibum eſſe appellandum, ꝙ potus in ſermone quotidiano, cibo ſit oppoſitus, qui potio ẽt appellatur, vt cibus eſca, & edulium: ob eamq; cãm uinum nolunt uocare alimentum, quanquam alere ipſum non diffiteantur: quod vnum in pñtia requirimus. Quòd ſi alias quaſdã materias alere quidẽ concederent, alimenta tñ nominare uetarẽt, oĩum earum doctrinam in vnũ volumen conferremus: Cum aũt ſolum uinum nolint appellare alimentũ, tametſi ipsũ nutriat, pmittant nobis tractatui De alimentis breuem de uino ſermonem adiungere; quas. n. uires Hippocrates in libro De victus rõne in morbis acutis enumerat, non ut alimenti ſunt, ſed magis vt medicamenti. Illas quidẽ igitur, & in tertio cõmentariorum in illum librum, & in methodo medendi, ac ſanitatis tuendæ libris expoſuimus: in pñtia verò ipſius differentias in alendo ſumus tradituri, ſumpto hinc initio. Vinorum oĩum rubra ſimul, & craſſa ſanguini generando ſunt accommodatiſſima, ut q̃ minima egeant mutatione, ut ſanguis fiant. Poſt ipſa ſunt nigra, craſſaq; & dulcia: tum q̃ colore quidem rubra ſunt & nigra, cõſiſtentia aũt craſſa unà cum adſtringendi

B qualitate. His aũt minus ſua natura alunt, q̃ alba ſunt ſimul, ac craſſa, & acerba. Oĩum aũt minimũ nutriunt, quæ colore quidem ſunt alba: conſiſtentia aũt tenuia, & aquis hydromeliti faciendo appoſitis quodammodo ſimilia. Quòd verò uina craſſa magis, q̃ tenuia, alant, declarat ipſorum natura: pterea experientia id ipſum comprobat. Dulcia uerò conficiuntur in uentriculo, ac diſtribuuntur facilius, q̃ auſtera, ut q̃ facultate ſunt calidiora. Quæ aũt admodũ ſunt craſſa, tardius quidem perficiuntur, ac diſtribuuntur: ſi tñ in ventriculum adeo robuſtum incidãt, ut confici recte ab eo poſſint, alimentum copioſius corpori exhibebunt. Conſtat præterea, ꝙ, quemadmodum hæc corpori alendo tenuioribus ſunt præſtantiora, ita ad vrinam ciendam ſunt deteriora.

De uictus rat. in morb. acut. cõ. 3. t. 1. & deinceps 7. 125. d

De Cibis ſale conditis. *CAP. 41.*

DE cibis ſale conditis, & medijs, ad finẽ operis ſcribere diſtulimus. Ne hæc igiẽ deſiderẽtur, tempeſtiuum iam fuerit utrorumq; uires explicare. Animalium corpora, quorũ carnes duræ ſimul ſunt, ac excrementitiæ, ad ſaliendum ſunt accommoda: voco aũt excrementitias (ut ſuperiori ſermone) quæ ꝑ totas ſeſe diffuſum habẽt humorem pituitoſiorẽ: qui quanto copioſior fuerit ac craſſior, tanto caro, ſi ſaliatur, melior euadet. Quæ uerò aut admodũ mollem, aut valde ſiccum, & minime excrementoſum habent corporis habitũ, ad ſaliendum ſunt inepta. ſalis nã-

C que facultas (ut in opere De ſimplicibus medicamentis demonſtrauimus) eſt cõpoſita: nam corporũ, quibus admouet, humores ſuperfluos tenuat, ac digerit, & ꝑterea corpora ipſa cogit in ſe ſe, ac condenſat: cum nitri ſpuma & laxũ aphronitrũ tenuare quidem & diſcutere poſſint, cogere uerò & condenſare nõ poſſint. Corpora igitur, q̃ natura ſunt ſicca, ſalis cõſperſu exarefacta, cibo fiunt inepta. Quidã aũt leporem ſalire aggreſſus, muſtellis exiccatis ſimilem reddidit. Suũ uerò obeſorum, ac ætate florentium carnes ad ſaliendũ ſunt appoſitæ, ut quæ utriuſq; exceſſus ſint expertes, annoſorum uidelicet ſiccitatis, & nouellorum porcellorum immodicæ humiditatis. Quemadmodum. n. corpora ſicca, ſalita, corijs euadũt ſimilia: ſic cõtra, quæ immodica humiditate diffluunt, ſalis commercio liquantur. Ob eã cauſam nec piſces mollis carnis, & excremẽtis uacui, ut quos ſaxatiles uocant, & aſelli, qui in puro mari degunt, ad ſaliendum ſunt accõmodi. Gracculi uerò, & pelamydes, & myli, ſardæ, & ſardenæ, quæq; ſaxatina uocãt, & ſalſamenta ad ſaliendum ſunt appoſita: preterea ex marinis belluis cetacea ſalita, euadunt meliora: habent. n. & ipſa carnem excrementoſam. Muli verò, ꝙ ſicca eorum caro ſit, & ab excrementis pura, nõ ſunt ad ſaliendum accommodi. Ex his aũt perſpicuum eſt, ea ad coquendum eſſe difficillima, q̃ ſale condita, dura euadunt ac neruoſa, & ueluti cutacea, ac coriacea: quæ verò contra habẽt, te-

D nuia quidem ipſa redduntur: manſa autem humores craſſos, ac glutinoſos tenuant. Præſtantiſſima autem omnium, q̃ mihi experientia cognoſcere licuit, ſunt, quæ a ueteribus medicis Sardica ſalſamenta nuncupantur, hodie Sardas uocant. & Myli, qui ex Ponto aduehuntur. ſecundum autem poſt illa locum habent Gracculi, & Pelamides, & quæ Saxatina appellant.

De Medijs edulijs. *CAP. 39.*

IN ſingulis differentijs, eorũ, quæ alimentis ineſſe diximus, quædam ſunt media. Etenim inter ea, quæ molli ſunt carne, & quæ dura, medium quiddã reperias: quod nec molli, nec dura ſit carne: ſimiliter inter tenuantia, & incraſſantia, calfacientia & refrigerántia, ſiccantia & humectantia. Atq; animalibus naturalem temperiem inculpatam quidem ſeruantibus, ſimilia ſuis naturis cibaria conueniunt: ijs uerò, quæ prauam temperiem aut ab initio ſunt ſortita, aut poſt ac quiſiuerunt, non ſimilium ſibi ipſis eſus, ſed contrariorum eſt utilis. Seruatur. n. ſimilibus, quod probe ſecundum naturam eſt temperatum: quemadmodum, quod male eſt temperatum, à contrarijs ad proprium temperamentum adducitur. Itaq; ſingulæ animalium naturæ ſuũ propriũ medium habebunt, ut homo quidem tale, canis autem tale, atq; ita in alijs omnibus: Præterea huic homini ſigillatim tale ſecundum hanc, & illam ætatem: ad hæc etiam ſecundum uitæ conditionem: atq; inſtitutorum, & regionum, in quibus iamdiu habitant, differentias.

GALENI DE SVCCORVM BONITATE, ET VITIO

A Iulio Alexandro medico Tridentino olim translatus, & nunc ab eodem diligenter recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

Quo quis pacto bonos succos procreare, & malos, ac vitiosos deuitare possit.

Historia morborum quorundam ob mali succi alimenta, tum de se argumentum rei eiusdem. CAP. 1.

† *Melius, pestis, ut antiquus interpres, Græce λοιμοὶ, non λιμοὶ legendum.*

QVantum sit in mali succi cibis virium ad procreandos morbos, facile non omnino mente captis declarauit † fames, quę per plurimas Romano imperio subditas gentes sæuijt multis deinceps annis continue. Quum enim ciues pro more suo (quo æstate, quam primum solent frumenti, quod satis sit in reliquum anni tempus, parare) quicquid in agris tritici fuerat, absti lissent vna cum hordeis, fabisque, ac lentibus, reliquos agrestibus fecere cereales fructus, ὄσπρια, & χέδροπα græci vocant, ideſt legumina, simul G etiam non sanè paucis ex his in vrbem asportatis. Consumptis itaque hyeme ijs, quæ facta reliqua fuerant, agrestes necessariò vere toto succi praui alimentis vescebantur, adhibitis ad cibi vsum, arborum, fruticumque germinibus, ac turionibus, bulbisque, & stirpium succo malo præditarum radicibus: pleraque præterea agrestia, quæ vocant olera, prout cuique horum se copia suggerebat, abunde ad saturitatem usque ingurgitantes, simul herbas virentes totas edebant elixas, quas antea nunquàm, ne periculi quidem faciundi gratia, degustauerant. Itaque videre erat ex his quosdam desinente vere, plerosque certe omnes ineunte æstate, vlceribus in cute q̃ plurimũ correptos, quorum non vnica esset in omnibus facies, siquidem erysipelas alia, phlegmonẽ alia referebant, atq; alia herpetem, sicuti impetiginẽ alia, & psoram, & leprã alia. Atq; hęc quidẽ fuere ea, q̃ per cutim efflorescentia, placidissime vitiosum succum è visceribus, profundoq; corporis euacuarent: alijs verò quibusdã carbunculi & phagedænæ, specie, quum apparuissent cum febri, plurimos interfecere, pauciſſimis ægre post multum temporis seruatis. At sine cutaneis affectibus febres plurimæ viguere. quas ipsas tum alui recrementa sequebantur graueolẽtia, & mordacia, intestinorũq; difficultates, & tenasmos postremo afferentia, tum acres vrinas, atque eas grauiter olentes, quæ quorundã vesicam exulcerarunt. Iam non nulli diiudicati sudoribus sunt, iisque ipsis male olentibus, abscessibusve putredinosis. Quibus nihil horum accidit, interiere omnes aut cum manifesta visceris vnius alicuius phlegmone, aut ob vehementem, & malignam febrẽ. Quumque medici non nulli paucis omnino quibusdam sanguinem mittere auderent morbi initio (siquidem nõ iniuria remedij huiusce vsum reformidabant ob virium iam tum antea imbecillitatem) nulli eorum animaduerti sanguinem profluisse probum, qualem videmus de sanorũ corporibus profluere, sed aut plus iusto rufum, aut nigriorem, aut serosum nimis, aut acrem, ac venam dissectam ipsam inter fluendũ vellicantem mordicus, sic, vt ægre inde ad cicatricem duci vulnus posset. Quosdam verò præsertim moribundos, etiam cum febribus symptomata inuaserunt mentem affligentia, cũ vigilijs vnà, altoq; sopore, quem cataphorã nominãt. Atque nil sanè mirum videri debet, si q̃dem contrarijs inter se cum morbis, tum symptomatis correpti fuere, q̃ tunc ægrotarunt, vt q̃ nõ solum natura inuicem, aut ætate, sed etiam anteacta victus rõne differrent, alimentisque vsi essent in fame, pugnãtibus inter se facultatibus p̃ditis. Sane vnusquique, vt cuique se q̃d̃ suggereret, edebat. In diuersa porrò rerũ copia alij cibos adhibuere succi acidi, acrisve, aut salsi, aut amari: sicuti austeris alij, aut acerbis vsi sũt, aut q̃ euidẽter refrigerarent, aut immodice humidi

essent,

A essent, aut viscidi, aut medicamentosi. Ipse quosdam noui ex fungorum esu perijsse statim: quosdam ex cicutæ aut ferulæ; nec sanè paucos ex his vix seruatos. Ac cæteris quidem omnibus, q ratione niterentur, facile fieri posse videbatur, vt quemadmodũ forinsecus exulcerationes, ac varijæ appareb ant, tumorũ facies, phlegmonosorum, & œdematosorum, eorumq; ad hæc, q erysipelas & scirrhum referrent, sic partibus intimis, quæcunq; principales magis essent, totidẽ accidere affectus potuisse. Soli sunt, qui quiduis aliud potius, quàm succos, causentur, quicũq; rationis expertes ab Hippocratica de succis doctrina desciuere: quorũ apud me nonnulli clam confessi sunt, manifesto se quidem contendendi cernere cupiditatem aduersus Hippocratem, existimantium nihil esse in succis ad sanitatem aut morbum vsus, aut detrimenti, pudore tamen interim affici, si post quinquagesimum demum ætatis annum ad Hippocratem deficiant: sic enim videri poterimus (dicebant) nõ solum discipulis, sed etiam ijs, qui præterito assidue tẽpore nobis vsi essent, obfuisse. Quin in honore se quoq; apud mortaliũ multos esse aiebãt, quo nomine placita sequi crederent vera: quę si ipsa quoq; praua esse faterẽtur, cũ indoctiores aliis visum iri se, tũ verò futurũ, vt eorũ, qui antea ipsorum opera vtebantur, nullus in posterũ esset vsurus. His itaque multum venię condonemus: par est, non quidem culpato eorum instituto, sed de illorũ vnà

B infortunio miserti, q ante q̃ iudiciũ ferre de doctrinis possent, magistros nacti sint improbos; illi contra odio meritò habendi sunt, qui ob honoris cõtentionem primi placitorũ sectas erigũt, quippe qui volentes, scientesq; impostura facere hominibus velle videantur, nõ autem p imprudentiam labantur: quum nullus ad tantum vnq̃ dementiæ veniat, vt ignoret: quantũ insit in eo mali, si contenti in corpore humores in medicamentosas qualitates degenerent. Isti ipsi, qui buscũ institutus nobis est sermo, haud sanè facile, vel etiam neutiq̃ fieri posse rent, ut inter eos, qui ex lethalis medicamẽti assumptione, & morboso corporis ipsius affectu, periclitant, iterstin quatur. Neq; uerò illud non apertissime uidemus, ut negare nemo audeat, animalium uenenum eiaculantium succo, quos in morsu reponunt, alios demorsam partẽ celeriter mortificare, alios putrefacere, aut phlegmonem, aut dolores vehemẽtissimos ciere: veluti & scorpionem, si quis in eũ bis terve ieiunus conspuat, statim perire: nam, sicuti naturæ affines aliæ aliis sunt, sic q̃dã inimicantur quibusdã, easq; perimunt. Vsu porrò venit, vt affinibus nutriamur, cõtrarijs verò perdamur: estq; de his tractatum susius in commentariis De naturalibus facultatibus, tũ de simplicibus medicamẽtis: in præsentiarum autem satis sit enarrasse etiam, quę comperta vidimus in fame. Quòd si fidem mihi adhibueris (cui, quamobrẽ mentiri debeam, causę nihil sit, contraq; per

C molestę feram, q̃ auctores multi suis in libris egregie mentiti sint) explicabo, quæ in uniuersa vita mea experientia longa didici, idq; dijs ipsis testibus inuocatis. Ego sanè patrem habui, qui ad summũ geometriæ, architecturę, logistices, arithmetices, atq; astronomiæ peruenit: fuitq; ab iis, qui illum norant, equitate, probitate, & temperantia supra philosophos omnes cõmendatus. Is me puerum etiamnum morbis intactum seruauerat præscripta victus rõne. Adolescens deinde factus quum essem, secessiuq; in agrum vteretur genitor, agricolationis studiosus, vrgebã ego q̃ dem studia supra condiscipulos omnes, non interdiu solum, sed etiam noctu: toto verò caniculæ tempore, quæ græcis ὀπώρα est, quum omnibus fugacibus fructibus me explessem cum æqualib⁹ vna meis, autumno in morbum incidi acutum, sic, vt sanguinẽ mittere necesse habuerim. Reuerso deinde in vrbem patre, meq; increpito, tum reuocata in memoriã priore victus rõne, qua sub ipso vsus essem, præcepit, vti de cætero hanc seruarem, equalium meorum intemperantiæ nũcio remisso. Quin in sequenti quoque anno studiose egit, vt viuẽdi rationem meam obseruaret, ne quid de fugacibus fructibus nisi modice, attingerem. Agebam tunc temporis ætatis annum vnde uigesimum: quo anno quum incolumis euasissem, sequentiq; deinde mortẽ obijsset pater, liberaliter cum æqualibus vnà in victu fructibus vsus, qui sub caniculæ tempus proueniunt, mor-

D bum incurri priori non dissimilem, vti tunc quoq; vena mihi necessario secanda fuerit. Ex eo tẽpore aliquãdo singulo quoq; deinceps anno semper ægrotaui, aliquãdo intermisso vno, ad annum vsque vigesimum octauum: quo tempore, quum periculum adijssem, ne, qua parte septo trã fuerso iecur adhęret, abscessus esset, mihi ipsi vsum interdixi fugacium omnium, prętęrq̃ ficuum, vuarumq; exacte maturarum, hisque ipsis nõ immodice, sicuti antea, sed moderate, adhibitis: habebamque alium quendam biẽnio maiorem sodalem eiusdem mecum instituti. Adhibita itaq; diligẽti de exercitatione cura, tum ne quid cruditate laboraremus, immunes hactenus à morbis perseuerauimus annorũ multorum spacio. Iam, quoscunque ex amicis alijs persuasos habui, vt se exercerent, viuendique seruarent ordinem, animaduerti ad hanc vsque diẽ incolumes persti tisse, quosdam annorum vigintiquinque interuallo, quosdam non totidem quidem annis, sed satis tamen multis, prout persuasus quisque fuerat, uti sese à fugacibus fructibus abstineret, reliquisque prætereа vitiosi succi edulijs: de quibus propositum nobis sit hoc libro pertractare.

Varia hominum conditio: tum de boni, glutinosiq; succi cibis quibusdam, & de attenuantium medicamentorum vsu. CAP. 2.

ERgo, qui exercitatione vti ante cibum possunt, ijs exquisita prorsus vitæ ratio fuerit quidem necessaria: aliis verò, qui ob negociorum molem hoc facere prohibentur, non solum

diligentiore victu, verum etiam medicamentis salubribus opus fuerit. Plurimi quoque eo rerum E
statu degunt mortales, uti his neque ante cibum recte exercere se liceat, neq; opportune satis cibum capere, neque verò probe alimoniam cõficere: hosce intactos morbis ꝑdurare diutius impossibile fuerit, nisi cõsulant subducta sibi aluo per interualla, interdum purgatione etiam validiore, ac tempestiua sanguinis missione, salubribusque quibusdam ad hæc medicamẽtis opportuno tempore epotis. Quicũq; verò quietioris vitæ institutum ingressi sunt, nec coguntur prius, quàm lucescat, visitare potentium limina: nec post, quàm crebro sudarint operibus necessarijs factitandis, refrigescere: neque aliquibus, dum lauantur, assistere: neque alios, quum se domũ iterum conferunt, reducere, ipsi postea ingenti festinatione loti cenatũ properare, hisce nos prius victus rationem prescribemus, vnde sanguinem in primis probum obtineant: alijsque deinde consulere conabimur, qui negocioſam vitam ducunt. fueritque necesse, vt in memoriam reuocentur, quę in tribus commentarijs differuimus, De alimẽtorum facultatibus conscriptis. Igitur inter frumentacea cibum exhibent succi boni panis puri rite confecti, quorum & in textu coctu A. l. 2. t. 2. c.
ra sit, & ante id subactio, tum fermento constent modico, salisque mistura. secundas ab his obti 565. fo. 159.
nent furnacei. Nec sanè minus alica inter ea, quæ optimi succi sunt, censetur, sicuti suilla quoque
caro, si quidem ista ventriculus exquisite cõcoquat, & in sanguinem vertat iecur; viscidi nihilo- F
minus, nescio quid, retinent, quodque ideo iecoris, renumque meatus obducat, quibus adstrictiores hi natura fuerint. Siquis igitur crebrius his vtatur, grauitatis secundum prædictas iã partes sensum quendam, aut dolorem etiam non nunquam persentiet. Iecinoris porrò obstructionem comitatur distributionis impedimentum, ac plenitudinis collectio in mesaraei, simarumq; visceris partium venis; quo casu periculum rursus est, ne aut phlegmone insequatur partium, in quibus facta collectio fuerit: aut redundantium humorum ipsorum putredo: quandoquidem alterutrum sequi necesse sit crudos, crassosque humores, vt aut in sanguinem conuertãtur concocti, aut putrescant, sicuti reliquis quoque omnibus accidit, quæcunq; locis calẽtibus diutius moram trahunt. Proinde inuenta medicamenta sunt, à medicis salubria appellata, quę attenuandi omnia facultate cõstat: horum siquidem officium est angustiores vias expedire, tum absterge-
re, siquid ex humoribus glutinosi vasis adhæserit, humorumq; crassitiem incidere, & extenuare.
Cæterum frequens horum vsus sanguinem seorsum, aut biliosum, aut atrabilariũ temporis tractu reddiderit: siquidem solita sint medicamenta hæc vniuersa propè, præter id, quòd attenuent
& incidant, etiam vehementius excalfacere: à sic autem excalfaciẽtibus solidiores partes exiccã
tur, humoresque redduntur crassi, unde renum calculi existunt tophacei. Ergo, quum corporis G
constitutio probatissima ea habeatur, quæ simul & attemperatissima sit, & humorum transitum expeditum teneat, hac natura præditum possibile sit, si quidem se ante cibos, quod satis sit, exerceat, incolumen assidu e prestare, etiam aliquando succi crasioris cibis plusculum usum: quod genus, sicuti diximus, alica est, & suilla caro, panesque furnacei, & textuacei, quibus quidem nec exacta adhibita fuerit præparatio, qualẽ paulo supra retulimus, & imperfecte sub textu decocti sint. Eiusdem cum alica naturæ est tragus quoque, quem uocant, qui ipse quoque inter frumẽta cea alimenta connumeratur, atque is tamen alica ipsa ęgrius in uentriculo concoquitur. Nec dissimilem ab his planè facultatem obtinet ouorum natura: de quibus distinguendum tamen plenius sit, quemadmodum de lacte quoq; docebuntur hæc adamussim sermonis progressu haud ita multo post. Prius nanque, quemadmodum horum ipsorum memini, vt alimentorum veluti formulam quandam exprimerem, in quibus cum visciditate vnà succorum bonitas, & malitia inest ad eundem modum de ijs quoque mentionem faciam, quæ mediocriter se habent, & natura constant inter incrassantes cibos, & attenuantes, media: de quibus alibi vnico libro differui, q
est De attenuante victus ratione. Huiusmodi tamen plurima medicamenti potius, quàm alimen
ti, nomine vocentur: at, quæ crassos, glutinososque succos progignunt edulia, hæc fuerint, quæ H
cum valentissime alant, tum bonum procreare sanguinem consueuerint, siquidem ea ventriculus ac iecur probe conficiat.

De Cibis inter attenuantes, atque incrassantes medijs: tum quibus innoxius esse glutinosus succus possit, quibus item non conueniat. CAP. 3.

OMnium tũ minime improbantur edulia, quæ tenuantium, crassumq; facientiũ, in cõfinio sunt, ut quæ in excessuum meditullio, & attemperãtia quadam locẽtur. Huiusce generis panes optimi sunt, qui qũo parentur fusius dictũ à nobis est in primo De alimentorũ facultatibus libro: gallinarumq; præterea carnes, gallorũq; gallinaceorũ, tum phasianarũ auium, perdicũ, colũbarũ, attagenum, turturũ, turdorum, merularum, & passerculorum omniũ, pisciũq; ad hæc saxatilium, litoraliũq; & pelagiorum, & gobiorũ, & murenæ, & bugloſſæ, & asellorũ, breuiterq; piscium omniũ, quicũq; nullam inter edendum nec viscoditatem, nec saporis fœditatẽ, nec insuauitatẽ re
præsentant. Nec sanè paucas distinctiones requirit horum omnium natura: quàm tractaturus de inceps sum, quum de mali succi cibis dicemus, additis prius hoc loco, quæ desunt. Etenim, quicunque plurimum exercere se possunt, somnumq; ꝑ eo, ac lubet, producere, uitamq; delegerũt à ciuilib⁹ negocijs ꝑcul; possint sanè hi crassi, glutinosiq; succi cibos capere, præsertim si cui post

largum

A largum horum esum, nullus unquam in dextro hypochõdrio, aut ponderis, aut tensionis sensus oboriatur: quibus verò non licet aut per ætatem, aut ob consuetudinem aliquam exercere se ante cibum, abstineant ab edulijs id genus omnibus. Omnino verò *urbani, ne ipsi quidẽ admittere alimẽta huiusmodi debuerint, sed vel gestationibus, vel deambulationibus utãtur validioris exercitationis uice: sicuti nanq; quies corporis deses prorsus, maximum est ad tuẽdam sanitatẽ incommodum, sic planè maximus fuerit in mediocri motione vsus: quando ne ægrotaturus quidem omnino aliquis sit, qui, ne quãdo cruditate laboret, curam gesserit, nec commotionem à cibo uehementiorem aliquam aggrediatur. Quemadmodum.n. omnium maxime cõmẽdatur ad sanitatem exercitatio ante cibos, sic à cibis motus vnusquisq; uel in primis damnatur, eo, q̃ à uẽtre alimentum ante concoctionem distribuatur, crudiorumq́; ita humorum vis colligatur in uenis, vnde morborum genus omne progigni soleat, nisi prius aut laboribus pluribus dissipẽtur ipsi, aut concoquantur, inq; sanguinem vertantur à iecoris, uenarumq́; facultate. Itaq; securissimũ fuerit cibos cauisse crassi, glutinosiq́; succi, quibus quidem ualetudinis solius bonæ cura sit, non autem bene habiti corpore esse student, quod gymnastici faciunt. *Al. ociosi.*

De crassi succi cibis, pane, caseo, lacte, placentis, laganis, cochleis, ouis, mollibus piscibus, cetaceis, ostreis,
B *testaceis, brassica, lente, fungis, tubere, amylo, pineo nucleo, animalium partibus quibusdam, glandibus, palmulis, deq; horum differentijs, & dulci, crassiq́; succi edulijs.* CAP. 4.

CIbos igitur crassi succi enumerabo deinceps, quos hactenus sermone nõ retulimus, initio à pane sumpto: Ex q̃bus, qui neq; fermenti, quod satis sit, neq; salis accepere, neq; subacti ad plenum, sed nec in textu probe cocti fuerunt, crasso supra oẽs succo constant, præter id, q̃ uiscidi etiam nõ nihil participant: quod succi genus Praxagoras, & Philotimus κολλῶδες appellãt. i. glutinosum. Crassi præterea succi est caseus omnis, sed recens succum uitiosum non obtinet, q̃ inueteratis adest: glutinositas in eorum quibusdã crassitiei accedit, non tñ in omnibus, idq; ob lactis, vnde conficiuntur, naturam: cuius non pauca sunt discrimina pro aĩantium diuersitate, & alimẽtorum, quæ alibi alia capiunt. Ac plurimus quidẽ apud nos est caprini lactis vsus, sicuti bubuli apud alias nationes: quin & frequenter ouillo utuntur, crassum tñ hoc est, asinarum lacti ex aduerso, hoc nomine: pingue bubulũ: omnium in medio caprinũ, quippe quod nec immodice pingue, neque uerò crassum sit, ideoq́; ẽt operibus mediocre habetur, quæ in humano corpore edit: quũ tenue, serosumq́; lac, sicuti minus alit, ita uentrem subducat magis: crassum contra, minus quidẽ
C aluum emolliat, at magis interim nutriat. Ex tribus nanq; substantijs constat lac quodq;, dissimilium inter se partium: quarũ una serosa est, tenuisq́;, crassa altera, ac caseosa, tertia uerò pinguis, atq; oleosa. Neq; in omnibus tamen animantibus æqua harum portio est, sed in camelarũ, atq; asinarum lacte seroſę humiditatis plurimum, caseosæ in ouillo, pinguis in bubulo. Capræ pro reliquis animalium generibus intra excessum oẽm mediocriter se hẽnt: illæ.n. ipsæ, si quidẽ inuicẽ rursus conferantur, in iam dictas differentias cadunt: q̃ nõ sanè parua ea sit, quæ ab ætate sumitur, sicuti nec, q̃ ex pascuis ducitur, atq; anni tpe, interualloq́; insuper à partu: de quibus ipsis plenius in tertio De alimẽtorum facultate libro tractauimus. Illud hoc loco dixisse satis sit, minime tuto sumi caprarum lac absq; melle: multis nãq;, qui solũ id sumpsissent, in caseum coactum fuit in uentre: quod quum contingit, mirum, q̃ hominẽ degrauet, ac suffocet. Hoc ipso admiratione dignius, quod in concreto in grumis sanguine fit, si uel in uulnus defluat, uel uẽtrem, vel intestinorum aliquod: inde.n. & exoluuntur, & refrigescunt, pulsusq́; tum parui, tum mali euadũt. Quin etiam cõcretus ad hũc modum in vulneribus sanguis causa est, vt putredo celeriter vicinas partes sanas corripiat. Vnde igitur fiat, vt humorum nostrorum omnium maxime proprius, postq̃ refrixerit, affectus afferat ingẽtes adeo, disquirendum sanè non parum fuerit: inde tñ aperte col-
D ligas, quanta sit prauorum humorum qualitatis facultas, quorum rationem nullam ducũt, ut rei vilis, medici quidam hoc tempore, illos sequuti, qui se primum ad ita arbitrandum finxere. Lac certe, ne coaguletur in ventre, epotant nõnulli addito melle, & aqua, tertioq́; ad hæc sale. Optimi succi est lac, quod bene habitorum animalium sit, ac post emulsionem statim bibatur: at, qd̃ decoctum plus iusto fuerit, succi nimis crassi euadit; potissimum, si triticeam farinam, miliumve, aut amylum unà decoquas. Caseus crasso succo omnis constat, inueteratus ẽt malo: possis tamẽ subducendæ alui gratia ante cibum recẽs coagulatos esse cum melle: nam & uetustis hi crassum minus succum obtinent, ac nequaquam prauum: quod ex coactis defluit serum, satis quidem aluum emollit. Cibus ẽt fuerit crassus, quiq; eam ob rem iecoris meatus infarciat, placenta, quã ex lacte, & caseo, quãq; ex similа, & lacte parant, aut si qua lagana, aut rhyemata addantur. Nec minus crassi succi sunt, quæcunq; ex musto, & simila parantur, aut in uniuersum triticea farina. Ipsa quin etiã per se lagana, & rhyemata, omniaq́; ex tritico bellaria sine fermento, quoties casei ẽt aliquid adijcitur, crassi ualde succi sunt: uidẽturq; mihi ueteres, quæ nũc lagana, & rhyemata vocamus, cõi itriorum nomine appellasse. Crasso succo constant cochleæ etiam, ouaq; elixatione, aut assatione ad summum durata: nam, quæ sartagine friguntur, ẽt mali succi fiunt, ac uentriculi cõcoctionem sortiũtur nidorosam, & quę reliquos secum cibos in corruptelam trahãt, proinde

inter

inter ea, quæ cõcoctionem fugiunt, omnium peſſima ſunt. Quæ mediocriter elixa fuerunt, eoq; E
uocantur tremula, præſtabiliora ſunt, & ad concoquendum, & ad diſtributionẽ in corpus, & ad
nutritionem, & ad ſucci bonitatem; quemadmodum ſanè & quæ ſorbilia uocãtur, mediocriter
elixa, eam ob rem gutturis aſperitates lenientia, ꝙ nondum ſpiſſatus eorum humor cõcreuerit.
Ex aquatilibus etiam mollia, quæ uocant, loligines, ſepiæ, polypodes, aliaq; id genus, craſſo glu
tinoſoq; ſucco conſtant, ſicuti & cetacei piſces, de quorũ genere habentur thunni: his ipſis mo-
deratiores pelamides. Craſſi valde ſucci ſunt oſtrea quoque, buccinæ, & purpuræ, ac breuiter q̃-
cunque Ariſtoteles ὀστρακόδερμα, i. teſtacea appellat, hiatulæ, lopades, pectines, pinę, & id genus.
Inter hæc purpuræ & buccinæ carnem hñt duriorem cæteris, ac ſucci craſſioris: reliqua uerò hu-
midiorem, & uiſcidiorem, omni-mque maxime oſtrea. Illud expedit ſcire, horum omniũ ſucco
uentrem ſubduci, ut & lactis ſero: ſolido autem eorum corpore, ꝙ & difficilius concoquatur, &
craſſi ſucci ſit, crudum progigni ſuccum, craſſumq; ac frigidum. Braſſicę, ac lenti idem contingit
manifeſto, ſicuti permultis alijs obſcure: de quibus prolixius diſſeruimus cõmẽtarijs tribus, De
alimentorum facultate inſcriptis. Atq; alia quidem, quorũ craſſum eſſe ſuccũ pronunciauimus,
glutinoſa oĩa, & uiſcida ſunt, exceptis teſtaceis, quæ diximus. Braſſica, ac lens non eandem ſucci
naturam ſortitæ ſunt, ſed nitroſum, &, quo aluus ſubducatur; ſicuti dracunculus acrem, & inſigniF
ter amarum: Arum aũt utrunq; quidem, ſed obſcurius: auſterum & amarũ bulbi, quos ſi elixatio-
ne plurima eluas, ſolidum relinquitur, quod craſſi ſucci ſit. Ex eduliis his oĩbus, fungis frigidiſſi
mus, & glutinoſiſſimus, craſſuſq; ſimul ſuccus ineſt: atq; inter hos ex ſolis boletis nullus fertur in
terijſſe, qui tñ ipſi cholèram ẽt nonnullis attulerunt inconcocti: at reliquorum fungorũ eſus qui
buſdã mortem intulit: nõnulli mortis adducti ſunt in diſcrimẽ diarrhoeis correpti, aut cholèris,
aut ſtrangulatu periclitantes. Tuber, quod uocant, craſſo modice ſucco præditum eſt, non tñ ma
lo: eiuſdem modi eſt amylum quoque. His ipſis craſſioris ſucci plus habet nucleus pineus, quem
κῶνον uocant: qui tñ ne ipſe quidẽ mali ſucci eſt: ueteres hunc ẽt σφόβιλον appellant. Inter ea, quæ
craſſi ſucci ſunt, iecur quoque, & renes, & teſtes cenſentur: iecur tñ mali ſucci nõ eſt: renes, ac te-
ſtes non ſane boni, niſi gallinaceorum, præſertim altilium: quod genus ſuillũ quoque iecur eſt,
quum caricas ederint: ficatum vocant. Animaliũ aliorum lieni ſatis malus ſuccus ineſt & melan
cholicus, inſuibus non perinde talis. Cor certe ſubſtantia conſtat, viſceribus cęteris, & duriore
& fibroſiore: in illis nanque, vaſorum in medio, ſubſtantia quædam cernitur cõcreti ſanguinis,
at in corde fibræ viſuntur ſolidæ, multæ, longę, quẽadmodũ in muſculis, circa quas carnoſa ſub
ſtantia concreuit: proinde ſunt, qui cor in muſculorum genere reponãt: quorum ſubſtantia mo- G
lem conſtituit corporis noſtri vniuerſam, eãque, quæ proprie caro uocatur, quã in victimis edi
mus. Cæterum muſculorum principia, quæ capita quoque vocant, quadãtenus neruorum plus
habent, diſperſis per hæc ligamentis, ex oſſibus, vnde initium ſumunt, ortis: ſub extremum tendi
nes exoriuntur, quos vocãt: eamque ob rem extremę muſculorum partes vtrinque neruoſiores
ſunt, ſicuti carnoſum, quod medium eſt, totum, quod & nutrientiſſimum eſt: vocaturque ab ho-
minibus caro, qui fibras præ tenuitate inſpicere nequeunt, ex ligamentis neruisque per hãc di-
ſperſis, enatas: ſicque attributo iam antea huic carnis nomine iure muſculum vocant principiũ
huius, extremumque tantum. Atqui non ita ſe habet res: verum muſculus quidem totus, circun-
ſcriptione propria quadam ſeparatus cernitur ab alijs, ipſe tñ ſuam quãdã actionẽ obit ex mo-
tionibus voluntariis (ſic.n. vocant has, à naturalibus & inuoluntariis diuiſas:) partes autẽ ipſius
prædictas differentias ſortiuntur. Porrò extremis animalium partibus minimum ineſt carnis, oſ
ſei verò ac neruoſi plurimum: neq; id tñ ob neruũ volũtarij motus auctorẽ (prauus enim is eſt)
ſed ob eum, qui colligat, tendinemque præterea, ſic à veteribus medicis vocatũ, à recentioribus
autem ἀπονευρώσεως nomine. Viſcida hæc immodice & glutinoſa ſunt, vbi elixa fuerint; atque
ideo horũ etiam alimentũ: neq; abſimilis naturæ ſunt pedeſtrium animalium labra, atq; his ꝑ- H
pinqua, vt quæ viſcidum, minus licet craſſum, ſuccũ generẽt: id quod vel elixatio ipſa declaret,
qua huiuſcemodi corpora plurimũ intumeſcunt & diſſoluuntur. Concoctioni autem hęc quo-
que accommoda ſunt, animaliumque, quæ volatu fidũt, alæ, cõi exercitatorum corporum ratio-
ne: quippe quæ excrementis vacent omnia, ſicuti his abũdãt, quæ ocioſa ſunt. Pinguium tũ por-
cellorum cutis probe elixa, habet illa quidem glutinoſum pinguemq; ſuccum, at nõ valde craſ-
ſum, nec qui, vt extremæ partes, ſimiliter concoquatur, quemadmodũ planè nec ęque bonũ, at-
que harum, ſed excrementitium magis. Pars eſt in animali craſſi ſucci cerebrum quoque, & ſpi
nalis medulla: tales mediocriter ſunt glandulę, atque ob id victimarum quoque nouellarum te-
ſtes. Illud.n. in cõe de vniuerſis animãtiũ partibus meminiſſe cõuenit, duras ſiccasq; euadere, ac
concoctioni rebelles, ætate confectorum: humidas contra ac molles, eoque cõcoctibiles magis,
iuniorum, niſi ab edito ſtatim partu edantur: vt quæ mucoſæ oĩs ſint, præſertim animalium, quę
humidiore carne prædita ſunt natura, cuiuſmodi agnorum caro eſt, ac porcellorum: nã hœdo-
rum & vitulorum, ꝙ animalia hæc ſicciora natura ſint, longe magis & concoctioni accõmoda
eſt, & alimento exhibendo. Ad eundem modum ſe res habet in teſtibus & glandulis, nec minus
in lingua: nam & huius natura aliquo pacto glandulоſa eſt. Mammarum verò glandulę, quũ lac

in ſe

A in ſe continẽt, οὖθαρα vocantur, cibũ autem præſtãt craſſum: &, ſi quidem bene habitum animal fuerit, multum inde, ac boni ſucci alimentum exiſtit: etenim hoc quoque, quum ex ijs ſit, quæ in vniuerſum pronũciantur, præſtat ſemel auditum, promptũ habere memoria. Lac quidem optimi eſſe ſucci ab omnibus medicis ſcriptum reperitur: atq; ideo ſunt, qui exiſtimẽt, quibus vicus
A.l.3.f.10.t.5 c.5.fo.275.b "in pulmone fuerit, poſſe ſolo huius vſu ſanari, duntaxat ante q̃ magnum id & calloſum fiat. Muliebre porrò lac, vt familiare, eiuſdemq; nobiſcũ naturæ, cæteris præferũt ad tabificos affectus cum alij quidã medici, tum verò Euryphon in primis, & Herodotus: atq; ita affectos præcipiũt, mulieris mammam infantiũ ritu exugant, q̃n, vt mammis primũ excidit, propriæ facultatis nõ nihil deperdat. Eſt itaq; manifeſtum lac cibis reliquis, vt optimi omniũ ſucci, prælatũ fuiſſe, horum quidem præcipue, nec minus tamẽ aliorum quoq; medicorum iudicio. Cæterum, quod dicebamus ſciri oportere nõ de his ſolum, ſed etiam de edulijs alijs multis, in vniuerſum, iam accipe. Animalium bene quidem habitorũ lac boni ſucci eſt: at male habitorum nõ aliter, atq; animalis ſanguis, mali: neq; n. fieri poteſt, vt, quum mali ſucci corpus totũ fuerit, boni ſucci reperiatur lac: eã ob rem diximus in bene habitis animalibus optimum eſſe ad ſucci bonitatem lac: Eodemq; modo glandulas ſucci boni eſſe, cum eas ipſas, quæ lac continent, tum alias, q̃ animaliũ
B ſanorum ſunt. Eadem ratione ſe habẽt iecur, ac teſtes: nam ne hæc quidem in mali ſucci animalibus bono conſtãt ſucco, ideoq; nec in ætate prouectis, quorum nullum boni ſucci ſit; aĩalia autem, quæcũq; etiam nũ lactẽtia, ſiquidem boni ſucci parẽtis lac ſit, ipſa, cum alias partes omnes ſi q̃n alias, affectas optime habent, tum verò iecur boni ſucci. Animalium porrò partes reliquæ cuiuſmodi ſuccum progignant, paulo poſt dicetur: nunc. n. poſtq̃ cœpi de craſſi ſucci cibis diſſerere, ſatius fuerit, impoſito prius orationi huic fine, ſic demũ alia aggredi. Pauca igitur quũ reliqua ſint huiuſmodi, iam me ad ea conferam: atq; ea hic ſegregabo, quæ mali ſucci ſunt, ab iis, q̃ boni: ſiquidem is ſit orationis, quam nũc molimur, vſus, propoſito ſibi hoc ſcopo, ut ſucci boni tatem inuehat, uitet malitiam. Q̃m autẽ, ſicuti initio dixi eſculentorum ſubſtantia, quæ craſſi ſucci ſunt, corpus ægre traſpirabile reddit, & obſtructiones aliquas facit, potiſſimũ iecinoris ac renum; iccirco conſulebam, ne aſſiduus eſſet eorum uſus, etiam ſi bono eſſent ſucco prædita: nam, q̃ mali ſucci ſunt, fugienda prorſus, craſſos ea tenuesve ſuccos noſtros faciant. Iã illud quòque diximus, his qui ſe vehemẽter exercent, licere citra noxam, ſi viſcera præterea habuerint bene natura conſtituta, craſſis viſcidisq; cibis frequẽter vti, cæterorũ autẽ nulli. Igitur inter craſſi ſucci cibos glandium genus vtrunq; eſt, tã quæ robur producit, q̃ quæ palmarum fructus ſunt: vo-
C cantq; palmarũ glandes eodem, quo arborem, nomine palmas: quas verò robur fert, cibum hominibus ſuauem præbentes, caſtaneas: q. dã caſtanea neutro genere, vt vocãt: ciues tũ, ſicut alii quoque Aſiæ incolæ ſardianas eas appellãt, & leucenas, à regionibus, in q. bus multæ illæ ꝓueniunt. Atque alterum quidẽ vocabulorum; non obſcurum eſt, vnde profectum ſit: at leucenæ à loco quodã montis Idæ nomenclaturã ſortitæ ſunt, quẽ multitudinis numero uocant, vt Thebæ. Ergo glandes, ſicuti diximus huiuſmodi nunc crudas edũt homines, nũc aſſas, interdum elixas: aliæ verò, q̃ figura, vt in palmulis, oblonga cernuntur, cibus ſunt ſuibus magis, q̃ hominibus, accommodus, niſi ſi q̃n harum vſus ingruat neceſſarius valde: id quod in maxima fame vſu venit; Ilicum porrò glandes (Græci ἀκύλους vocãt) quę auſteræ, ac duræ, ideoq; inſuaues ſunt, vitare expedit, vt concoctioni aduerſantes, ac craſſi ſucci, etiam ſiquis elixas ſumat. Quòd aũt ad ſtringentis ſucci differentiæ q̃dam ſint auſterus & acerbus, maioris minorisque ratione, ꝓſpicuũ eſt, adſtringente qualitate remiſſiore in auſtero, ſicuti in acerbo intenſiore inuenta. Sed quanto glandibus acerbæ magis ſunt acyli, tanto ſanè magis glandes caſtaneis: hæ nãque adſtringẽtẽ qualitatẽ imbecillam valde poſſidẽt, quum inter craſſi ſucci cibos ſint non aliter, atq; aliæ glandes: ventrem tñ minus adſtringunt, &, q̃ alteræ illæ, facilius cõcoquuntur, nec mali ſucci quicq̃
D obtinent: atq; harum tñ quoq; fugienda copia, nõ eo ſolum, ꝙ æque, ac dictorum pleraq; craſſi ſucci ſint, ſed ẽt, ꝙ ventrem ſupprimant, & ægre concoquantur, flatumque procreent. Cæterum palmarum fructus, quẽ oẽs (vti diximus) ducto ex arbore nomine palmulas vocant, adſtringentis, dulcisque ſucci particeps eſt. Sũt ex recẽtioribus medicis, qui eas græce φοινικοβαλάνους appellent, voce compoſita: neque, tñ veteres Græcos ita nominaſſe inuenio: illi. n. fructum hunc palmarum glandes vocarunt, non φοίνικας, aut φοινικοβαλάνους. Verum propoſita nobis hoc tẽpore non eſt nominum diſtinctio, quæ hominibus in otio degẽtibus ſtudio ſit, neque his hominibus quibus ſtatutum eſt, vt veteribus Atticorum uocabulis vtantur. incolumitate verò omnes q̃dem opus habẽt: neque tñ omnes, qualem deberent, ſeruare victus rationem poſſunt ob intemperantiam, aut negocia, aut eorum, quæ peragenda eſſent, ignorantiam; quicunque verò ſalubrem victus rationem intelligere queunt, huiusque legibus viuendum ſibi eſſe ſtatuerunt, his liber hic componitur. In acylis igitur, & roborum glandibus, & caſtaneis, priuatim pro arborũ diuerſitate non multum ineſt in fructu diſcriminis: at in palmulis ineſt, quod merito notẽ. Nam, ſi Aegyptias palmulas, q̃ duræ, auſteræ, ac ſiccæ habentur, iis, quas patetas vocant, conferis, quæ præ dulces ſunt, ac modice præterea adſtringunt, videri poſſint contraria inter ſe eſſe natura prædi-
tæ: aliæ autem harum in medio locantur, quæ maiorem minoremve auſteritatem, aut dulce-

dinem

dinem participent, harumq; ſuccus craſſus eſt, & qui facile iecur obſtruat. Illud.n. de dulcibus ac F
craſſi ſucci cibis ſciendum, ac memoria ſeruandum, horũ ſcilicet ſucco iecoris ac lienis vias impediri: q; ſi viſcera phlegmone præterea laborare paululũ ceperint, hanc ipſam valde adaugẽt, ſicuti ſanè flatuoſitates, affectusq; ſcirrhoſos, & abſceſſuum exortus irritãt. Atq; hæc lõgius fortaſſe à ſalubri victu receſſerint, cuius partem inſtitutus nobis ſermo edocet. Rurſus igitur ea aggrediamur, addamusque reliquos craſſi dulcisque ſucci cibos: Sunt enim quidam ex iis, quibus craſſus tantummodo ſuccus inſit, vt lenti: quidam autem viſcidi ſunt, ut multa: quibuſdam vtrunque ineſt, quod genus ſunt, quæ Ariſtoteles ὀστρακόδερμα appellat, id eſt teſtacea, & mollia.

Cibi nec craſſi, nec glutinoſi, neque etiam tenues ſint: tum de friabilium uſu, ac multorum macera-
tione, & præparatione, & fructibus, qui reponi poſſint. CAP. 5.

OPtimum conciliatur alimẽtum corpori noſtro ex iis, quæ neq; craſſi, neq; verò glutinoſi ſucci ſunt, vnde ſanguis generetur ſtatus mediocris: nam, qui tenuis valde ſit, vitioſus certe fuerit: quũ.n. exiguũ ex hoc alimentum conſtet, imbecilla ac macilenta fiunt corpora, quæ ſic nutriuntur. Optime igitur ad incolumitatem faciunt cibi, q mediã inter prædictos naturam ſortiti ſunt, vt nihil in ijs viſcidi valde aut glutinoſi exuperet: ſed & ſumme friabile, ſic vt nihil retineat glutinoſi ſucci, prauũ fuerit. Panes certe qui ex panico & milio conficiuntur, quũ edit quis, F
harenam propemodum, aut cinerem mãdere ſibi videtur: quamobrẽ neceſſario cõfectæ ex his pulticulę (ſiue ea ἔτνος ſiue λέκυθος ſit) additur, pingue quicquid eſt & viſcidum. Ruſtici ſane adiecta ſuis pinguedine, & caprarum adipe, edunt hæc, tum ouillo bubulove lacte. Ετνος appello, quod ex deglubitis freſſisq; leguminibus paratur: λέκυθον molitorum farinam aqua elixã addito pingui aliquo. Porro cibos quoſdam ſi conſideres, ante q̃ legitimam præparationem acquirant, ſiue ea, elixando, ſiue aſſando, ſiue frigendo, ſiue ſola maceratione cõtingat, terrei illi ac duri apparent: ſi uerò macerentur, aut decoquantur, molles: cuiuſmodi inter frumẽtaceas fruges hordeum eſt, & triticũ: inter arboreos uerò fructus nuclei pinei. Eſt igitur animus tibi rei quoq; huic adhibendus, non ſolum quum in alienam regionem delatus cibum inſuetum aliquem ſumpturus es, uerũ etiam apud nos ipſos, ut rei cuiuſq; naturam prius tentes aquæ ſolius maceratione citra decoctionem, aut cum decoctione etiam unà, & aſſatione. Semina.n. quę intumeſcunt fructusque, ſi quidem priſtinam duritiem & ſiccitatem cito exuant, ac mollitudinem & humiditatẽ acquirãt, meliora omnia habentur: deteriora uerò quæ tumorem ſuum, & duritiem retinent, ut quæ difficulter concoquantur, & ſubſtantia terrea conſtent, ſic, ut ægre, in ſanguinem uertãtur, uiribusque egeant præualidis, ut in corpore conficiantur, dũ ea uenter cõcoquit, & à iecore, uenisq; in ſan- G
guinem uertuntur. Opere itaque utroq; fruſtrantur in imbecillo corpore: ſuccus.n. ex huiuſmodi cibis prouenit, crudum quem vocant, unde morbi genus omne exiſtunt. Quoniam itaq; in vna quaq; fructus ſpecie multiplex ineſt diſcrimen, prius macerentẽ quædam, & interdũ decoquantur, conſulo, eorum, quæ edenda ſint, vt certum fiat de ipſorum natura periculum. Pater quidẽ meus rerum harum ſtudioſus, hoc pacto amygdalas quoque probabat, nucesq; tum magnas tũ
* Al. glãdibus. paruas, ponticas ſcilicet, quas λεπτοκάρυα uocant. Idem adhibebat* oleribus quoque experimẽtum, fabis, piſis, cicerculis, lupinis, ochris, dolichis, & reliquis id genus oĩbus, maceratis prius illis, aut elixis: deinde, quantũ tumeſcerent, inſpecto. Iam quorſum attinet ptiſſanæ meminiſſe: id enim ne pueri quidem ignorant, omnium maxime commendari, q̃ ſtatim intumeſcit: contra improbari, quæ longo tempore exiguum tumorem acquirit: prior.n. illa liqueſcit, & in ſuccum abit: altera uix colliquabilis eſt, &, quum in duritie perſtet, pauxillulum omnino q̃d ſucci remittit. Sunt tñ in ſeminibus cerealibus quædam, quæ natura minime intumeſcunt. Græci ex ueteribus quidam uocarunt hęc ἀτέραμνα, quaſi indomita. Ad hunc planè modũ triticum quoq; explorabat genitor, farinæque ad hæc copia: bonum.n. quod eſt, farinæ uim multã edit: q̃d verò malum, paucã. Quamobrem diligẽter ipſe quoq; q̃ diximus, auſculta: cõiter.n. ad ſemina omnia ra- H
tio hæc pertinet, fructusque, quoſcũque tãdẽ reponere poſſis: quã ego, paterque tẽpore multo ac diutina experientia exploratam habuimus & ſtatutam. Porrò clarũ eſt fructus, vt reponi poſſint, idoneos me eos eſſe dicere, qui ante q̃ putreſcãt, ſiccãtur: ſunt nanque, q̃ hoc ferre nõ poſſint, ut mora, & qui pepones & melopepones vocantur, tum perſica, & quæcunque eiuſdẽ farinæ ſunt, quæ prius, q̃ ſicceſcant, putreſcunt. Sũt tamen, qui cucurbitas in minuta fruſta conciſas exiccent, ſicut alii ventres. Fungos quidem malos eſſe indicium inde ſumi maximum cenſent, q̃ ſiccari nequeant. Nam de prunis quid attinet dicere: quæ non modo Damaſci, aut in Hiſpania, verũ etiam apud nos reponi, nullus eſt, qui ignoret, ſic ut in fructibus pauciſſimi ſint, qui ſiccari non poſſint, exceptis peponibus (uti diximus) & melopeponibus; & armeniacis, & perſicis, & iis, quæ Romani præcocia vocant. Ficus nanque ipſæ quoque ſiccatæ p̃durãt, & cucumeres nõ aliter, ac cucurbitæ. Cæterum hæc quoque hyeme, quum uſui adhibentur, ad eundem modum exploranda veniũt: q̃.n. cito ex aqua maceratione capiunt, ſiue ea elixes, ſiue minime, bonitate eiuſdem ſpeciei cætera vincunt: vitioſa verò ſunt, quibus longo tempore id contingit, tum tumoris minimũ acquirũt. Scito igit̃ cibos, q̃ cito intumeſcunt, non ſolum ad cõcoquendum potiores eſſe, ſed ad ſucci etiam bonitatem, cuius gratia ſingula tractantur hoc libro: eſt.n. eorum,

quæ

A quæ ſtatim in tumorem aſſurgunt, natura melior, q̃ & facilius concoquantur, & laudatiores ſuc cos procreent. Nihil.n. æque ad ſucci bonitatem facit in cibis omnibus, q̃ ſi probe in uentriculo concoquantur, ut qui ſecundam, & tertiam concoctionem facilius admittant. Noſti autẽ ſecun- dam concoctionem in iecore ac uenis abſolui: tertiam uerò in partibus ſingulis, quæ nutriũtur, cuius cauſa duabus illis prioribus egemus. Quæcunq; n. nutriuntur, ita demum nutriẽtur, ſi, quæ illa nutriunt, qualitate immutentur, & ijs, quæ nutriuntur, aſſimilentur: porrò quæ præparata, at que ante concocta fuerint, crudis promptius immutantur: etenim mutuo ſe concoctiones exci- piunt, eam, quæ uentriculi eſt, iecur: atq; huius ipſius concoctionem partes, quæ nutriuntur, atq; ita corporis quidem partibus omnibus alimentum præparat iecur: huic uentriculus: uentriculo os: ori quædam aſſatio, quædam elixatio, quædam frictio in ſartagine, aut ſimplex aliqua mace ratio: omnibus autem his natura gubernatrix plantas fructus ferentes præparat: ſunt q̃; eorũ ali- qua, quæ ipſa profert, quibus nec elixatione, nec aſſatione, nec maceratione, neque uerò prepa ratione alia opus ſit. Atque hæc in uniuerſum meminiſſe expedit cibis omnibus communia.

A.l 1.f.1.d.6, c.2.f.26.a

Animalium partes quædam, quo ſucco conſtent, Inteſtina, Ventriculus, Uterus, Caudæ, Colla, Alæ, Auriculæ, Oculi, Suilla caro, Hedina, Agnina. CAP. 6.

B IAm ad alia priuatim tranſeundum, ſiqua dicendo prætermiſimus. Sunt hæc in animaliũ qui- dem partibus inteſtina, uentriculus, uterus, auriculæ, oculi, caudæ: in ſeminibus cerealibus, ma xima horum ipſorum pars, ſicuti ſanè olerum quoq; ac †ſtirpium, quas fugaces uocant. Itaq; in- teſtina, & uentriculus, & uterus duriore ſubſtantia conſtant, q̃ caro: & quo duriore, eo ẽt conco ctu difficiliore. minus præterea, quàm carnes, alunt, minusq; ſucci boni ſunt. Caudæ his etiã ipſis duriores hũr: tum reliqua in his pro duritie proportione rñdent in concoctione & nutritione, niſi q̃ excrementis uacant ob commotionem. Sunt his non diſſimilia uolucrium colla. Auiũ & pedeſtrium animalium uentri nihil conuenit: ſ eſt*. n. auium uenter, craſſus, durus, & qui ob id ægre concoquatur, quiq; concoctus multum præſtet alimenti: ſ† optimus habetur gallinarũ, at- que anſerum, quum tñ reliquæ anſeris partes duræ ſint, & concoctioni aduerſentur, & excremẽ tis redundent, pręter alas. In magnis uerò ſtruthis, quas nunc ſtruthocamelos appellant, ſingu- læ ſunt partes duræ, ægre concoctibiles, & excrementitiæ. In auribus cartilago pars eſt, q̃ neq; alat, & ſicca ſit: obducta his cutis tenuis eſt, & ſicca, tum quæ haud facile concoquatur, & alimẽti parum ſubminiſtret. Oculos pauci edunt: conſtant hi ex ſubſtantiis inæqualibus, ſiquidem alia ſunt natura præditæ tunicæ, alia muſculi, atq; alia cryſtallinus humor & uitreus: ex his muſculi ſo

† *Interpres antiquus ita legit. & plantarũ, & horariorum uidetur. n. Græce legiſſe,* καὶ φυτῶν, καὶ τῶν καλουμένων ὡραίων.

* *Hæc in antiquo deſunt.*

† *Antiquus interpres plane melius hẽt. Optimæ uerò sũt gallinarum, & anſerum alæ.*

C li concoctioni maxime accommodi ſunt in aĩalibus, quibus natura ſit ſucci bonitati idonea: q̃d genus ſunt porcelli ætate conuenienti. Fuerint autem hi hoĩbus, qui quidem ętate uigent, atque exercentur, adulti. ætate aũt inclinantibus, ij, qui etiamnum creſcunt: nam tenellorũ adhuc por- cellorum caro excrementitia eſt.[a] †Quum autem inter animalia pedeſtria optimi ſint ſucci ſues, proxima ab his habentur hœdi, deinde uituli: agnina uerò caro humida, glutinoſa, mucoſaque eſt. A cæterorum uerò animalium, quæ pedeſtria ſunt, eſu abſtineant, cenſeo, qui ſucci bonitatis curam gerunt: ſpeciatim horũ differentias tractauimus tertio De alimentorũ facultatibus libro.

A† *Hæc addũ tum in antiquo interprete: prava ẽt præ duritie, & ſiccitate eſt caro ſenum.*

Seminum Cerealium enumeratio, Ptiſanæ, Fabæ, Lentis, Ochrorum, Dolichorum, Cicercularum, Olyræ, Typhæ, Panici, Milij, Ciceris, Lupini. CAP. 7.

IN ſeminibus cerealibus optimi ſucci cibus ptiſana eſt probè decocta: intelligimus ſanè ſer- mone hoc unà optimum quoq; debere eſſe hordeũ: q̃d niſi tale ſit, bene decoqui ptiſana non poterit ideo, q̃ nec maceratione plurimum intumeſcat, nec cremorẽ reddat colliquatione. Ve- rum de ptiſana prolixius diximus in libris De alimentorũ facultatibus.[b] † deq; curandi rõne, iã uerò in cõmentariis, in Hippocratis librũ De uictu acutorũ conſcriptis: nunc aũt rei totius caput indicaſſe ſatis ſit præſenti orationi neceſſarium, Ptiſanã. ſ. bene præparatã cibum eſſe oĩum mi D nime improbãdum, tum ad ſucci bonitatem, tum ad ſanitatis tutelã: ipſa tñ, ẽt optima quæ ſit, mi- nus alit, q̃ panis: de quo libro primo De alimentorum facultatibus diximus. Et fœnum græcum quidem, ſiquis frequenter eo utatur, ſucci boni non ſit: ptiſanam uerò ẽt ſi ad ſaturitatem uſque quotidie ea utaris, nihil ſuccorum bonitati offeceris. Affirmarẽ idem de faba, niſi flatuoſa eſſet: nam nec ſuccum malum procreat, nec meatus infarcit, in quibus ſalubrium ciborum ſumma uer ſatur: ineſt hoc illi, p pea, quòd qualitate, ac facultate prędita ſit abſterſoria, ut hordeũ. Piſum fla tuoſitate quidem caret: non æque tñ, ut faba, abſtergit. De lente, quòd & malum & melancholi- cum ſuccũ gignat, nemo fere neſcit: ea, ut medicamento, utimur plerunq; in affectibus plurimis: ſed non eſt nunc tractandi iſta locus. Ochri, & dolichi, ſicuti iam dictis bonitate inferiores ſunt, ſic cicerculis præſtant. Olyra proxime ab hordeo locat: ab hac aũt typha. Panicũ uitare ꝑpetuo debes, μελίνην uocant ueterum nonnulli. Milium eſt quidem ſemini huic affine, at minus tñ pra- uum. Cicer, ut alat, ſatis mali certe ſucci eſt, & nihilo ſecius, q̃ faba, inflat, coeundi deſyderiũ au- get, ſeminiſque unà multum gignit. Lupinus ſucci bene craſſi eſt: idem, quòd ſatis alat, liquet, ſi- quidem craſſo conſtat ſucco, neq; tñ ſucci mali habetur. Leguminum aliorum ne meminiſſe qui dem conuenit in ſuccorum bonitatis cenſu, ut quæ mortales, niſi annonæ caritas urgeat, ne ad ci bi quidem uſum adhibeant. Satiſq; de leguminibus dictum: deinceps de fructibus dicamus.

B† *Hæc etiã ad ſunt in ueteri interprete. ubi de ptiſana, & de alphitis am plius pertranſi ui: ſed non eandem habent alphita ptiſanæ bonitatẽ ad eu chimiã uel ſanitatis cuſtodiam, neque mazа: cõmaſſatũ .n. eſt ĩ alphitis hordeũ, & ꝑpea ſiccat ptiſana humiditatẽ. eſt aũt & uiſcoſus humor eius, ſicut & fœnugraci, nõ habẽs obſtruere, ſicut & colloſi proprie a Praxagora, & Philotimo uocati humores.*

Fructuum

Fructuum natura in ciborum cenſu, Caſtanearum, Fugacium, Mororum, Ficuum, Vuarum, Caricarum, Cotoneorum, Punicorum, Pyrorum, Meſpilorum, Cucumerum, Peponum, Melopeponum, Cucurbitæ, ad hæc Olerum quorundam, ac Radicum. CAP. 8. E

SVnt aũt ex ijs, quos quercus ferunt, oẽs fere ſucci mali, exceptis caſtaneis glandibus, quas uocant: q̃, ſi recte eas conficiat uentriculus, alibiles fiunt, ac craſſi ſucci, minime tñ mali. In cæteris fructibus ij, qui fugaces uocantur, mali oẽs ſucci ſunt: q̃ ſi in uentriculo præterea corrumpantur, non lõge a uenenoſa materia abſunt, quemadmodum mora quoque: quæ ipſa, ẽt ſi perſicis ac prunis minus mala ſint: corruptelam tñ nihilo minus ijs malam experiuntur. Opora, ſic priuatim à græcis uocata, qua ficus & vuæ continentur, his quidem melior eſt: non parum tñ diſcriminis ſortitur, q̃ uel exacte maturus fructus ſit, uel nondum talis. Exacte.n. maturæ ficus prope innoxiæ ſunt, deinceps ab his matura vua: hæc porrò, ſi ſuſpendatur, flatuoſitatem omnem abijcit, prorſusq́; inculpabilis euadit. De caricis ſiquis contraria pronunciet, uera dixiſſe uideri poſſit, eſſe eas tum mali, tum boni unà ſucci, morbificas & ſalubres: ſalubres quidem & boni ſucci, ſi uentriculum pertranſeant, diſtributumq́ue inde alimentum iecur permeet, ac renes: mali uerò ſucci, ſi diutius morentur, & quæ pediculorum uim gignant. Eædem, ſi cum nucibus, aut eodem ẽt modo, cum amygdalis, mandantur, cibum optimum exhibent: & cum amygdalis quidẽ, quaſi quæ deobſtruendi, & abſtergendi ui polleant: at non perinde tamen, ac nuces, ſucci boni ſint, nec æque alant: cum nucibus autem unà omnino meliores ſunt. Atque ex iis, qui uenenorũ compoſitionem tractarunt, nonnulli omnibus alexeterium eſſe affirmarunt, ſiquis caricas prius cũ nucibus unà ac ruta aſſumat. Reliqua fructuum genera, quæ græci ἀκρόδρυα uocant, ſucci mali ſunt, maximeq́; ſi fructus ſint agreſtium arborum, fruticumq́; de quibus copioſius tractauimus in ſecundo De facultatibus alimentorum libro. In pomis autem, & punicis, pyriſque, & meſpilis, uſus ut medicamenti eſt potius, quàm alimenti, ſtomacho, uentriq́ue corroborãdis. Inter fructus cenſentur cucumeres quoque, & pepones, & melopepones, quorum nulli ſuccus bonus inſit, eo, quòd, niſi aluum ſtatim ſubeant, corrumpantur ibi, humoremq́; ex corruptela hac faciãt, qui non longè à mortiferis uenenis abſit. In fructibus huiuſmodi ſola eſt cucurbita, quæ culpa uacet: eiuſdem tamen, ſi in uentre corrumpatur, ſuccus ualde malus eſt: quod in moris quoq; euenit, quæ ipſa etiam, ſi quidem ante, quàm corrumpantur, ſtatim deſcenderint, nihil incommodi afferunt, niſi quis aſſidue iis utatur: quod in uniuerſum de fugacibus omnibus ſcire, ac meminiſſe conuenit. Olerum nullum quidem boni ſucci eſt, boni tamen maliq́; ſucci in medio lactuca fuerit, deinde malua, ab hac deinceps atriplex, & portulaca, & blitum, & rumex. Succi ſumme omnino mali ſunt olera omnia, agreſtia quæ uocant: lactucæ id genus, chondrilla, ſcandix, gingidium, ſeris, cichorium. Stirpium radices, quæ oleraceæ ſunt, ſi quæ acres fuerint, ut cæparum, porri, allii, radiculæ, dauci, malæ omnes: boni maliq́ue in confinio ari radices ſunt & raporum, quæ βουνιάδας etiam uocant, eiuſq́ue quod caron appellant. A.l.4. fol.1. c. 1. fo.416. F G

Differentiæ Auium, Piſciumq́; ex paſtu, ad ſucci bonitatem, & uitium. CAP. 9.

AVium piſciumq́; uniuerſorum propemodum ſuccus bonus eſt, præterq̃ eorum, qui ex ſtagnis, & paludibus, cœnoſiſq́; ac turbulentis fluminibus uictum capiunt: aere.n. utuntur deteriore, minoreq́ue natatione, & alimento peiore, maximeq́ue, ſi ex magna urbe profluat aqua, qua cloacæ, balnea, ac culinæ repurgentur, ueſtes ac lintea eluentium ſordes. Caro namq; animalium in aquis eiuſmodi degentium deterrima oĩum fit, potiſſimum quidem quum in aqua ea tantum uictitant: quæ ſi meliori ẽt admiſceatur, ſic quoque tamen deteriores ſunt piſcibus in puro mari degentibus. Culpa enim propè omni uacant, quicunque in mari uerſantur dulcis aquę experti, cuiuſmodi ſunt, quos pelagios uocamus, & ſaxatiles, qui cæteros ſucci bonitate, ac cibi ſuauitate longe antecellunt: tales igitur ſumpſiſſe perpetuo tutiſſimum fuerit. Quod ſi aliquis ex illis ſit, qui ex aquis vtriſq; uictum capiunt, ut capito, lupus, gobius, murena, cancri, anguillæ; quærendum prius, vbi nam captus ſit: tum iudicandum de hoc ex odoratu & guſtu. Nam, qui in aqua degũt uitioſa, grauiter olent, inſuaueſq́; ſunt, ac mucoſi, pinguiſq́; ad hæc plus aliis habẽt, ac cito putreſcunt: at, qui in mari uerſantur puro, cum odore inculpato ſunt, tũ guſtu ſuaues, pinguedineq́ue aut minima, aut nulla; ac longiſſime perdurant citra putrefactionem, præcipue, ſiquis eos niue circundet. Hoc planè nomine commendantur etiam magis, qui duriores habentur, ut qui carne conſtent friabili magis, æque ac ſaxatiles & aſelli: quod.n. natura his adeſt, id dura carne præditis conciliat nix. Atque hoc cauſæ eſt, cur contrariiſſimam carnis ſubſtantiam habeant capitones, qui ex puro mari petuntur, & qui in uitioſa aqua diuerſantur. Nec diſſimiliter ſe habent gobij, lupiq́ue, hisq́ue adhuc etiam magis reliqui. Quin murenæ quoque ipſæ in huiuſmodi aquis deterrimæ. Anguilla porrò, ẽt ſi ex aqua ſit pura, nedum ex ea, quæ ciuitatem, uti diximus, expurgat, nequaquam ſucci boni edulium fuerit. Pro aliměti etiam diuerſorum locorum differentia ipſi ſe ipſis piſces meliores, deterioresq́; reddũtur, qui guſtu facile atq; odore deprehenduntur, ſicuti muli: in his enim peiores ſunt, qui carcinade ueſcuntur. Reliquorum caro materia conſtat duriore non modo quàm ſaxatilium & aſellorum caro, ſed etiam capitonum, lupo rumq́; & aliorũ pelagiorum: ideoq́; quum & ægrius concoquatur, & alimenti plus præſtet, ſucci H

mali

A mali nihil interim obtinet. Tractatumq; à nobis est prolixius de alimentis omnibus, commentarijs tribus De alimentorum facultatibus, inscriptis: & oportet sanè eum, cui salubris uictus cura sit, tum illa in memoriam diligenter reuocare, tum omnino opus De tuēda sanitate nō negligere, cuius pars est De alimentorum facultate liber: Verum de attenuāte quoq; uictus ratione, quæ crassum facienti contraria sit, conscriptus est liber alius, sanitatis studiosis in primis utilis.

Communis alendi corpora methodus pro horum ipsorum diuersitate. CAP. 10.

CAeterum illud de operibus his memineris velim ante omnia, qui alimentorū materiæ facultates exacte teneat, nisi idē corporum naturas cognitas habeat quib⁹ adhibēda ea sint, cum nōdum neque auxiliorum, neque uerò salubris uictus rationis, scientiam assecutum: sunt .n. corporum quædam densa, nec perspirabilia: quædam rara, & quæ facile difflētur. Ac prima quidem alimento opus habent humidiore, altera uerò sicciore: & hæc quidem glutinosiore, illa tenuiore: hæc minore, illa uberiore. Ad eundem planè modum, quicunq; sanguinem hēnt plus iusto melancholicum, his alimentis opus est temperamento calidis & humidis: sicuti frigidis & humidis, ijs, qui biliosiorem: qui pituitosum, calidis & siccis. Quibuscunque uerò sanguis bon⁹ multitudine, excedit ijs alimenta ex usu fuerint pauciora illa quidem, sed quæ facultate nulla p-
B dita sint manifesta, quæq; medium teneat, ut nec euidenter calefaciant nec frigefaciant, neq; uero humectent, aut exiccent: eodemq; modo crassitici ac tenuitatis in medio consistāt, nec nō glutinositatis, qualitatumq; huic ipsi contrariarum, fragilitatis. s. & friabilitatis. Inest fragilitas græce κραυρότης, siccis & duris ualde: friabilitas, græce ψαθυρότης, mollibus, & inter humiditatē & siccitatem medijs: utrisq; commune, ut nihil habeant glutinosi: Cui igitur rectus alimentorū constare usus debet, is dignoscat oportet, principio raræ densæq; hominum cutis differentias, deincepsq; ab his uniuersam corporis temperaturam, postremo nū partes corporis singulę tē-
peraturam propriam seruent. Contingit. n. aliquando, ut caput iusto calidius sit, uentriculus autem frigidior: atq; etiam è diuerso sæpenumero, ut calidior uentriculus, caput frigidius reperiatur: idemq; in partibus aliis accidit. At curandi quidem, & incolumitatis tuendæ reliqua rō omnis scopum æque in omnia dirigit: quæ uero alimenta tractat, peculiarem hunc habet, quē primo intueatur, ut optime ea concoquātur: proximeque, ut diductus concocti alimēti succus, cæterarum partium temperaturæ accommodus sit. Videri itaq; ob hæc necessarium possit opus De temperamentis, ijs, qui recte usuri sunt alimentis: tibi igitur, ut in opere hoc exercitato, addam, quæcunque restant de succorum bonitate & uitio necessario scienda, sumpto à uinis exordio.

A.l.3.f.13.t.i c.16.f.287.a

A.l.1.f.3.c.7. fo.62.c.

C *Vini discrimina ex colore, ætate, sapore, eorumq; natalibus, & reliquis id genus: tum quæ cuique temperaturæ conueniant.* CAP. 11.

ERgo, quæcunq; in his aquosa sunt, ac substantia tenui, urinamq; cient, corpori alimentū suggerunt pauciſſimum; crassa uero, ut theræum, & scybelites, ualde nutriunt: distāt tñ inuicem maioris minorisq; rōne, pro crassitatis modo: tale reperitur apud nos uinum Aegis, & Perperine, illis Myrinæ finitimis, hac Pergamo. Summe igitur dulcia sunt theræum, & scybelites: austerum unà ac dulce cilicium, abates, sic ex loco uocatum: medium inter hæc locum tenet, quod ex Aegis est, & Perperine, ut quod neq; exquisite dulce sit, neque uero euidēti usq; adeo, ut ciliciū, adstringendi ui polleat. Nullum est horum non nigrum: neq;. n. uinum reperias crassum unà, ac dulce, quod non idem nigrum quoque sit. Certe, si mustum ex oīum maxime albo uino decoquas, usque eo, ut sapa inde existat, quod nos ἕψημα, i. defrutum, uocamus, colorem nigrū acquirit ad theræi instar. Color est caryino ēt, quod ipsum quoque dulce, niger: niger & therino, sed nō usq; eo, ut caryino, à quo dulcedine quoq; degenerat. Inter alba uina dulce nullum, sed sunt ex his quædam austera & crassa, quædā aquosa & tenuia. Fulua flauaq; alia mediocriter dulcia, ut hippodamantium est, & phaustianum phalernum: alia neutiq; dulcia sunt. His crassiora habē-
D tur rubra: rubris alia, quæ iam colore proxime ad nigra accedāt. Inest alimentum oībus p crassitiei rōne, ideoq; ijs, qui recreatione opus hñt, concedendus est uini dulcis usus, præcipue uero si nihil his uitii fuerit in iecore, liene ac renibus: quibus uero crassius in uenis humor redundat, iis substantia tenue ex usu est: acre quidem, ac uetustum, si frigidus collectus in uenis humor fuerit: qui si frigidus non sit, tum, cui neutrum horum adest, conuenit. Ac odorum quidem ad succi bonitatem præstat, cæterum caput ferit: tenue ciundæ urinæ melius, nec quicq̄ caput tentat. Vitanda sunt, quæ crassa simul & graueolentia, insuauiaq; & austera fuerint, cuiusmodi hr̄ uile bicyū, quod in magnis lagenis adseruatur: in paruis. n. seruatum neq; insuaue, neque graue odorū est, nec crassum ualde: sed nec adstringendi facultate præditū est acerba: uerum ne ipsum quidē boni succi fuerit, sicuti sanè nec mali, sed inter ea, quæ malo bonoque succo constant, medium. Ex iis, quæ optimi succi sunt, phalernum est dulce præsertim: eiusdem generis est fuluum tmolites, quod dulce sit: nā alterum huius genus reperitur austerum, quod succi non perinde boni sit, quē admodum ne aliud quidē vllum fuerit, qd̄ supra modum austerum sit, ēt si stomacho resoluto robur addat, ventriq; maxime calida intemperatura laborātibus. Hac. n. gratia vinis vtimur austeris, vt citā aluum sistamus, alioqui non vsuri, q̄ ea neque alimento diducendo conferant, nec gignendo sanguini, nec succi bonitati, nec ciundis vrinis, nec sudoribus promouendis, neq; vero

subdu-

ſubducendæ aluo. Sed non eſt pñtis inſtituti uini uirtutes, aut vitia oĩa exequi, præſertim quæ ad E
morbos faciunt: qđ igitur propoſuerã, breuibus ſummis cõprehenſum explicabitur. Corporib⁹
bilioſioribus, ſiue naturalis intẽperatura ea fuerit, ſiue qualitercunq; tandẽ acqſititia, nec pha-
lernũ, nec tmolites fuluum, dulceq;, neq; ariuſiũ, nec lesbium fuluum illud & odorum, prædictis
haud abſimile, vtiliter bibunt, ſunt. n. hmõi calida oĩa. Nec bilioſis igitur vinum tale conceden
dum eſt, nec peruſtis, neq; in labore multo, aut inedia, aut mœrore, aut anni tpe, regionibus, vel
cœli ſtatu calido. Idẽ è diuerſo in ijs probat, qui excalfactione opus hñt, ac pituitoſis frigidiſque
intẽperaturis, crudiorumq; humorũ copiã colligentibus, vitã ducẽtibus otioſam, in regione fri-
gida, hyemis tpe, cœli ſtatu frigido atq; humidõ: his oĩbus fuluũ vinũ dulceq; bonũ eſt, malũ ve
rò iis, q contrario mõ ſe hñt, non quatenus ſuccos vitioſos creet, ſed q calefaciat, quos refrigera
re conueniebat: facile nãq; hi, ſi tale biberint, & caput dolent, & febricitant, & neruis aliquo pa
cto tentant. In fuluis verò, ac mediocriter dulcibus (qñ fuluũ nullũ ad ſummum dulce ſit) q ad ni
gredinẽ magis, ac dulcedinẽ vergunt, pinde calida non ſunt, atq; fulua: ergo merito nec capiti
nocumentũ inferunt, nec neruis, neq; ut fulua, febres accendunt. Dulcia ãt uina craſſaq; q aluũ
ſubducant, nullus fere eſt, q ignoret: ſicuti muſtũ quoq; q. ſ. & flatuoſum ſit, & concoctu difficile,
& craſſi ſucci, id vnũ in ſe boni cõtinẽs, q aluũ emolliat: quo ſi fruſtreſ interdum, noxium adhuc F
magis euadit. Vinis oĩbus (q quidẽ nec craſſa valde, nec dulcia nimium ſint, ut theræũ eſt & ſcy-
belites) cõe id eſt, vt tpis tractu colorẽ flauum acquirant, & ſplendeſcentis nõ nihil hẽant, ignis
inſtar: nã nigra quoq; (cuiuſmodi eſt apud nos, quod Perperine prouenit) ueteraſcẽtia, in rubrã
prius aut fuluã qualitatẽ, deinde in flauũ quoq; colorẽ abeunt: ſic albũ quoque, quale eſt bithy-
num aminæum. Inueteratum ita vinũ, cęcubũ Romani vocant, cuius tu deinde genus non facile
deprehendas. Iã hmõi vinum amarum quoq; fuerit, iõq; non pinde potui accommodum. Vina
huiuſcęmodi eorum mangones nouellis admixtis, vt vetuſta, diuẽdunt, impoſtura facta ex ama-
ritudine iis, q vini guſtũ non exacte aſſequunt. Ergo adeo vetuſtorum potus fugiendus, ſicuti no
Hæc erãt in antiquis codi. uellorũ nimiũ: hæc. n. plus iuſto, iſta neutiq excalfaciunt ſ maxime ãt à vinis natura craſſis abſti-
nere conuenit, ſ donec nouella ſint: ſiquidẽ tñ abeſt, vt ad ciborũ concoctionẽ conducãt, vt vel
ipſa ægre concoquant: pterea nec aluum ſubeunt, nec facile diſtribuunt, neque vrinas mouent,
nec ſanguificationi, nec nutricationi conferunt: tũ in ventre diutius moram trahunt ſuſpenſa, vt
aqua: ſiq; de his paululũ quis biberit, prõpte id aceſcit. ſola ea bona eſſe pñt, ſi bibãtur, nouella,
q ſuba tenuia ſunt, qđ genus in Italia eſt, qđ gaurium vocant, & albanum, eorumq; quæ in Sabi
nis & Thuſcis naſcuntur, q̃dam, neq;. n. cuncta hmõi ſunt: ſed circa Neapolim quoq; in imminẽ G
ti huic colle natum Aminæum, q primum bibi põt: tale eſt in Aſia apud nos tibenum, & arſyinũ,
deinde ẽt titacazenum. Atq; hæc ego exẽpli cauſa retuli. Cæterum hmõi vina vbiq; fere gentiũ
repperi, ſed q aduenæ ignorent duplici de cã, cum q pauciſſima oĩno proueniunt: tum verò q
longã nauigationẽ non ſuſtineant, nec poſſint ꝑ ea à mercatoribus in alienas regiones tranſ-
uehi. Promptum tñ fuerit talia vina dignouiſſe, oĩum quidem in primis q ea tenuitate ad aquã
proxime accedant: deinde albedine quoque: quin guſtata videri ẽt aquoſa poſſint, quæque ad-
ſtringendi vim euidentẽ nullã obtineant, interq; diluendum, aquæ multæ mixturam non ferãt:
vnde ea veteres medici paucifera vocarunt. Quinimmo quemadmodum fulua, q potentia cali
da ſunt, ſtatim caput replent, ſic hæc præter id, q nihil vnq; noxæ afferunt, ẽt iuuãt, ſedatis inter-
dum doloribus paruis quibuſdã, quos contenti in ventre humores procreare ſolent. Nam, quũ
caput non ſolum tunc doleat, quum ipſum affectu proprio laborat, ſed ẽt ob vẽtriculum, qui hu-
morum vitioſorum vapores tranſimittat, hmõi dolor vini pauciferi potione ſanatur, cui pauca
inſit adſtringendi vis: nã, q oĩno exolutione languent, vt tibenum apud nos, in Italia ãt non nul-
la ex Sabinis, tanto ſunt iis, q modice adſtringunt deteriora, quanto aquam bonitate vincunt.
Inuenias certe quoſdã, q bus ex aquæ potu dolore caput corripiatur, pſertim verò, quũ ea vitioſa H
fuerit, quippe q cum ipſa corrumpatur, tũ natiuũ ventriculi robur exoluat: qui quum imbecillus
fuerit, ſolent eo ex corpore deferri humores ex bile tenues quidam, id qđ ieiunãtibus ẽt vſu ve-
nit: à quibus noxis maliſq; vinum, quale modo diximus, hominem liberum facit, primũ quidem
ſtatimq; contemperamenti rõne, tum paulo poſt, q addito robore ventriculo, nocumentum is
a ſe deorſum propellat. Nihilo tñ ſecius hoĩ tẽperatura calidiſſima prædito, uel naturali, uel ex
ætate, utilius aqua bibitur, q vinum: ſi qñ uino indigeat, dandum, quod tenue ſit & mediocriter
auſterum. Ad eundem planè modum in cibo omni ac potu præſtiterit, non ſimpliciter ita uno-
quoque vti, niſi diſtinctis vtentium prius naturis. Maxima porrò vini diſcrimina ſunt, ſi quidem
ſpeciatim, ſicuti diſtinximus, cõſiderent, pauca in alijs: neq;. n. lentem aut braſſicam reperias, q
humectet, ſed aliã quidem alia ſiccantem minus, quæ uerò humectet, nullam: longeq; adhuc mi
nus cæparum genus aliquod, aut porri, aut allii reperias, quod refrigeret, ſed magis minusq;
cuncta calefaciunt: neq; ẽt lactucã, quæ calefaciat, aut atriplicem, aut blitum, aut maluam. Neq;
tñ magis minusq; in his permagno diſcrimine diſtãt: at in uinis uetuſtiſſimum, quod Romani, ſi
cuti diximus, cęcubum uocant, ab albo & auſtero, & nouello, craſſoq; uino, tantum diſtat, ut al
terum uehementiſſime calefaciat, alterum ſenſibiliter refrigeret.

De Melle, & Aceto mulſo, huiuſq; in quibuſdam uſu. CAP. 12.

A NEc parua ſanè eſt in melle differentia. Prauũ certe qđ aut male olet, aut guſtatũ extraneę cuiuſdam qualitatis admixtionem detegit, nec mel q̃dẽ cẽſendũ: Inculpatũ uerò mellis differentiæ in eo verſantur, ꝙ magis minusq́; aliud alio dulce, atq; acre ſit: in quo, qđ dulciſſimum ſimul atq; acerrimũ fuerit, primas uirtutis partes obtinet. Mel quidẽ omne, eo, ꝙ potẽtia calidum ſit, id cõmune habet, vt facile in bilẽ vertatur in corporibus calidis, ideoq́; naturis, q̃ pituitoſio res ſunt, cibus eſt in primis accõmodus, ſenilíq́; ætati, ſicuti frigidis quoq; morbis. Acetũ mulsũ ætati quidẽ oĩ & naturæ vtiliſſimũ ad incolumitatẽ tutò ſeruandã: quo viæ oẽs anguſtæ expediuntur, ut nuſquã craſſus glutinoſusque humor hæreat: Eã itidẽ ob rem, q̃ medici ſalubria medicamenta vocant, ea ſunt oĩa attenuandi vi p̃dita: atq; hæc vti ad ſanitatis tutelã tutior eſt ea, quæ craſſum facit, ſic certè habitum bonũ roburq́; p̃ſtare nõ põt. Sunt ãt, qui malint non admodũ tuta valetudine frui, dum bene habiti ſint, q̃ integram ſanitatẽ poſſidere, ipſi interim tenues ꝑpetuo atq; imbecilles. Ex ijs, qui cum bona vnà habitudine ac robore ſani eſſe ſtudent, alij ſibi ipſis viuunt: alij militarẽ aut ciuilẽ vitã ingreſſi, noctu ſurgere coguntur, totamq́; diẽ neceſſariis negocijs obeundis defatigari: quĩ, ſi modo poſſint, ante balneum exercere ſe debẽt, tuncque
B exercitationis parte ea vti, quã gymnaſtici ἀποθεραπευτικὴν nominant: multis tñ ob negotia ne hanc q̃dem adhibuiſſe vacat, qui, ut ꝑpetuo incolumes perſtent, fieri non põt quãtumuis frugali victu vtantur. Qui verò, quæ debent, quoad eius fieri poteſt, exequuntur, rarẽter ęgrotãt. hi planè cibos attingant, neceſſe eſt, alimento multo p̃reditos, qui humores craſſos gignunt: id quod moderate certe faciendum, eoque tempore opportune, quum manifeſto * inediam ſentiunt, reliquo tempore vniuerſo cibis vtendum inter eos, qui valenter parumque nutriunt, medijs.

* ἐνδείας. quã uocem hoc loco aptius fortaſſe (indigentia) exprimet. ab inedia n. alimentis uti, quę craſſos humores gignant, obſtructiones promptę inuehit.

Quomodo in corporis ſquallore diuerſis refrigeratio quærenda, deq́ niuis ad rẽ hãc uſu. CAP. 13.

SEmper tñ ab ijs abſtinendum, qui ſucci mali ſunt; niſi ſi qñ tamen neceſſe ſit æſtatis tempore laborantibus corporis totius ſqualloręm, caloremq́; curare. Quo plane tempore cõmode ſumi prius poma poſſunt, & pruna, & mora, & ceraſa: quin & cucumeris tunc, & peponis, & melopeponis paululũ aſſumi põt: deq́; p̃cocijs, q̃ vocãt, aut perſicis: tũ ex melca, quã ſic Romani vocãt, refrigerata, & aphrogalacte, lactarijſq́; eduliis, cuiuſmodi ẽ, qđ ἀψυχοτρόφημα vocãt: eodẽq́; modo ficus frigidę & cucurbitæ accõmodæ ſic affectus. Atqui temperatus homo aliter oĩno poſſit contractũ ex p̃dictis laboribus corporis ſqualloręm refrigerare atq; humectare: is.n. à balneo epota prius aqua, deinde etiã vino mediocriter aquoſo, tum potione hac oĩ uomitione reiecta,
C aſſumere prius lactucã poterit, olus innoxium iuxta ac refrigerãs: tum deinde ſuillum pedem ex aceto & garo bene elixum, gallinarũq́; alas, aut anſeris, huiusq́; etiã uentrẽ, piſciũq; molli, carne p̃ditorũ frictũ aliquem. Poſſit idem, ſi velit, ex oleraceis quoq; nõ nulla attingere, quæ ſucci non mali ſint, qualis eſt malua, cucurbita: mox uinum bibere frigida valde dilutum, atq; etiam antea ſalſamentum deguſtare, ouaq́; tremula, quæ vocant, ac piſces, ex oleo & garo qui ſumuntur: prę ſtat. n. (ſicuti diximus) aridã corporis caliditatem frigida aqua curare, vitatis ſubinde cibis ſucco malo præditis. Etiam frigida alica ex mulſo & frigido vino eidem corporis affectui remedio eſt, abſque mali ſucci nota. Mihi certe ipſi ſatis plerunque fecit in affectu huiuſmodi, ptiſanæ cremoris bene refrigerati uſus: quo tempore paulo ante dicebam frigidã potari cõmode poſſe. Neq; vnus tamen ſit vnicuiq; refrigerantis cibi potusq́; modus: ꝙ quidem niue vti cõſueuerunt, hac ipſa refrigerent ante: qui verò fontana, eadẽ hac recenti aqua vtãtur, nulla niuis neceſſitate. Sit porrò dilutũ quoq; uinũ ad hũc modũ ante refrigeratũ, ſic nanq; uocare medici ſolent uina antea gelidiſſima aqua refrigerata, uaſe videlicet, quo vinũ continẽt, aquę indito. Atq; hæc ego iis cõſulo, q̃ vitã negotiis plenã degũt, cuiuſmodi ſunt, qui gentibus ac ciuitatibus regendis p̃ſunt, horumque in primis miniſtri: nec ſanè minus q̃ militiã exercent, aut iter lõginquũ ingre-
D diuntur. At, q̃cunq; negocijs his ſoluti degunt, ijs, ſi quidem, ut ſoliti ſunt, ſe exerceãt, per quam raro frigidæ uſus neceſſarius fuerit: ꝙ ſi nõ exerceãt, ac caloris multũ perſentiant æſtate uigente, tutò ij fontanã biberint, repudiata niue. Nã, tametſi ipſa ſtatim nix noxa ſenſibili non uideat iuuenũ corporibus officere, increſcẽte tñ temporis ꝓceſſu, occulta paulatim noxa, uergente nẽ pe etate, atriculi his, neruiq́; ac uiſcera morbis corripiunt, uix, aut nũq̃ ſanãdis: ac ueriſſime certè fit, ut unicuiq; ea potiſſimũ corporis pars afficiatur, quę natura oĩum maxime infirma fuerit.

Cruditatis incommoda: quiq́ ex uarijs ſuccis affectus gignantur. CAP. 14.

MAxime ãt ad ſucci mali, morborũq́; generationem facit cruditas aſſidua, ſiue ea boni, ſiue mali ſucci cibos ſequat: liquet tñ deteriorem eſſe ĩ mali ſucci cibis. Qui, quũ bipartiti ſint in ijs, q̃ ſuccũ gignũt tenuem, morbi fiũt acuti cũ malignis unà febribus: ſiq; in partem unã aliq̃ decũbat ſuccus malus, tũ eryſipelata, tũ herpetes, & ſi q̃s alius p̃terea eſt calidus ita affectus: in iis uerò, q̃ craſſum ſuccũ creãt, articulares morbi, podagrę, nephritides, aſthmata, lienisque ac ie coris ſcirrhoſi affectus. At, quorũ ſuccus malus melancholicus fuerit, cãcri his, & lepręm, & pſoræ, & quartanæ febres, & melancholiæ, & decolorationes accidũt nigræ cũ lienis vnà tumore non diſſimili: quin & nigras plerisque varices, & hæmorrhoidas, attulit huiuſcemodi ſuccus. affectus uerò ex ſuccorũ uariorũ comixtione herpetas faciunt, ulceraq; q̃ φαγεδαινικὰ uocãt, malignaq; omnia, acutas febres, quæ ab intermiſſione reuertuntur, ſic, ut iterum tempore producantur.

GAL. IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE SALVBRI DIAETA COMMENTARIVS.

Hermanno Cruſerio Campenſi interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Rationem victus ijs, qui ſibi uiuunt, inſtituit, pro temporis, habitus, ætatis, affectuum, ſexus, & conſuetudinis ratione.

VNus eſt hic liber peculiarem habens pollicitationem, ut totius præcedẽtis libri pars prima, ubi de natura humana ſermo habetur. Nam in illo, quod receperat, præſtitit, omnibusque numeris abſoluit: & hic, quæ inſtituit, toto opere tradit. Vnde uniuerſus liber, exceptis illis, q̃ his duobus libris interpoſita ſunt, conuenientem ſibi inſcriptionem ſortitus eſt, quam quidam de Natura humana, & Diæta fecerunt: Atque ut eſt prorſus liber de humana natura inculpatus, omnino autem, quæ inter duo hæc uolumina irrepſerunt, culpata; ita liber de ſalubri diæta, ferè caret vitio, vbique cum Hippocratica elementorum inſtitutione coniunctus. Sunt tamen eius loca, cæterum admodum pauca, quæ non abſunt à uitio. At eſto, quod multis uiſum eſt, Polybi.

1 Idiotæ hac debent diæta uiuere,

Ecquos, idiotas, appellat, huius libri interpretes, in quorum quidem incidi commentaria, p̃terierunt: nec unquam ex præceptoribus meis, cum librum prælegerent, quæſiui. Nunc, quãdo commentarium in ipſum ſtatui ſcribere, male prætermiſſum à meis præceptoribus, iuxta atque interpretibus, quos nam dicit idiotas, animaduerti. Nempe hoc in confeſſo eſt, quam infra diætam tradit, hanc Polybum non omnibus hominibus, ſed ſolis præſcripſiſſe idiotis. Atqui hoc libro ſi ſolis idiotis conſuluit, parum recte interpretes libri indiſtincte acceperunt, quaſi ad oẽs in communi homines ſit habitus ſermo. Inuenimus. n. ἰδιώτας à Græcis appellari non ſimpliciter, ſed in relatione ad aliquid. Nam hunc eſſe huius idiotam artis aiunt, illũ illius exercitij. Eſt, cum hos opponant illis, qui genti, aut oppido præſunt, aut omnino publicum aliquid munus obeunt: itaque, qui ueluti priuatam uitam agunt, idiotas hos. i. priuatos, appellãt. Equidem, cum mecum conſiderarem, ecquos de his Polybus uocet hoc loco idiotas, Athletas illum exiſtimaui à cæteris hominibus aperte ſeparare: quandoquidem unam illi diætam in pane conſtitutã, & carnium eſu habent: Poſt iſtos uerò, qui militant, aut peregrinantur, aut etiam pugnant, his n. non eſt delectus habendus, quibus cibus ueſci, aut non ueſci oporteat: his. n. uti cogitur quiſque, quorum datur facultas. Forte autem, qui quoquo modo feſtinanter faciunt iter, nequeunt ullo modo, ut dictat Polybus, rationem habere uictus. Et omnino, quicũq; negocijs publicis diſtinentur, aut uitam degunt, quam uocant πονηρικόν. i. afflictum, & calamitoſum uitæ genus. Quare ad hos ſola, qui propria, priuataque negotia agunt, quos græci ἰδιοπραγοῦντας uocant diæta, quam tradit, ſpectat.

2 Hyeme plurimum comedendum, bibendum quàm parciſſime. Et potus eſſe uinum debet, quàm mureacidiſſimum, cibus panis, obſonia aſſa omnia. oleribus hac tempeſtate pauciſſimis utendum. Nam hac potiſſimum ratione corpus calidum & ſiccum fuerit.

Summa totius diætæ commemorata, recte ad finem orationis adſcripſit, qua de cauſa ſingula

quæ

A quæ dicta ſunt, præſcribat: etenim calfacere corpus & ſiccare inſtituit, adductus tẽporis immoderato temperamento. Quòd ſi moderatũ fuiſſet, vt in vere eſt, moderatam ſeruare diætã mandaſſet: cõſeruanda ſiquidẽ moderata ſunt: quæ modũ excedunt, immutanda. Iã mutatio non niſi ex contrarijs fiat immoderatis: nã, quod vltra modũ corpus, aut iã eſt calfactũ, aut calfit, refrigerari quærit: quod verò eſt refrigeratũ, vel refrigeratur, calfieri. Simili rõne in immoderata humiditate & ſiccitate morbiferas excellentias cõtrarijs admotis repellere oportet. Ac contrariã immoderationem applicare debemus, quę hactenus à tergo mediũ, & mediocre relinquat, quatenus ab illo receſſit morbifera. Quocirca bruma, quia tẽperamento eſt frigido & humido, cõducit, quamplurimum cibi ſumere: bibere autem q̃ parciſſime. Plurimum, hic non ad facultatem referes, ſed ad cætera tpa: itidem bibere q̃ parciſſime, compones cum reliquis temporibus. Eodem eſt modo dictum, eſſe uinum meraciſſimum debere, præ eius alijs temporibus miſtione. Verumtamen ad virium modum, præſentemq; vſum adhibens mentem, ſemper moderabis vinum & cibum offerendum: ſic ẽt ſomnum, gymnaſia, & in ſumma, quęcunq; medicis exercitia appellantur. Nam vinum quidem meraciſſimum & aſſas carnes calfacere ſimul & exiccare, ſi cũ maza & oleribus conferantur, quis eſt qui ignorat? Et panẽ itẽ præ maza calfacere dixeris & ſiccare.

B Atq; hæc quidẽ auctorẽ attuliſſe veluti exẽpla duces. Tu porrò legumina deliges, quæ calfaciũt & exiccant, vt lenticulam: præterea de oleribus, q̃ hac ſunt facultate prædita, vt braſſicam: ſic ex carnibus, quæ ſylueſtriũ ſunt animantium, & quæ ſale conditæ. Sed & mihi quoq; hæc ſunt pro exemplis dicta: nã tota ſingulatim alimentorũ ſylua tribus cõmentarijs, qui de facultate alimẽtorum inſcripti ſunt, conſtat. Itaq; quemadmodũ rectè ſunt hæc de cibis in qualitatibus deligẽdis & uitandis dicta, ſic quæ de quantitate tradidit. Nã cibi, præ alijs temporibus, plurimũ hyeme cõcedemus, memores probe in Aphoriſmis eſſe dictum, Aeſtate & autũmocibos difficillime ferunt, hyeme facillime, ſm locum ver tenet. Quòd ſicui, qua de re hæc fiãt, cognoſcere cordi ſit, docuit & hoc in Aphoriſmis, hi verbis: Ventres hyeme & vere calidiſſimi ſunt natura, q̃ aer id temporis frigidus intro arceat denſando, & penetralibus corporis concludat naturalem calorem: qui eſtate perſpiratione digeritur: at reſpiratione aer attrahitur calidus. Reſpirationẽ voco, cum ſpiritus intrò, & foras per os fertur. Perſpirationem, quæ per totum corpus ſimiliter fit. 1. aph. 18. 1. aph. 15.

3 *At uere ineunte amplius potandum, & dilutius eſt, ac paulatim. Sunt præterea ſumendi molliores cibi, pauciores q̃, atq; panis ſubtrahendus, maza q̃ exhibenda, tum obſonia eadem ratione ſubtrahenda, &*
C *aſſa elixis commutanda: ac oleribus tam uere paucis utendum. Dum æſtatem homo attigerit, tum cibis omnibus utendum mollibus, obſoniis elixis, oleribus iuxta & crudis, & elixis, poculis multo dilutiſſimis, & plurimis, & ut ne magna mutatio ſit, paulatim fiet, non ſubito utenti.*

Ampliorem dixit, & dilutiorem, non plurimum, & dilutiſſimum vere potũ eſſe offerendum. Nam plurimum, & dilutiſſimum æſtate iubet, quæ contrarium hyeme temperamentum habet, bibere. At uer, vt medio eſt inter extrema temperamento, ita mediam requirit diætã, frigidiorẽ illam quidem, & humidiorem, vt ad hyemem: calidiorem & ſicciorem, vt ad æſtatem. Proinde ex his planum eſt, quomodo, quam tradidit ſeruandam æſtate & autumno diætam, interpretari debeamus. Quare id quidem mihi prætereundum eſt: & legentibus ſæpius, ſeduloque attendentibus dicta omnia clara ſunt, vt, hactenus quæ habita ſunt, nullum deſiderent interpretem.

4 *Aeſtate maza molli nutriri, & potu diluto, ſimulq; multo, tum obſonijs omnibus elixis oportet. Atq; his ita, vbi ſit æſtas, uti debemus, quo frigidum ſit, & molle corpus. Siquidem tempeſtas calida eſt, & ſicca, corporaq; reddit & aduſta, & ſqualida. Quare his rationibus obuiandum eſt. Eodem modo, ut ex hyeme in uer, ita ex uere in æſtatem cum deuenitur, cibum deducere, potum autem augmentare oportet, atque in*
D *eum modum annum complendo, ex æſtate in hyemem peruenire. In autumno contra, cibi maiori copia, & ſicciores exhibendi, & obſonia eadem ratione, pocula puciora, ita, vt meraciora. Vt, cum hyems commodaſit, homo perpetuò potu vtetur meraciori & pauciori, & cibo quamplurimo & ſicciſſimo. Nam ita in primis valebit, minimeq; rigebit: tempus enim hoc magnopere frigidum & humidum eſt.*

Quæ in præſentia tractantur, ita ſunt diſſecta, nec ullum deſiderant, qui ipſa interpretetur: quòd omnibus plana fecit Polybus, nec ullam quæſiuerit puram methodum: cæterum, vt ſunt ſcripta ipſa ſola ac per ſe manifeſta ſunt.

5 *Habitibus corpulentis, & multum mollibus, & rubicundis, toto ferè anni tempore uti uictu ſicciori ex uſu eſt: humida enim eſt illorum natura.*

Quemadmodũ temporũ differentiæ aliã atq; aliam rõnem uictus denunciant, ſic habitus corporis: ad quos nũc, abſoluto de tẽporibus ſermone, deſcẽdit. Et, ut accõmodatã diætã demõſtrauit in tẽporibus, ſic in corporũ formis. Nã corpulẽti, molles, & rubicũdi, tales ex tẽperamẽti humiditate eua ſerũt: q̃ cõtra, ac hi, conſtituti ſunt, de q̃bus mox aget, ex ſiccitate. Quãobrẽ conuenit humidis ſiccior victꝰ, ſiccis humidior. Quæ ſi rectè sũt dicta, neminẽ latet, temperatos decere dietã tẽperatã. Atq; tẽperatos uoco, quos nec corpulẽtos, nec graciles, ſed appellãt quadratos.

6 *Duri, graciles, rufi, & nigri, ferè ſemper victu debent vti humidiori: ſiquidē corpora horū ſicca ſunt.* E

Temperamentorū notas in commentarijs De temperamētis oēs ſcripſi, vbi τοὺς σκυφνοὺς, i. duros, & τοὺς προσιαλμένους hoc eſt, graciles, eſſe temperamenti ſiccioris docuimus, ſic nigros quoq;. At rufos non diximus ſicco tēperamento eſſe, cæterū hos, qui illis ſunt colore finitimi, quos flauos nuncupant, qñ & flaua bilis eſt temperamento ſicco. Verum quidā ſcriptores minorem in vocabulis vſurpandis diligentiam adhibentes, cōmittunt, vt rerum doctrinam cō fundant. Atq; ſic non nulli Germanos flauos vocant, qui flaui tñ non ſunt, ſi de nomine exactā rationem ineas, ſed rufi. Quod eſt huius reliquum orationis, tum verè tum clarè eſt dictum.

7 *Corporibus iunioribus vtilis victus eſt mollior, & humidior; nam hæc ætas ſicca eſt, & corpora etiam num ſunt concreta. Senes verò ſiccior victus maiore temporis parte decet, quod id ætatis corpora humida ſint, mollia, & frigida.*

Hic ad ætates tranſit, vbi diuiſionem non plenam fecit, qui eas non in quatuor differentias ſe cauerit, ſed in duas tñ: cum deceret, ſiquidem ætatum temperamenta rōnis victus ſtudebat in- F dices habere, ſicut temperamenta quatuor ſunt, ſic diſſecare ætates in quatuor: ac humidā & calidam ſtatuere puerorum, ſiccam & calidam adultorum, ſiccam & frigidā eorum, qui ætate inclinante ſunt, humidam & frigidam ſenum. Sed puerorum ætatem par eſt eſſe humidam, ꝙ incrementum incidere in aliud temperamentum poſſit nullum. At ætati adultorum, quandoquidem plus iuſto calida eſt & ſicca, vtilis eſt contrariæ diætæ vſus: id quod ēt ad ętatem ſpectat inclinātem & vergētem. Verum de ætate ſenum magna eſt quæſtio, quam neglexerunt propè omnes: de qua paulo inferius, poſteaquā ætates præcedentes ſatis expoſuero, verba faciam. Si.n. confeſſum eſt, pueros plus quidem habere humiditatis, q̄ eſt exuſu inculpate ualentibus, plus ēt caliditatis. (neq;.n. ſimpliciter ſunt, vt adulti, calidi, ſed natiua caliditate, quæ temperata eſt, q̄ in bono ſanguine conſiſtit) ætas, q̄ inter pueros intercedit & adultos, quæ epheborum eſt, adoleſcētulorum q̄; optimo fuerit temperamento. Atqui optimum qñ medium eſt, victus ēt medio eſſe tēperamēto debet, vt neq; humidius eorum corpus, neq; ſiccius, neq; calidius, vel frigidius, reddamus. Verumtamen corpus puerorum, quanquam habeat plus humiditatis, q̄ ſalubris habitus poſtulat, nihilo magis eſt ſiccandū: alioqui incremento prohibeas illos. Sed iā, quia ſenes nō nulli eſſe humidos volunt, alij ſiccos, atq; id vtriq; indefinite; faciendū nobis eſt, vt partim illos eſſe G ſiccos, partim humidos declaremus: quod in commentarijs oſtendimus De temperamentis, ubi ſolidis corporis partibus eſſe declarauimus ſiccos; ſed, quia excrementorum, tēperamenti frigiditate, copia abundant, hactenus dñr humidi. Vnde, ſi ſpectes vtrunq; cōtraria & duplex ab hac ætate indicatio exiſtit medicis, ꝙ ob ſolidarum partium ſuccum temperamentum humectari deſiderent, rurſus ꝙ affluentiam humidi excrementi, deſiccari. Itaq; quò nam modo vtriuſq; poſſis rōnem habere, abunde in opere De tuenda ſanitate diximus. Hoc loco ſatis ſit ſummam illorum, q̄ illic ſcripſimus, retuliſſe. Cibus, potus, & q̄ reliqua ſunt, ſpectent humidum & calidū, quali ſenum ſolidæ partes corporis, quæ ſolæ rectè partes vocantur, humectandæ & calfaciēdę ſint. Rurſus reſpicienda eſt vacuatio pituitoſorum excrementorum. Quare, ſi ex opere De tēperamē tis colligas, & via ſcientiæ diſcas, proprium ſenum temperamentum eſſe frigidum & ſiccum: acquiſititia aūt humiditate eſſe præditos eos, ꝙ multa illis excrementa pituitoſa generantur: deinde illinc profectus ad commentarios De ſanitate tuēda, diſcas quoq; qua ſint victus rōne nutriē di ſenes: clare perſpicies, quod hoc loco eſt obſcurum. Neq;.n. in duo erat humana vita diuiden da: neq; ſenum dicenda corpora humida & mollia; neq; victus eis ſicco temperamento imperā dus. At uero iuuenes cum dicat corpore eſſe concreto, & temperamento ſicco, cōſtat ſolos adul H tos eum dicere, hosq; appellare iuuenes. Proinde & inclinantium p̄terijt, & puerorum ętatem: atque, ut equidem dico, præterea temperatiſſimam, quæ media eſt inter pueros & adultos. Atque adeo deprehendimus ſuum ſibi ipſi eſſe ſuſpectum ſermonem: neq;.n. uno verbo dixit, eſſe ſenes ſicco uictu nutriendos, ſed addidit, plerunque, quod eſt perinde, ac non ſemper: id, quod nec habitui corporis, nec alteri adiecit ætati, nam ſuus cuique corpori eſt victus ſemper deligendus.

8 *Quare pro ætate, tempore, & habitu eſt uictus nobis ineunda ratio: obuiandumq; conſtitutionibus, æſtibus, & hyemibus; nam ita demum optima ſanitate degemus.*

Hæc in ſumma dixit auctor cum clarè, tum verè: quæ ſæpe nos, & multis locis explicauimus.

9 *Et iter facere hyeme uelociter debemus: æſtate lento gradu, niſi ſub ſole iter faciendum eſt.*

Quo pacto iter faciendum ſit ſingulis temporibus, docet. Nam eſſe hyeme eligendam ambulationem ſiccantem & calfacientem: æſtate contrariam ſpectandam, niſi ſub Sole, inquit, iter faciendum eſt. Tum enim feſtinato opus eſt, quo liberemur ocyus ſiccitate & calore, quæ corpori in itinere eiuſmodi comparantur.

Corpu-

A 10 *Corpulentis ocyus eſt iter faciendum, gracilibus lentius: ℈ multis lauacris æſtate utendum, hyeme minus multis. Gracilibus conuenit plus balneum, quàm corpulentis. ℈*

Celer motus augendo plurimùm calorem corpus colliquat. In motibus verò remiſſioribus calor mediocris ſanguificationi, & nutritioni prodeſt: quamobrem animantibus, vt bene nutriantur, adiumento eſt.

11 *Veſtes hyeme mundæ ſunt induendæ, æſtate oleo infectæ.*

Quid ſcriptor magis congruum, quàm quod omnes attulerũt interpretes, intellexerit, ipſe uiderit. Quòd ſi mundas, quia magis calfaciunt, aut halitus non interpellant, ideo vult hyeme indui: & infectas oleo in eſtate, quòd aut refrigerãt, aut halitum obſtruunt, non probo orationem: Nam mundę veſtes, quę denſo contextu ſunt, maximè ſi lacernæ ſint, refrigerant: quo eſt harum commodior uſus: nam oleo quidem infectę, planè ſordidæ ſunt. Neque eſt quiſquam hominum elegantium, qui veſtiri tam ſpurce ſuſtineat, idque æſtate: cum etiam temporis diuturnitate plus calfaciant oleo infectæ, quam mundæ, licet primo occurſu ſint frigidiſſimæ.

B 12 *Craßi, q tenues eſſe uolũt, ieiuni exercitationes cũctas ſubire dẽnt: & cibũ adhuc anhelãtes ſumere, haud dum refrigerati, & prius uinũ bibere dilutũ, non admodũ frigidũ: præterea obſonia ſeſamis parare, & condimentis, alijs q̃, id genus. Ac obſonia maiori copia ſumantur: nam ita pauciſſimis ſatũrabũtur.*

Quod poſtremo loco orationis eſt dictum, nam ita pauciſſimis ſaturabuntur, quidam de omnibus p̃dictis ꝓnunciari uolunt: quidam de obſonijs tũ, q̃ ſeſamis, & ſimilibus uult condiri, alijsq; multis. At, q̃ prædicta ſunt, hæc ſunt ieiunum exercitari: qđ quidem aperte uacuat, ut replet à cibo exercitatio. Ad hæc ab exercitationibus anhelantes cibum ſumere, nõdum ꝑ halitum eorum calore digeſto, aut refrigerato corpore: quã cauſam eſſe, quò q̃s celeriter impleat, liquet. Si uero alia ratione id huius libri auctor uult extenuare, nos prẽterit. Hoc certe noui, iſtud in cauſa fuiſſe, cur multis uiſcera ſint oppilata, in primis iecur: ut etiam à cibo uehementes exercitationes. Prẽterea ijs, qui habent in iecinore arctos tranſitus alimenti, lauacra obſtructiones creãt. Sed hęc omnia unà cum diſtinctis priuatim explicationibus in opere De ſanitate tuenda ſum perſecutus. Reſtat, vt dictionem ipſam conſideremus, in qua ait, & prius uinum bibere non admodum frigidũ, atq; ita orationem inſtituit, quaſi frigidum eſſe illud, non admodum tamen frigidum, iubeat. Cẽterum non ita ſtatim uult ab exercitationibus bibi uinum, ſed prius aquam, quemadmodum athlętę docti experientia faciunt: quippe uinum caput tentat, ſi uel mox à balneo, prę omnibus alijs cibis & potibus bibatur. Non tamen frigidæ poſt exercitationes potio, niſi calidam prębibas, noxa vacat: offendit enim & hæc non obſcure ventrem ac iecur: non nullis etiam neruos. Iam corpus etiam roborat frigidum uinum, ſed auctor id reſoluere uult. Niſi forte aliter erat ſcriptum, & ſit lapſis, qui deſcripſit (nam talia etiam hodie multa cernuntur) qui pro, non omnino calidum, ſcripſerit, non admodum frigidum. † Etenim, qui anhelantibus adhuc præbere alimentum uult, corpore multis vaporibus oppleto, cum vini potione calidi magis illos replere vult: quòd magnopere calidum non ſecus, ac frigidum cogendo ventri atque roborando comparatum ſit: non committet, vt iſtud faciat.

† Ita fortaſſe clarius. Etenim qui adhuc anhelantibus præbere alimentum dignum cẽſet corpore multis uaporibus pleno; illos uini calidi potu magis uult replere. quia autem uino ualde calido, ſimiliter ac frigido ineſt ut cogat, & roboret uentrem, propterea cauet ne hoc fiat.

13 *Et ſemel tantum cibum ſumere, ſuperſedere balneis, duriter cubare, nudus q̃ obambulare, quoad eius fieri poteſt.*

Rectius diceret parum cibi ſumere, quàm ſemel tantum cibum ſumere: ſunt enim, qui ſemel duntaxat cibum ſumunt, & longe plus comedunt ijs, qui bis. At uero ut balneum corpus calfaciendo, maxime foris, ad digeſtionem confert, & digeſtorum appoſitionem: ſic, ſi non laues, contrarijs commodes. Iam durum cubile ſolicitat corpus, comprimit, conſtringitque: itaque eius in omnem partem incrementum interpellat: Eadem ratione nudum deambulare omnes ad cutem attinentes partes refrigerat, tum uero in altum & uiſcera calorem impellit, ut probe quidem coquantur cibi: cæterum quò minus quoquouerſum permeent, obſtat.

14 *E diuerſo, qui ex tenuibus craſſiores uolunt euadere, omnia hi contra, ac illi, inſtituere debent, nec ieiuni quenquam laborem ſubire.*

Contraria ijs, quę obeſis præſcribebantur, hæc ſunt: Anhelantes non ſumere cibum, ſed ubi iam naturaliter reſpirauerint. neque ſemel tantum cibum ſumere, uerum iterum aut ter comedere. Qui uerò contra facit, ac illi qui balneis abſtinent, lauabit bis: ut tamen ſemper in primis tempus à cibo, ſecundo balneo tribuat, interim etiam primo. Ita exercitationes quoque breues & remiſſas obibit, easque a cibo. Eadem ratione molliter cubare, nec nudus in aere uerſari his cõducit. Quæ cauſa eſt, cur † athletæ quaſdam ſtatuunt exercitationes, quę conſiſtunt in hoc, ubi complexibus, uel toto corpore pugnatur, προσάπτεσθαι, & σωματομαχεῖν ipſi uocant, in iis, quibus parare carnem ſtudent, uitantes, ne nudo eos corpore exercitent, nec complexu. Contra, quos extenuatos uolunt, celeri exercitatione, ac citra primum complexum exercitant.

† *Gymnaſtæ: etenim ad gymnaſtas nõ ad athletas id ptinebat.*

15 Vomitus oportet & ventris cataclysmain hunc modum usurpare. Sex brumalibus mensibus uome E
re: quia id tempus æstiuo est pituitosius, & morbi caput tentant, & regionem supra septum transuersum. At, æstus vbi vigeat, vti cataclysmatis: quippe hoc tempus torridum est, & corpus biliosius, & grauitates lumbos, & genua afficiunt, calorq; vrget, præterea fiunt in uentre tormina. Quare corpus oportet refrigerare &, qua eleuantur, deorsum ab his locis subducere.

Ecquæ vocet cataclysmata, ex ijs, quæ sequuntur, auctor ostendit: hæc.n. dicit, quæ lacte constãt, & ex ciceribus elixam aquam, salsuginem, & aquam marinã. Nam alia ab his sunt purgãtia medicamenta, quę totum corpus vacuant. Quare, vt balneatores purgare se balnea dicunt, cum ab illorum lapidibus cœnum abstergunt, & sordes; ita ventris, & intestinorũ cataclysmata pituitã eis & bilem abluunt. Qñ igitur hyeme generatur in ventre pituita, auctor nobis est, vt pituitam vomitibus expurgemus, & bilem æstate innatantem retrahamus deorsum. Verumtamẽ vni uersum corpus si purgare instituas, æstate per ventrem superiorem, hyeme per inferiorem purgabis, vt est in Aphorismis relatum. Nam, quæ in præsenti abundant, his medeberis purgatione, vt tamen per loca, quò vergunt, purgationem instituas: siquidem ducenda sunt, quo tendũt, per loca accommodata: at quibus, ne augeantur, velis obsistere, per contraria loca retrahere debes. F

16 Administrentur cataclysmata corpulentioribus, & humidioribus salsiora, & tenuiora: siccioribus,
gracilioribus, & imbecillioribus pinguiora, & crassiora. Cataclysmata pinguia & crassa sunt, quæ lacte
4.aph.4 *conficiuntur, & ex ciceribus aqua elixa, & id genus alijs: tenuia uerò, & salsa, salsugine, & aqua marina, & quæ eiusmodi sunt.*

Quæ magis incidunt corpulentioribus iubet præberi, quòd pituitosiores hi sint: leniora vero gracillibus, nam sunt hi biliosiores. At verò, quæ sint materiæ vtrorunque, ipse subijcit. Quæ quia interpretem non requirunt, ideo his præteritis ad proxima me conuerto.

17 Vomitus aũt hoc modo irritare oportet, hoĩes, obesi, ieiuni uomãt, currẽdo, aut celeriter eũdo meridie.

Vult crassis, qui vomituri sunt, corpus excalfactũ, quò succi pituitosi, quo plurimo crassi abundant, liquescant. Quinetiam omnium apertio vasorum, & angustorum meatuum raritas hac maxime ratione paretur. Faciunt autem hæc omnia ad facilem, & minime molestum vomitum.

* Græce est γμι χοτυλιον. i. semicotile, quæ capit uncias quatuor cum dimidia. *18 Sit hissopi* quadrans contriti in congio aquæ, quem ebibat, acetum affundens, & sal aspergens, quo* G
sit iucundissimum.

Incidentẽ esse potionẽ velle illum, & qua de cã, non est obscurũ. Nanq; homines crassi, quandoquidem humoribus sunt p̃diti prorsus crassis, & frigidis, ac non nulli ẽt lentis: ideo potionem eorũ incidentẽ vult esse. Cæterũ, quantã potionis, quam prescribit, copiã porrigat, nõ adeo exacte possum dicere, q̃ mensura, quẽ congiũ vocãt, non sit apud oẽs eiusdẽ capacitatis. Si atticum cõgium imperat bibere, nõ mihi ille mos placet, multũ.n. esse vĩ mihi. Erat tamen maioribus in vsu, siquãdo vel lactis sero, vel eiusmodi aliqua ablutione vtẽdũ statuissẽt, magna copia offerre.

19 Bibat tardius primum, deinde uelocius.

Nam, à principio si affatim bibisset, continuo vomeret, prius quàm omne ebibisset, atque succos in uentre contentos abstersisset, quibuscum vna effunderentur, quos primæ venæ habent. Sin autem primo lentius postea omnino bibat largius, ea ratione fiet, vt mediocri tempore continere possit, atq; in tempore impetum ad vomitum capiet, quod tandem magis affatim bibat.

20 Graciliores, & imbecilliores à cibo vomitum prouocent hunc in modum. Calida loti præbibant meri
heminam, mox omnis generis cibos ingerant, nec in comedendo bibant, nec à cibos, sed contineant se, dum H
quatuor stadia quis progrediatur. Deinde illis in potum triplex uinum miscebis, austerum, dulce & acidum. primum meracius, & paulatim, longoq; temporis interuallo, deinde dilutius, celerius, & affatim.

Calida lotũ prębibere mãdat poculũ meracius, hac, vt conijcimus, inductus rõne. Calido balneo totũ corpus calfit, humores colliquantur, uasa euadũt laxa: q̃ & ipsa uinum meracius prestat: eademq; opera uiris robur conciliat, cuius habere maximam rõnem in gracilibus vĩ. Mox, inquit, omnis generis cibos ingerant: cuius nõ eandem oẽs rõnem, qui hunc librum enarrauerũt, scripserunt. Nam quibusdam ex illis uarios cibos offerre vĩ, q̃ inter sese mutuo dissidentes minori negocio vomitũ cieãt. Alijs, quo plus ingerant: quippe simplices, & vnius speciei, mox saturãt. Præterea non illis cõcedit statim bibere, ut cibi statim nõ supernatent, qđ cauet. Et ne istud accidat, tempus ẽt constituit interea, quod commorentur, nutritioni sufficiens. Ipsumque adeo tempus pronunciauit, dũ quatuor stadia quis progrediatur. Quę postquã ita preceserint, dat bibere uina tria, q̃ inter se sũt diuersis qualitatib. Nã ex his vinis hoc esse austerũ vult, illud dulce, aliud acidum. Sed hoc ẽt loco causam reticuit, quamobrem id præscribat. Qui uerò ad eius sensum diuinationibus aspirant, dñt, austerum ipsum administrare ob instrumentorum, per q̃ vomitur, robur: dulce, vt uomitum concitet, ad hæc, q̃ fundat humores dulce uinum: acidum, ut abstergat, q̃

uentri

A ventri ſunt infixa. Forte verò & cibos illis p̃ſcripſit diuerſis qualitatibus, vt hi ventrem confirment, illi vomitum irritent, alij ſuccos abſtergant impactos. Verum qđ frequenter in ſodalium meorum & amicorum cærerorum congreſſibus dico, non tacebo in præſenti. Nõ parũ eſſe iſtorum delictum cenſeo, qui rationalem ſectam vẽditant, qui ea, q̃ dictant, pronunciant, tanquam edicta regia, omiſſa eorũ ratione. Nã multo erat ſatius ipſum libri ſcriptorẽ, ſingulorũ præceptorũ vim exprimere: vt fecit Hippocrates in libro De ratione victus in morbis acutis, vbi de ptiſana refert. Nã viſcoſitas eius lenis, continua, iucũda, lubrica, & modice laxa eſt, ſitim arcet, &, vbi ablũtione opus eſt, facile deſcendit, nõ adſtringit, nõ vellicat grauiter, neque in vẽtre intumeſcit. Similiter de aqua mulſa, vino, oxymelle, & lauacris ſcribit: vt initium habeamus viæ, qua non nulla ab ſcriptore omiſſa, q̃ cũ eius ſentẽtia ſunt cõiuncta, adijciamus. Etnunc quidẽ cũ alia protulit nõ addita cauſæ ratione, tum q̃ bibendũ eſt vinum primum quidem meracius, & paulatim, & tractim, deinde dilutius, celerius, atq; affatim, cogimur nos mẽtem cõiectare, qua ſcripſit. Eſt verò cum omnis alioqui ambigua coniectura, tum ſanè maxime, vbi hominis ſententia etiamnũ ignoratur. Proinde dilutius bibere vinum, celerius, & affatim de his qui cupiunt vomitum, non abſonum videatur dictum eſſe, quandoquidem his, qui retinere volunt, & concoquere alimen

De uict. rat. in morb. acut. cõ. 1. t. 18. 7 110. h

B tum, contraria cõferunt, meracius, paulatim, ac tractim. Quare aũt, q̃ omnino retẽtioni ſunt cõgrua, hæc offerat prima iamiam vomituris, nõ habeo, quod probabile afferam. Fortaſſis horum auctori non alienum videbatur, quod interpretibus non nullis probatur: quando hoc illi propoſitum eſt, vt vires hominum gracilium, quibus hęc dictat, ne proſternat: ideo primum eas confirmat, ac mox ad cientia vomitum progreditur. Verumtamen ad vires conſtituendas tempus, quod à cibo ſumpto dabatur, ſatis erat. Alijs item aliud, vt dixi, videtur, non tamen numerandum vt neceſſarium, quod demonſtrationibus ſtabilitur ex ſcientia profectis.

21 Qui conſueuit bis menſibus ſingulis uomere, rectius ille duobus deinceps diebus uomat, quàm quintodecimo quoque die: alij plane contra faciunt.

Et huius quoque oportebat rationem ſcriptorem cum primis apponere, quando præter diſtinctam vllam declarationem dixit de vomentibus, bis quoque menſe, Video enim eſſe, qui vacuationis gratia vomunt: vt alios, qui vnum diem in menſe ieiunant: & quoſdam, qui humorem hunc ventri impactum, aut viſcidum, aut craſſum expurgant. Sed nihil tamen cauſæ eſt, quin per interualla iſta faciamus, non continuis duobus diebus.

C *22 Quibus utile eſt reuomere, aut quibus ſunt alui aſtrictæ, omnibus conuenit his crebro in die cibum ſumere, & eſculentis uti uarijs, ac obſonijs uarie paratis, uina item bina bibere, uel terna. At qui cibos non reijciunt uomitu, uel aluis ſunt prædi*ti ſanis, his ex uſu eſt, ut faciant illi modo contraria.*

* In aliquibus græcis codicibus legitur non ὑγιέας .i. ſanis, ſed ὑγράς i. humidis. ac fortaſſis melius, ut ponatur aſtrictæ aluo, cuius paulo ante meminit.

Qui ventrem purgare, aut corpus uacuare modice uolunt, his confert ciborum uomitus. Atque hos ſæpius uult cibum ſumere, eumq̃ uarium, & diuerſa uina bibere. Contra eos, qui uolunt uomere, uentresq̃ habent plus æquo humidos, ut querant ſiſti, hos nec frequenter comedere, & uariis cibis & uinis abſtinere. Nam ſemel cibum capere, & eum unicum, uinum item vnum bibere, intereſt ad hoc, ut venter illa & retineat, & coquat. Contraria verò ægrius concoquuntur, tum in uentre commorantur. Et pro ciborum qualitate, & ordine ſumptionis, aut innatare illos, aut excerni per aluum contingit.

23 Pueri infantes diu ſunt calida rigandi, iiſq; uinum dilutum exhibendum, quod prorſus tamen frigidum non ſit, idq; offerendum, quod minime uentrem attollit, & flatum creat. Atqui hæc facienda ſunt quo minus tentent conuulſiones, ipſiq; creſcant, & melioris coloris fiant.

D Quò hęc dicta diæta ſpectet, ipſe enarrauit, nempe enim ut minus tentent cõuulſiones, ipſiq; creſcant, & melioris coloris fiant. Nam calida qui multo pueri tẽpore rigantur, molles pmanẽt: id quod conuulſionibus reſiſtit. nã conuulſiones ipſe Hippocrates frequentiores eſſe dicit corporibus cõtentis, q̃ remiſſis & laxis: tum mollia corpora facilius augentur, q̃ in omnem partem facilius intendantur. Atqui, q̃ à conuulſionibus libera ſunt, probeque creſcunt, his totum eſſe habitum ſalubrem id latet neminem. Ergo id ipſe uno inſigni prouidit non contemnendo, boni coloris. Et uerò etiam uinum hos dilutum iubet bibere, nolens eos nimium caleſcere, idque, quòd non raro laborent conuulſione, quod quidem neruorum imbecillitati, & uoracitati acceptum referunt. Ideoque uinum eos non frigidum bibere imperat. Atque uinum, quod eſſe eiuſmodi debet, ut minime ſit flatuoſum, omnibus iuxta, nedum ſolis infantilibus commodat.

24 Mulieribus ratio uictus eſſe ſiccior debet, commodiores enim ſunt cibi ſicci mollitiei carnis: ut item pocula meraciora conferunt plus ad ſecundas, & fœtus nutriendos.

Mulieribus ſicciorem rationem uictus p̃ſcripſit, q̃ qualis eſt, ipſe ſubiicit. Cęterum hęc opinio auctoris controuerſa eſt. Etenim, ſi mulieribus eſſe humidis præter naturam ſit, in intemperatis naturis, & ægrotantibus humido morbo, recte illas ſiccaret. Iam, cum eis hoc ſit naturale,

tuendum eſt: niſi ſalubrem mediocritatem excedat: ſed illud nos etiam in viris ſpectamus. Nam E
& his natura comparatum eſt, vt mulieribus ſint ſicciores: qui vbi iuſtam ſiccitatem ſuperent, ibi
eorum intemperiem contrarijs corrigimus.

25 Qui exercitantur, his hyeme conuenit currere, & luctari: æſtate luctari quidem parum, currere verò haudquaquam: ſed deambulare multum in frigore.

Exercitationum differentias, quę anni temporibus ſunt peculiares docet, quæ hyeme calfacere valent & exiccare: æſtate contra.

26 Qui curſu defatigantur, hos oportet luctari. qui uerò defatigantur luctãdo, currendum his eſt. Nã ita laborans partem corporis defatigationi obnoxiam, calidã conſeruet, roboret, ſimulq; maxime recreet.

Si ita omnia medici rationales conſcripſiſſent, non fuiſſent verborum fundendorum locus interpretibus relictus. Id autem dico, vt addatur cauſa, cur ita nos agere iubet: id quod fecit hoc loco Polybus.

27 Si hos, qui exercitantur, maxime alui profluuia arripiunt, ac excrementa cibum referunt, ſuntq; cruda, de exercitationibus detrahere debent, non minus tertiam partem, & de cibis dimidiam. Conſtat enim non ualere uentriculum aceruum ingeſtorum ciborum omnem calfacere. Sit his cibus panis, quàm poteſt fieri maxime, coctus, in uino intritus: potus quàm pauciſſimus & temperatiſſimus: caueant q; à cibo deãbulare. Hoc autem tempore ſemel tantum oportet illos cibum ſumere: nam hoc modo uentriculus maxime calfaciat, ciboſq; vincant. Porrò modus hic alui profluuij, corpora, quæ carne ſunt denſiore, frequentior exercitat, ubi compellatur homo, quando ita eſt natura comparatum, ueſci carnibus. Venæ ſiquidem conſtipatæ, cibos non ſuſcipiunt comeſos. F

Nõ videtur hic de exercitantibus ſeſe gratia ſanitatis loqui, ſed de his, q munus aliquod obeunt gymnaſticum, vt non detur illis eius omnino dimittendi facultas, aut admodum multũ remittendi. Propterea de illis detrahit, de exercitio tertiam partem, de cibis dimidiã. Nã hactenus ſperat ita cibũ ſuperaturos, vt non iã aut cruditate laborent, aut alui profluuio. Cęterũ hic quoque ſuo officio functus eſt, q̃ eorũ adſcripſerit rationem, qua adductus, hæc ipſa, & q̃ hic ſunt dicta, p̃ſcripſerit. Nã modus, inquit, hic alui profluuij hos qui carne ſunt cõpactiore, capit, vbi carnes comedere cogãt. Vbi de gymnaſticis verba ſe facere ſignificauit: hos etenim comedere carnes cogunt. Ac ſubiungit. Venæ conſtipatæ cibos non ſuſcipiunt comeſos. Quod obſcure dixit. G
quare interpretes putare cõpulſi ſunt, conſtipatas enim dicere pro induratis, & quæ ægre intenduntur, vt non excipiant alimentum: qd̃ denotari aiunt, ex hoc, Cibos non ſuſcipiunt. Sed iſtud digeſtionem citius, quàm lædere concoctionem conſueuit, vt excernant illi humida q̃dẽ, at non cruda tamen. Atqui dixit ante, cruda hos, & q̃ cibum referant, deijcere. Verum, quando adſcripſerit rationem, qua fretus ea conſuluit, quæ conſuluit, & ẽt num tenemur implicati; quid in his orationibus fieri exiſtimabimus, quibus cauſam, quare facere illa nos iubeat, nõ adſcripſit: Eq̃dẽ niſi de his, Carne q̃ ſunt cõpacta, adſcripſiſſet, hærere me ingenue faterer, vt in multis alijs: in q̃bus cum nihil eiuſmodi depoſuerit autor, audaciſſimi iſti interpretes, qd̃ in mentem venit, pronunciant. Iam, quia p̃ditorum compacta carne meminit, quo commentarentur illi quoque, quod utile eſſet de his naturis, anſam p̃buit. Hi enim citiſſime plenitudinem aceruant, q̃ non ſatis perſpirationis habent. Vnde fit, vt cũ cohibeatur diſtributio, prorſus humida euadant excrementa: interdum nõ humida ſolum, ſed & tenuia, & præter cæteros, voracibus. Nam cum ex deglutitis aliquid in corpus digeritur, reſidua promptius venter cõcoquit. At verò, cum ciborũ in eo p̃maneat aceruus, ſiquando eum degrauent, ſemel deijcit prius vniuerſos, q̃ ſint cõcocti. Potuit etiam per venarum duritiem, quia intendi multum nõ poterant, digeſtio impediri alimenti. H
Verum talium naturarum, quo pacto haberi potuit ratio, ſcribere ipſum oportebat, inſtituto cõtrario. Siquidẽ totius habitus ſunt ſcopi raritas & mollities, q̃ molli frictione, & multa pinguedine † in ſolijs fiũt. Hic verò ſymptomatibus immoratur, ac eorum negligit interim veluti radicem reſecare. Iam in præſenti oratione iſtud quoque dicit: conſtat enim non valere ventriculum aceruum ingeſtorum ciborum omnem calfacere. Atqui, ſi verè incuſauit habitus denſitatem, & venas cibum non ſuſcipientes, iniuſtè de ventriculo conqueritur. Quòd ſi hic eum quis vera dicere admittat, ſequentem etiam diætam recte eſſe dictam concedet. Panem percoctum, potum temperatum & pauciorem, ſemel cibum ſumendum, nec à cibo deambulandum.

† Ex antiquis cod. ita legẽdũ. lõgioreq; in ſolijs mora fiunt.

28 Eſt hæc quidem præceps natura, & ad partem vertitur utranque, parumq; uiget bonus habitus in eiuſmodi corporibus.

Bonum habitum appellauit, compacta carne præditam naturam, æque ac ſi dixiſſet, celeriter facientẽ mutationes. Itaq; ſubnectit. Et ad partem vertitur vtranq; hoc eſt, ad bonum habitum, & contrarium. Præterea addit: Parumq; viget bonus habitus in eiuſmodi corporibus. Nam in cõmentarijs in Aphoriſmos oſtẽdimus bonum exercitatorum habitum præter ſanguinis repletionem

A tionem & carnis, robur conſeruare naturalium facultatum. Sed, vt illic ſummam habitus bonitatem eſſe periculo oſtendimus obnoxiam, quam non cito rara corpora conſequuntur, ita vſu venit his, qui corpore ſunt compacto, poſtea quàm velociſſime propter difficilem per halitum digeſtionem his generatur, cogiturq́; ſ. è veſtigio euerti, celerem obtinent generationem, & diſſolutionem.

29 Habitus verò rariores, & hirſutiores, carnium eſum magis admittunt, & labores. Suntq́; his boni habitus diuturniores.

Quòd corpora hirſutiora cutem obtinent rariorem, itemque genus carnoſum, in libris De temperamentis didicimus. Quare hæc meritò ſanè commodius ait eſum carnium ferre, nempe, quæ tranſpirãtur: & labores, quòd minus ſint laſſitudinibus obnoxia, id quod etiam in libris de tuenda ſanitate traditum eſt. Quòd ſi hæc, & bonos habitus habent conſtantiores, vt quæ non attingant continuo extremum.

30 Ac, qui cibos poſtridie eructant, & ſi præcordia eleuantur, his tamquàm cibis non percoctis diutur
B *nior ſomnus prodeſt, nihilominus horum corpora ad alium laborem ſunt adigenda. Vinum bibant meracius, & largius; cibi verò minus ſumant hoc tempore. Liquet enim, præ imbecillitate, & frigiditate ventrem non eſſe ciborum multitudini parem concoquendæ.*

Laudo hic eum, quòd fini adiecerit: Liquet.n. præ imbecillitate, & frigiditate ventrẽ non eſſe ciborum multitudini parem concoquendæ. Nam quaſi ad id reſpiciens, eum ſtudet calfacere, eaque gratia longiorem ſomnum eis conſulit, item exercitationem, atque vinum bibere & meracius & copioſius, præterea id temporis minus comedere, quo ipſius contigit cruditate laborare. Nam reliquo tempore exercitantes ſeſe, & mouentes, vinumque, vt diximus, bibentes, nihil eſt, quòd ciborum mediocrem copiam imminuant.

31 Quos ſitis infeſtat, cibos hi & labores minuant, ac vinum dilutum bibant, idq; quàm frigidiſſimũ.

Hic expreſſa eſt eo modo ualidarũ naturarũ nota. In ſexto libro Epidemion his verbis: ‖ Ca- 6. Epid. com. 4. t.
lido naturaliter frigidæ potio conuenit, & quieſcere. Vt.n. appellauit corporis temperamentũ 15. 3. 183. e
ſubiunxit diætam, quam, qui ita ſunt affecti, requirunt. Caput autem eius eſt, refrigeratio. Potiſ-
C ſima in hac diætæ ſumma ſunt, aquæ potio, & vacatio exercitationis. Hoc loco quieſcere aliter expreſſit, nempe, Labores minuant. Et pro frigidæ potione ſcripſit: Ac vinum dilutum bibant, & quam frigidiſſimum. Mihi verò rectius hic præcipere videtur, quòd potio diluta, & frigida cum refrigerat, tum præterea vini obtinet commoditates.

32 Quibus viſcera ab exercitatione, vel alio itinere dolent, his requieſcere ieiunis confert. Potus ſit parciſſimus, qui corpus ingreſſus multam cieat vrinam: vt ne venæ, quæ viſceribus ſunt innatæ, conten dantur plenæ. Quippe inflationes hinc, & febres generantur.*

* Græcus codex habet φύματα .i. tumidi abſceſſus: interpres fortaſſis habuit φυσήματα.

Omnia hæc præcepta in lucubratione De ſanitate tuenda abunde tradidimus: & nunc memoriæ cauſa, vt in ſuperioribus, ita hoc loco exponemus. Multis.n. tametſi febri liberis, dolores in uiſceribus oboriũtur, potiſſimum in iecinore, vbi à cibo ſe exercitauerint, vel lauerint. Cuius quidem cauſa anguſtia eſt viſceris tranſitus, aſcendentiumque craſſitudo humorũ. Etenim occluſi, & reſiſtentes in venarum ſtrictis finibus, qua ſanguis ex ſimis iecinoris partibus tranſumitur in curuas, tum tranſitum obſepiunt, tum venas intendunt, quæ in ſima ſunt iecinoris regione.
D Quas ita affectas dolores citra febrem excipiunt. Hos ſopire eo tempore oportet, quo infeſtãt, ac potare aliquid, vrinam quod moueat, & iecur referet. Qui niſi minxerint, his occaſionibus ſuccedunt* flatus, & febres.

33 Quem morbi corripiunt à cerebro profecti, huius primum torpedo caput tenet, meÿtq́; frequenter, ac alia patitur, quæ in vrinæ ſtillicidio ſolent euenire. Hunc illud dies† vigintimoleſtat. Et de naribus ſi fluat, aut auribus aquæ vel mucus, à morbo vendicatur, & vrinæ quieſcit ſtillicidium. Meÿt aũt abſq; dolore multum, & album, dum diem vigeſimum tranſier t, & capitis dolor relinquit hominem, cæterum oculos intendentem ſplendor illum fugit. At viri eſt, qui facultate eſt præditus ratiocinandi (quia homini tanti nihil, atque ſanitas eſt) noſſe de ſuo conſilio in morbis eſſe præſto.

† Græce ἐννέα .i. noueni.

Meritò habuerunt hanc orationem ſuſpectant: nõnulli etiam ſemel damnarunt, nõ eſſe Polybi, & multò minus Hippocratis. Nam orationis omnino nõ conſtat initium, cum velit cerebri morbos torpedinẽ inducere, & vrinæ ſtillicidium. Quæ tamen oratio, vel ſi putet quis, non cunctos eum cerebri tales eſſe morbos conſtituere, ſed eos ſolos, quos fluens de naribus, & auribus mucus & aqua depellit, haud eſt vera. Neq;.n. ſemper ita rẽ ſe habere, neq; frequẽter apparet.

GALENI

GALENI DE ATTENVANTE VICTVS RATIONE LIBER VNVS.

Martino Gregorio interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de edulijs quibus tenues, ac ſalubres humores in corpore redduntur.

Quæ ſit rationis victus attenuantis vtilitas. CAP. 1.

VM victus ratio attenuans pleriſque diuturnis morbis adeò conferat, vt ſola ea, ſine vllo alio medicamento, ſublati ſæpe fuerint, operę precium fuerit aliquid de ea diſtinctius perſcribere. Sunt.n. quos præſtiterit ſola victus ratione, ſine medicamentis perſanare. Vidi equidem non paucas arthridas, quæ iam articulorum oſſa nudarant, alias quidem hac victus ratione in totum perſanatas, alias mitiores fuiſſe redditas. Vidi pręterea & eorum pleroſque, qui ſpirandi difficultate, quàm δύσπνοιαν vocant) ſæpe prehenduntur, adeò leuatos, vt aut prorſus reualerent, aut longo ſaltem interuallo leuiter affligerentur. Eadem etiam hæc tenuans victus ratio magnos lienis tumores, & hepatis ſcirrhum colliquat. Ad hæc epilepſias paruas quidem, & etiamnum incipientes penitus ſanat: inueteratas verò ac conſumatas iuuat nõ mediocriter. Hanc victus rationem medici tenuantem appellarunt, quemadmodum aliam ei cõtrariam, incraſſantem, pro eo humore. ſ. quem in corporibus noſtris gignit, Nota autem longa experiẽtia nobis eſt, & ratione explorata: nam olfactus ac guſtus mẽtem noſtram ad omnes eiuſmodi cibos diſcernendos ſatis inſtruunt. Quæ. n. ſenſus noſtros pungunt, ac mordicant, ea omnia palàm eſt acria eſſe, & quæ ſuccos craſſos tenuare queant: quæ etiam, ſi largius æquo ſumpta fuerint, ventriculum mordicant, ciborumque nauſeam magnam inducunt, & halitus acres emittunt, nõ modo dum manduntur, ſed etiam poſtquàm è corpore fuerint egeſta. Plurima autem eorum vrinas, & ſudores graueolentes, & acres promouent: phymatibus præterea, ac furunculis ſunt accommoda: quædam autem ex ipſis cutim diuellunt facile, atque erodunt: alia verò pertundunt: alia ipſius partem aliquam in pus vertunt: vlceraque magna, & quas vocant eſcharas, efficiunt. Hæc omnia ſatis probant ea acrem quandam, atque incidentem habere facultatem: cui rei euidentiſsimo etiam ſunt argumento humores in corpore noſtro ab eis extenuati. quin & experientia ipſa rationem confirmat: videmus.n. corpora omnia, in quibus humores frigidi, craſſi, ac lenti abundant, huiuſmodi ciborum vſu maiorem in modum alleuari.

Quæ ſint oleracea attenuantia, ac de diligentia in eorum uſu adhibenda. CAP. 2.

VT in aliis, ita in his quoque oportet medicum tpi, ac menſurę vſus diligenter eſſe attentũ: periculũ. n. eſt, ſi quis non recte iis vtatur, ne tandem prauo ſucco impleatur. Verũ de omnibus in pñtia tradere non eſt inſtitutũ, ſed de eduliis dũtaxat pertractare. Nemo igiẽ eſt qui allium, cepam, naſturtium, porrum, & ſinapi, pp facultatis ipſorũ vehementiã, ignoret in genere eſſe tenuantium: poſt illa aũt ſmyrnium, pyrethrum, origanum, calaminthen, ſiſymbrium, pulegium, ſatureiam, thymum: quæ oĩa viridia quidem, & prius, quàm exiccentur, mãduntur: exiccata verò, iam non amplius ſunt cibi, ſed medicamenta. In ſumma omne, quod ſiccum eſt, viridi eſt valentius: eorum verò, quæ ſicca non ſunt, maturiora minus maturis: & quæ in montibus ac locis ſiccis proueniũt, iis, quæ in campeſtribus, ac planis, & hortis, ac paludibus creſcunt ſunt fortiora: hæc ſane ſunt, quæ de iis cõmuniter ſcire conuenit. Prædictis aũt ordine proxima eſt capparis, & terebinthi fructus: his aũt eruca, ſium, apium, petroſelinũ, * orminum, rhaphanis, braſſica, & beta. Malua verò, & blitũ, & atriplex, tametſi iis ſpecie ſunt proxima, facultatibus tñ diſſident;

A. l. 3. fig. 1. c. 3. fo. 291.

* ezymum.

A dent,aquea.n.ſunt,minimumq́;acris facultatis habent,quo mõ cucurbitæ,& citruli, melones, melopepones,& pruna:humida.n.ſunt hæc omnia,ac frigida,& pituitoſa, potiſſimum ſi cruda, & non elixa mandantur. Atq; hinc adeò fit vt quidã citrulos,ac cucurbitas duriores elixent. Ex pomis præterea,ac, pyris ea minus nocebunt,quæ cocta fuerint. Ad hæc ex ijs,q̃ cruda mandũtur,ea p̃dictis minus ſunt noxia, q̃ ad reponendũ ſunt apta. Sed de his nõ eſt nunc dicẽdi locus.

De differentia attenuantium oleraceorum ex ætate, ac communis ratio ipſorum dignoſcendorum.

RVrſus igitur ad eos cibos, qui ſuccos craſſos in corpore tenuãt reuertamur, ab ijs vnde ſumus digreſſi, auſpicantes:exactius.n.de ipſis determinare eſt neceſſe. Omnia igitur tenera,& increſcentia p̃p humiditatẽ,qua adhuc toto incrementi tpe affluunt, facultatibus (vt paulo ante diximus) ſunt moderata. Quo fit,vt pleraq; medicamẽta, dũ oriuntur, & adoleſcũt,non aliter,ac cibi mandantur,vt ſilphij,ac ſinapis ſtolones,pyrethri,iringij,& multorum aliorũ,quę olera ſylueſtria vocare conſueuerunt:quæ haud ita multò poſt ſpinis adeò horreſcũt,vt ne pecoribus quidem ſint veſca. Hæc aũt oĩa,vbi cõmaturuerint, magnam quidẽ habent incidendi facultatem:tenuant verò admodũ,dũ oriuntur adhuc,atq; adoleſcũt.Pari modo & vrtica,prius,q̃
B exiccetur,eſt eſculenta,præterea fœniculus,ruta,coriandrum,anethum eiſdẽ cum illis ſunt ſpeciei,euidenterq́ ẽt calfaciunt. Aliud aũt eſt olerum agreſtiũ genus, quæ memoratis minus incidunt,vt mediocris,nõ ſecundæ ſint naturæ,quippe quæ neq; incidant manifeſte, neq; dẽſent. Olera aũt cõi nomine hmõi omnia ſerides nominantur,ſingulis tñ ſpeciebus ſingula nomina à ruſticis fuerunt impoſita,vt lactucæ,condrillæ,tum ijs, quæ Syrii gingidia vocant, tum aliis id genus pleriſq; apud ſingulas gentes : Athenienſes tñ oĩa cõi nomine appellant : veteres aũt ipſorũ ſpeciebus nullũ nomen indiderunt.Cum igitur plures horum ſint ſpecies,& earũ pleraque, p̃pea quòd non vbiq; proueniunt,multis ſint ignotæ,vbi eorũ facultatem in genere didiceris, nihil erit,q̃ ea oculis ſingulatim inſpicere,ac dignoſcere deſideres,ſed ipſorum dũtaxat enarratio tibi ſatisfecerit.Siquid igitur olfactui,aut guſtui,aut vtriq; ſimul,acre,& mordicans,& calidũ apparebit,ſcito id facultatẽ habere tenuandi,atq; incidendi. At ſiquid olfactui odorẽ bonũ inferens,aromatis ſpeciem guſtui repræſentet,id quoq; viribus calidũ eſſe oportet, ſed nõ æque, ac mordicantia,& rodentia,& inſigniter calfacientia. Incidunt præterea & quæ ſaporẽ quendam habent nitroſum,aut ſalſum,quorũ ẽt plurima aluum deiiciunt: nec minus iis amara tenuãdi facultate ſunt prædita:atq; hinc adeò fit,vt plurimis hmõi vulgo veſcantur : differuut tñ in eo pluCrimum,ſi unà cum eis oxymel,aut acetum,aut ſal,aut oleum, aut aliud id genus ſumatur: eorũ.n. facultas aceto,& melle intenditur,oleo aũt minuitur. Siquidem oleũ ipſum, præter quam quòd ſuccos graſſos non incidit,eorum ẽt omnium, quæ id p̃ſtare poſſunt,robur imminuit. Huius ẽt generis ſunt cibi omnes aquei ac mucoſi,præterea olera plurima potiſſimum hortẽſia propter ſuperfluam humiditatem: quibus omnibus cum aceto veſcuntur, eis quidem, quæ cruda libẽter mandunt,id non permiſcentes,his verò, quæ elixant,oleum infundentes.Quidam aũt pro delitiis acetum omnibus permiſcent,ſed cũ melle,uel ſinapi,vel libyſtico,vel cumino, vel apio, vel id genus aliquo commiſcentes.Natura.n.ipſa ſuggerit,quid ſit faciendum,ac docet non eos mõ, qui hoc apertius norunt,ſed etiam imperitos,atque idiotas. Quin & ipſe iis,quibus victus ratione tenuante opus erat,delitiis eiuſmodi vti iubebam, præterquã carne dactylorum, quam multam pulmentis plurimis commiſcebant. In ſumma autem de iis delitiis eſt habendũ, omnes eas tenuantibus eſſe accenſendas,quæ tum cũ multis acribus,& calidis (cuiuſmodi ſunt ea, quæ nuper memorauimus) tum cum cœpis,alliis,& coriandro præparantur:quibus verò ea parcius fuerint permiſta,ſubſtantiam incraſſantem habent copioſiorem.

De olerum, & arborum germinibus attenuantibus. CAP. 4.

DQVoniam aũt ab initio de cibis oleraceis diſſerui (in eo.n.genera plurima ſunt,quæ tenuãt, proximũ ſanè fuerit de aſparagis,quos uocãt,diſſerere,eliis,*mixacãtho,chamædaphne, vite alba,uitice,ſpina,& aliis eiuſmodi. Eodem in genere ſunt uitium germina,& rubi,& omnia deniq; arborum germina,quibus ueſci conſueuerunt.* Mixacanthus igitur, quẽ uocant, mediæ quodammodo eſt facultatis,ab eo autẽ elii,& chamædaphne utrinque non multũ differunt.Stomacho autem non minus prædictis commodant uitis albæ,& uiticis,& ſpinæ aſparagi:omnium autem maxime auſteri,atq; diſtringentes, quales ſunt uitis, ac rubi. Spinæ uerò aſparagus aluũ deiicit. Sed,quæ purgant quidem,non poſſis ante experientiam cognoſcere, quæ uero uentriculũ roborant,coniectura poſſis aſſequi. Omnia.n.ſtomachũ iuuãt, facultatisq́; ſunt mediocris, quo in genere eſt palmæ cerebrum: ſic.n.nominatur tenerum germen,quod e ſumma ipſa plan ta producitur,ut elate in oleribus. Qui autem amaroris quidpiam præſeferunt,quanto amariores,tanto iis ſunt ſicciores,& incidentes magis. Quòd ſi linguam euidenter mordeant,ac calfaciant,in tenuantibus erunt numerandi. Verum de oleraceis quidem eduliis hæc ſufficiant.

* μυακανθίνω.

* μυακάνθινος .i. ſoricatis ſpina.

De ſeminibus olerum. CAP. 5.

DE ſeminibus aũt deinceps tractabo.Vt aũt de his in uniuerſum dicam, facultate plantę ſuæ ſunt ſimilia,niſi q̃ illis prorſus ſunt ſicciora,eoq́ue magis tenuantia: non oĩa tñ ſunt ueſca,

ut ne

vt ne herbæ quidem ipſæ, quarum ſemina manduntur, omnes ſunt eſculente. Omnia tamẽ ſemi- E
na, quibus veſcuntur, ſua natura ad ſiccius & calidius magis, q̃ herbæ ipſæ, ſemper ſunt ꝓpenſa. Proinde & papaueris ſemen herba ipſa eſt melius, adeò, vt tã quàm innoxiũ panibus ipſum miſceant, & placentis. Quòd tñ & ipſum palàm refrigeret, ex eo intelliges, ꝙ caput grauat, & ſoporiferum eſt, non tñ æque, ac eius ſuccus; ſed, quanto is magis refrigerat, tanto eſt ſemine magis ſoporifer. Soporiferũ eſt & lactucæ ſemen: qñquidem & olus ipſum frigidum eſt, & humidum. Ab his igitur frigidis & humidis ſeminibus eis eſt cauendum, qui tenuante diæta vti volet. Nam ſiſami ſemen ſuccum craſſum ac lentum in corpore gignit: apij verò, & petroſelini, cumini, carui, aniſi, p̃terea libyſtici, ſinapis, ameos, dauci, ſeſeleos, & omnium denique odoratorũ, & acriũ, & euidenter calfacientium ſemen tenuante diæta vtentibus conuenit. Quorum quædam adeò ſunt fortia, vt nihil à fortiſſimis medicamentis diſſideant· cuiuſmodi eſt rutæ ſemen, quod validum admodum eſt ac tenuans. Pari modo, & lini, & cannabis ſemina: hæc enim nõ modo ſunt medicamentoſa, ſed caput etiam tentãt. Quocirca vnicum eſt tempus, quo quis recte ijs vtatur, cum. ſ. ſanguinem per vrinas purgare volet. Verum de medicamentis dicere nunc nõ eſt propoſitum, vt quorum vis & actio eſt magna, eoq́ue non eſt eis inſiſtendum.

De Frumentaceis, ac edulijs, quæ ex eis parantur. CAP. 6. F

AD aliud ſeminum genus eſt tranſeundum, quæ cerealia appellant: hæc autẽ appellatio in toto eorum genere Græcis eſt vſitatior, q̃ leguminum nomen, quæ nõnulli chedropa etiã nuncupant. Omnia aũt generaliter uocantur legumina: ſpeciatim verò ea ſola ex eis appellantur chedropa, quæ manu carpuntur: alia cuncta, quę falce putantur, frumenta: quidam aũt ſolum triticum, frumentum vocant: alij hordeũ quoq; ei adiungunt. Sed vocet quiſque, quo libeat, nomine: ipſe verò de eorum oĩum facultatibus deinceps pertractabo. Triticum ergo firmiſſimi eſt alimenti, ſuccumq́ue craſſum admodũ gignit ac lentũ. proinde, niſi quis ipſum, quo modo nunc præparatur, exhibeat præparatũ, ſuccus ex eo ſuccreſcet vehementer craſſus ac lentus. Tritico igitur ſimpliciter elixo non eſt veſcendum, vt in Aſia pleroſque ruſticos eſitare obſeruaui. Nam condiunt id pauco ſale, nec ipſum in farinã redactũ, vt ἔτνος. i. pulticulam, aqua vel lacte perfundentes, elixant. Cæterum q̃d eo modo eſt paratũ ad coquendum eſt difficile, & craſſi ſucci: ſola aũt ea præparatio eſt probãda, quæ fermento conſtat, ſale, & clibano: paulo deterior, quæ minore furno: ex reliquis verò nulla eſt, de qua verba facere ſit neceſſe. Eſt & in tritico nõ parua ſpeciatim differentia: quippe quod graue eſt ac denſum, & in profundo flauum, copioſiſſimi id alimenti eſt, craſſiq́ue ſucci ac lenti: contra q̃d leue eſt & rarum & albũ, minus nutrit, ſuccumq́; gi- G
gnit craſſum minus ac lẽtum. Similago aũt & alica multũ alunt, craſſiq́ue ſunt ſucci ac lenti. Verum ſimilaginem quidem non conuenit eos attingere, qui extenuante victu utuntur. Alica verò poſſunt ueſci moderate, tum ſola aquæ incocta, tum verò cum mulſo, aut vino, & eo quidẽ dulci, ſed flauo ac tenui, & q̃d viribus falerno ſit proximum. Poſſunt & alijs multis cibariis ꝓmiſcere, & maximè betis tritis, & iuſculis accõmodatis. Quod ſi quis pultem, aut ſorbitionem ex alica parare volet, conueniet non anethi modo, ſed & porri quidpiam, uel pulegij, uel calaminthes, uel hyſſopi immittere. Piper præterea ſi miſceatur, non ſolũ elixationibus eiuſmodi, ſed aliis ẽt propemodũ omnibus, quæ ad tenuantem diætam conferuntur, non mediocriter iuuabit. Ptiſana autem ipſa quidẽ per ſe non nihil abſterget, vt hyſſopo nõ magnopere egeat. Si quando tñ ipſius vim inaugere uelis, piperis aliquid ei ꝓmiſcuiſſe ſuffecerit. Mel uerò ptiſanæ immiſcere nõ eſt opus, niſi quis ea, quæ thorace ac pulmonibus cõtinentur, ſtudeat expectorare. In hepatis uerò ac lienis affectibus ipſum admiſcere nõ conuenit: nam horũ viſcerum tumores à ſorbitionibus ipſis ſolis ex alica adaugentur, & multo magis, ſi cũ melle eas paraueris: at de mellis q̃d vſu oĩ paulopoſt dicemus. Nunc aũt ad hordeum redeundũ: non enim in ptiſana tñ eo veſcimur, ſed & panes hordeaceos conficimus, & eius farinam cum lacte elixamus: p̃terea ex eo fri- H
xo polentam conficimus: denique non ſecus, ac alicam, coctum ipſum in aqua cũ vino dulci aut ſapa exhibemus. Verũ, quod ad panes quidem pertinet, ſcire oportet, oẽs, quoquo modo parentur, exigui eſſe alimenti, ſuccumq́ue craſſum, ac flatus minimum generare: Polentam verò oẽm ſimiliter, ac panes, nutrire, niſi ꝙ ſiccat magis, propterea ꝙ frixa eſt: farinam ipſam vtriſque eſſe humidiorem, excrementoſamq́; magis ac flatulentã, & potiſſimũ ſi cum lacte coquatur. Q̃d verò hordeum, ut alica, ex dulcibus quibuſdam ſumitur, ꝓpoſitæ victus rationi multo minus confert: ſuccum enim craſſum ac lentum, vt alica, gignit. Sumenda igitur hæc ſunt non cũ ſapa, neq; cum vino aliquo vehementer craſſo, ſed cum mulſo, aut vino quopiam falerno ſimili. Eodem aũt modo & typha vti licèt & auena: ſunt tñ hæc, q̃ ptiſana & alica, concoctu faciliora, & excrementoſiora. Porrò horũ ſeminũ pleraq; in Aſia, ac Myſia ꝓueniunt, adeò, ut panes ex eis cõficiant, qui vtique & ipſi ad coquendum ſunt difficiles & ſucci non boni. Olyra ẽt, quam uocant, frequens in Aſia viſitur, mediumq́; inter hæc & triticũ, locum obtinet: ſiquidem tritico tanto eſt deterior, quanto his melior: vtuntur autẽ & ipſa eodem modo, quo prędictis. Quod vero ad zeã attinet, nulla alia eſt inueſtiganda præter olyras & typhas, quæ ſunt eſculentæ: &, vt ingenue fatear, non mihi conſtat, de utris harum antiqui nomẽ zeæ enunciarint, tertium enim præter illas

genus

A genus non visitur, quod eis sit simile, sed typhas & olyras sic vocitabant. Cum aũt Mnesitheus de iisdem seminibus vtrũque nomen enunciet, typhas & olyras nominans, in eo declarat, se suspicari zeam quoddam aliud esse prauum edulium: ipsumq; existimo zeam appellare, quod nos typhas nominamus, aut aliquid his deterius. Cæterum semen id, vt hordeum, & olyra, & auena, est mundandum, ac cortice spoliandum. Quod cum factum fuerit, tritico, hordeo, & olyra longe est tenuius, atque exilius: flauum præterea est, vt triticum, non album, ut hordeum. Porrò hordeũ apud quasdam gentes nudum prouenit, vt in Cappadocia, vocaturque ita, vt iamiam dixi. Quod si aquæ incoctum, ut alica, cum aliquo vino dulci sumatur, nullis aliis bonitate cedet.

De reliquis leguminibus. CAP. 7.

FAbę aũt minus quidem, q̃ hordeũ, tergent: verum & ad coquendum sunt difficiles, & multũ flatulentæ. Proinde satius fuerit pisis vesci, fabis. n. ad oĩa præstantiora. Eruilię uero, & dolichi, & phaseoli, multo fabis sunt deteriores. Lentes aũt, tametsi succum crassum generent, nõ tñ omnino sunt aspernandæ, sed, cum aliorum meliorum ciborum copia non suppetit, eis est vtendum. Lupini similes sunt lentibus, nisi q̃ minus siccant. Cicer autem cibus est flatulentus, & concoctu difficilis, atq; excrementitius: ad mouendas tñ vrinas est accõmodus, terget præterea non
B nihil. Eruum verò, boum magis, q̃ hominum, est alimentum: incidẽdi tñ facultate pollet, vnde & ex eo medicamentum paratur, q̃ in iis, quæ thorace continentur, expectorandis nulli est secundũ Βούκρας aũt seu fœnum græcum (vtroque. n. mõ appellant) non incõmode alui deijciendæ gratia ante alios cibos sumitur: cũ melle quoq; eius succũ exhibent, ut qui calfaciẽdi uim habeat, ac detergendi: estq; ad vtrũq; hoc valde accõmodum: q̃ tñ caput tentet, vsus eius multus est cauendus, vt & aliorum omnium, quæ alui subducendæ gratia, prima mensa sumuntur. Nã bona pars eorum flatulenta est, & ad coquendum difficilis, in quibus est lupinus, eruilia, & phaseolus. Pruna ẽt Damascena hydromeliti incocta præmandunt ij, quibus extenuante diæta est vtendũ: verum his aluum magis deijciunt, quæ ex Iberia importantur. Ventrem præterea subducunt echini marini, & concharum omnium, atq; annosorũ gallinaceorum iuscula, neq; quidquã iis officiunt, quibus tenuante victu vti est propositum. Meline verò seu panicum, & mĩlium, praui sunt succi, & flatulenta, ac concoctu difficilia: nam alui fluxũ vehementer siccant. Lobi ẽt hortẽses cibo adaptantur, crassi tñ sunt succi, & pituitosi, cæterum fabis minus inflant, nec, vt hę, detergendi facultate sunt prædi ti. Quid iam loquar de aliis prauis seminibus, quæ oẽs, etiam si nõ moneam, fugitant? de ipsis tñ dixisse suffecerit, solum hordeum ex cibis frumentaceis, tenuãti vi-
C ctui esse innoxium. Secundum hoc sunt panes clibanitæ, qui ex tritico fiunt. A reliquis verò est abstinendum, nisi quis fortè pisum, vel lentem, aut alicam, per magna interualla gustare velit.

De Auibus, Piscibus, ac pedestribus animalibus. CAP. 8.

EX piscibus saxatilibus, montanisq; auiculis multũ, ac copiosum potes alimentum ad tenuãtem victum accõmodare. Animalia. n. quæ in stagnis, ac locis aquosis, & campestribus degunt, humidiora sunt, atq; excrementosa: q̃ verò in montibus viuunt, oĩa tẽperatura sunt siccio ra, ac calidiora, eorũque caro minimũ est pituitosa, ac lẽta. Ex quibus intelligi põt animalia oĩa, quæ in montibus nascuntur, multo ijs, quæ in locis planis oriuntur, esse præstantiora. Et, vt ego iudico, aues monticolæ, † non modo q̃ aeris, sed ẽt alimenti, quod nobis præstant, tenuitate antecedant, alijs auibus, quæ in locis aquosis ac campestribus degunt, sunt p̃ferendæ. Passeres igitur, turdos, merulas, perdices, & reliquas id genus aues monticolas, mandas, licèt. Abstinẽdum aũt ei, qui tenuante victu vti volet, alijs auibus, quæ in locis aquosis viuunt, ut tardis, quas ὠτίδας vocant, anseribus, & magnis auibus, quas sanè & struthocamelos nominant, & aliis id genus: nã omnia hæc carnem habent excrementitiam. Mandẽdæ ẽt sunt aues eæ, quæ tum in turribus, tũ in uineis, vitam agunt. Ad hæc colũbæ turricolæ domesticis sunt meliores: tum ẽt pari modo &
D apri suibus domesticis in cibo sunt anteponendi: ac, vt in summa dicam, omnia, quæ exercẽtur, iis, quæ sunt ociosa: & quæ cibis siccioribus, iis, quæ humidioribus vtuntur: denique, quæ purum ac tenuem aerem inspirant, iis, quæ contrariũ, sunt præferenda. Siquidẽ suum domesticorũ caro, omnium aliorum ciborum firmissime nutrit: multum. n. in seipsa habet lentorem, tum p̃p vitam desidiosam, tum propter cibi humidioris affluentiam. Verum ab his prorsus abstinebit, cui propositum erit victu extenuante uti. Quòd uerò ad reliquas carnes attinet, non quibusuis simpliciter uescetur, sed, si multũ sese exerceat, licebit ei & auribus, & rostris, & pedibus suillis uesci, uentre præterea, & matrice, si mõ ea elixa belle fuerint. Qui aũt uitam in maiore ocio ac quiete degunt, iis non modo eiusmodi suum esu est temperandum, uerum etiã syluestribus. Abunde. n. fuerit eis auibus montanis vesci, & piscibus saxatilibus. utputa iulide, fuca, merula, turdo, scaro, & in summa, omnibus, quæ carnem habent mollem simul, ac friabilem: ab iis verò, quæ duram hẽnt, uel lentam, omnino eis est abstinendum. Asellorum aũt caro mollis quidem, sed non æque ac saxatilium est friabilis: Mulorum autem friabilis quidem est, non tamen mollis. Hę itaq; duę tibi sint notæ, de cuiusuis animalis carne, mollities. s. & friabilitas: quibus attentus eam animalis carnẽ, cui vtrũque adest, quantũ uis, mãdas, licèt: cui aũt neutrum inest, abiicias: cui alterutrum, interdum, cum aliis cares, mandas, modo ea ad saturitatem usque non utare. Cũ igitur saxatiles

† *non modo aeris tenuitate, sed ẽt ciborũ, quibus uescũtur, bonitate, aliis auibus, &c.*

desunt,

deſunt,aſellos,mulos,& alios eiuſdem generis pelagicos poſſumus exhibere, & eos potiſſimũ, E
qui cum ſinapi manduntur,cuius generis eſt ſcorpius. Sũt & alia quidem animaliũ genera,quibus altera memoratarũ notarum ineſt:verum propter alterius exuperantiã,in cibo ſunt fugien-
Al. σα λα χίων. da.Nam anguillæ,&* molliũ pars maxima,tametſi carnem habeat mollem,q̃ tñ ſucco lento ac pituitoſo abundat,ijs,qui tenuante diæta vti volunt,plurimum eſt noxia: idem accidit & plurimis oſtreorum. Hirci aũt,& boues, carnem quidem habent minimum humidam,pituitoſam, ac lentam,nocent tamen admodum ob duritiem,& in alterando difficultatem. Ad hęc plurima oſtracoderma,& cruſtata vel p̃p vtrumque,vel p̃p carnis duritiem,ſunt vitanda.Sola auten cartilagineorum torpedo,& turtur laudantur,poſſisq̃; nõ nũquàm in ſaxatilium penuria ijs vti.Satius tñ fuerit piſces eos præparari cum beta trita, aut albo iure, porrum prolixius miſcẽdo & pi-
†Al.Blugoſsõ & pſitta. i. ſolea & paſſer. peris portiunculã. Dictis piſcibus,viribus p̃pinquum eſt† bugloſſum,& ſaxatiles piſces.ℨ Ex terreſtribus verò animalibus hirci,& arietes,& genus oẽ ouium,ac caprarũ,nõ vndequaq; laudabilis ſunt alimenti. Solis autem hœdis innoxiè vtare. Agnorum eſus p̃p inſignem humiditatem eſt fugiendus. Equorum & aſinorum eſum hominibus aſininis,vt pardorum, vrſorũ, & leonum hominibus feris, permitto. Proximi aſinis ſunt cerui,eoque ab eorũ eſu eſt abſtinendum. Caro autem leporum ad aliam victus rationem ſiccantem eſt accõmoda, ad propoſitam verò nõ ad- F
modum confert: ſanguinem.n,vehementer craſſum gignit. Ad hæc ſanguis oĩum animalium in cibo eſt vitandus,& multo adhuc magis in tenuante diæta. Pari modo & uiſceribus eſt abſtinendum:ſunt.n.excrementitia,& ad coquendum difficilia,& craſſi ſucci. Canum verò,& vulpiũ carnẽ nũquàm equidẽ guſtaui,nec ſanè guſtare vmquàm ſui adactus,neq; in Aſia,neq; in Græcia, neq; in Italia: aiunt tñ hanc quoq; mandi:conijectare tñ poſſum vim ei ineſſe carni leporũ ſimilem.Nam canis,& vulpes,vt ſummatim dicam, temperamẽto ſunt ſicco. Porrò, quẽadmodum partibus porcorum extremis veſci conceſſimus,ita & gallinarum alis vti concedimus, teſtes tñ, & viſcera tenuanti diætæ non competunt. Corporum autem gallinarũ eſum, ſiquis exerceatur, non veto,& potiſſimum earum,quę in montibus fuerunt enutritæ: qui verò non exercetur,mãdendæ ei erunt modice,non modo gallinæ,ſed columbæ ẽt,ac turtures, tametſi turtur temperamento eſt ſicca,& potiſſimum quæ in montibus degit: itaq; veſci quis poterit iis innoxiè:recens tñ non turtur modo non eſt mandenda,ſed nec perdix,nec alia omnia,quę carnem habent moderate ſiccam,ſed,vbi unum diem ad minus ſuſpenderis,ita demum mandas, licèt. Porrò palũbes,prẽterquàm,q̃ carnem habent columbis,& perdicibus,& turturibus duriorẽ,difficilem etiã ad coquendum & excrementitiam habent. Perdices verò,ac turtures,neq; duriſſimas habẽt car- G
nes,neq; cõcoctu difficiles,neq; prauo ſucco vitioſas:ſed & ipſarum durities, ſi mortuæ vno die aſſeruentur, facile vincitur,fiuntq; friabiles omnino,atque inculpatæ: alimentum enim corpori dant laudabile,ſanguinemq̃ minimum viſcoſum generant,& craſſi ac tenuis mediũ.Proinde quibus ſalubris cibus curæ eſt,eos,vt arbitror,vti his conueniet.

De Radicibus. *CAP. 9.*

VErum de iis quidem dictum abunde eſt:ad ea,quæ reſtant,eſt tranſeundum. Olerum oĩum radices(vt generatim dicam)excrementitiæ ſunt,& concoctu difficiles. Solius autẽ dauci, ac paſtinacæ radix propoſitæ diætæ vt nihil incõmodat, ita nihil confert. Aduerſiſſimæ autem ſunt,rapæ. His paulo minus aduerſi ſunt bulbi. Omnium aũt peſſimi ſunt fungi. Itaq; eorũ omnium,quę guſtu nullum morſum,nec acrimoniam,nec calorem referunt,radices ſuſpectas habere oportet: vnde & bliti radix vitanda, tametſi olus hoc minime ſit pituitoſum. Quid iam olera memorem,quorum non ſolum radices,ſed germina ẽt,& ſtipites, ac folia ſuccum gignũt pituitoſum? Vt aũt paucis rem omnem finiam,omnes quidem radices,tamquàm ad coquendum difficiles,habere ſuſpectas oportet:ſolæ aũt acres ac calidæ guſtandę,ut ſunt allii,cępæ,& radiculę, eæque pro pharmacis potius,quàm pro alimentis,ſunt habendæ. H

De Fructibus arborum. *CAP. 10.*

ATque de radicibus hæc dixiſſe ſufficiat: tempeſtiuum.n.iam fuerit ad fructus arborum tranſire, quorum plerique ſunt humidi ſine vlla ſiccitate,& potiſſimum qui nõ reponuntur. In quibus iis minus ſunt noxii, qui ventrẽ lubricant,cuiuſmodi ſunt mora,& poſt ea, pruna & ceraſia,ac ficus. Deteriores aũt ſunt,qui tarde permeant, & maximè ſi cõſiſtentia ſint duri: ab eis.n. prorſus eſt temperandum. Mandendi aũt,qui ad reponendum ſunt apti,qualia ſunt pyra,cydonia,& pleraque vuarum genera,in quibus molliora potius,q̃ duriora, ſunt edẽda: nemo tñ ullo horum ad ſaturitatem vtetur,quemadmodum neq; pomis,neq; perſicis, neq; armeniacis, quæ Latini pręcocia appellãt:& iis multo adhuc minus ſericis,quæ vocant,& myrtis,& aliis eiuſmodi:pari modo nec meſpillis,nec ſorbis:quibus tñ rectè quis ad alia vtetur,ad victum aũt extenuãtem non ſunt accõmoda, & potiſſimum meſpila. Vt aũt ſummatim perſtringam, quæ vehemẽter ſunt auſtera ac pontica; huic victus rationi ſunt aduerſa. Soli aũt ventris fluxui,aut vẽtriculo, ſtomachove imbecillis,cõferunt.Porrò inter ea,quæ in hyemẽ ſeruari poſſunt, caricæ,ac nuces tum ad id ſunt accõmodatiſſimæ,tum etiam nihilominus ad propoſitam nobis victus rationem. Piſtacia p̃terea,& amaræ amygdalæ haudquaquã ſunt im̃panda:his duriores ſunt nuces pon-

ticę,

A ticæ, nullamq; abſtergendi ex viſceribus excrementa habent facultatẽ. Caſtaneę verò ſiue elixentur, ſiue aſſentur, ſiue deniq; frigantur, ſemper ſunt prauę, & multò magis, ſi crudæ mãdãtur. Oliuæ aũt, quod ad ꝓpoſitam diætã attinet, medium quodãmodo ſunt edulium. Proinde neq; eas magnopere cõmodare poſſim, neq; damnare, quemadmodum nec uuas pẽſiles. Quæ verò in vinaceis ſeu βρυτίοις reponuntur, vẽtriculi quidẽ imbecillitati cõferunt, pñti aũt ſcopo haud quaquam, & his adhuc minus, quæ in vinis ponuntur. Vuæ paſſæ, ſi non ſint adſtringentes, lieni quidem & hepati tumentibus non conducunt, thoracis tñ ac pulmonis affectibus conducunt: noxia ẽt ſunt mala punica ſi fuerint pontica, imbecillium tñ vẽtriculum iuuant. Atq; ẽt de alijs arborum fructibus, ſi ad memoratos iam contuleris, licebit ſimiliter ꝓnunciare, ſiquidem duri oẽs ac pontici, ſunt praui, reliquis verò moderate vti poteris. Quòd ſi quis exiſtat, qui in variis ſui partibus ſapores habeat diuerſos, partes quidem acidæ & acres ſumendæ, aliis aũt temperãdũ. Multos ſane eiuſmodi reperias, vt malum medicum, quod etiam citrium nominamus: quippe cuius cortex eſt acris, acida autem pars intima, eius caro pituitoſa, ac craſſi ſucci.

De ijs, quæ aceto & muria conduntur. CAP. 11.

B QVæ in aceto & muria conduntur, ea tantum à priſtinis viribus eſſe immutata ſunt putãda, quantum à conditura fuerint alterata. Quo fit, vt, cum acetum & muria ex eorum numero palàm ſint, quæ incidunt ac tenuant, piſces aridi atq; exucci, humores craſſos ac lentos vehemẽter attenuent. Eligendi tñ ſunt, qui natura carnem habent mollem: fugiendi verò cetacei, & eis adhuc magis ipſa cete. Quòd ſiquis penuria melioris veſci his velit, vel alioqui appetat, ἀνθόβρμον. i. condimento aliquo acri (cuiuſmodi eſt, quod exſinapi, vel oleo & aceto ſolo fit) erit vtendũ. In ſumma aũt ciborum oĩum id eſt cõmune, ut, qui in memoratorum quopiam condũtur, aut parantur, extenuanti victui maxime conferant. Proinde, qui hoc victu vti uoler, licebit ei ijs omnibus veſci, ſi ex aceto aut oxymelite fuerint præparata, tum alijs etiam plurimis eorũ, quæ ſucco omni exhauriri queunt. Quin & ſuilla ipſa exucca tuto ueſcetur, quæ utique alioqui eſſet uitanda, ut quæ ſuccum craſſum ac lentum generet.

De Melle & Vino. CAP. 12.

C VM de ijs abunde tractauerimus, reliquum eſt, ut de melle acuino diſſeramus, & prius de melle, qd' utiq; non mõ reuera ciborum eſt dulciſſimum, ſed ſuccum ẽt conſiſtentia tenuiſſimum gignit. Quod verò ad uina pertinet, quæ dulcia admodum ſunt, oĩa ſanguinem craſſum gignunt, nigra nãque hæc ſunt, & conſiſtentia craſſa, & ijs adhuc magis ſireõ quod vocant, ideſt ſapa: eſt aũt id muſtum plurimum coctum. Sunt qui & ficuum ſiccarum decoctum ita nominẽt. Eſt aũt decoctum id prauo melli adſimile, habetque & ipſum incidendi uim quandam. in eo tñ à melle plurimum ſuperatur, ut parum abſit, quin tenuãtium ſpecie excludatur. Porrò ficus exacte maturæ ex medio ciborum ſunt genere, quod genus ſuccos neq; condenſat euidenter, neq; tenuat. Alię uerò oẽs hoc genere ſunt inferiores, quippe quæ nondum ſatis maturuerint, ut uinũ muſtum, craſſi ſunt ſucci ac frigidæ, præterea ad concoquendum difficiles & flatulentę. Id tamẽ eis ineſt cõmodi, ut celeriter permeent, ob idq; ipſum haud multum officiant. Eiuſdem ſunt naturæ vuæ dulces, & his adhuc magis palmulæ, quarum, q̃ in Alexandria, Cypro, Lycia, & Cilicia proueniunt, reponi omnino nequeunt, ſed, vt ſunt, manduntur, ꝙ ꝑ ſuperfluam humiditatem celeriter putreſcant. Aliæ verò, q̃ reponi poſſunt, minus ſunt noxiæ, craſſum tñ & ipſæ ſuccũ gignunt. Proinde ipſarum eſus in propoſita victus ſpecie eſt fugiẽdus. Quòd uerò ad uina attinet, q̃ clara ſunt ac pellucida, coloreq; pallida ac flaua, ea forte minimum dulcia inuenias. Prẽterea nullum album dulce comperies, quemadmodum nec flauum quoduis admodum eſt dulce. Cæterum eiuſmodi oĩa ſanguinem conſiſtentia gignunt mediocrem. Quæ uerò craſſa ſimul ſunt & nigra & dulcia, craſſo ſanguine uenas referciunt: at alba ſimul & tenuia humores craſſos incidũt,
D & ſanguinem per renes purgant. Quæ uerò inter hęc conſiſtentia ſunt media, vt ſunt flaua ſimul ac dulcia & ſplendida, viribus ẽt quodãmodo ſunt ſimilia, ut quę neque, ut craſſa, ſanguinẽ craſſum generent, neque, ut alba, per urinas ſecedant. Sunt autem uina apud oẽs gentes plurima, celebrantur tamen in primis Ariuſium, Lesbium, Falernum, & Tmolites: quibus ſemper intentus, media deliges, ꝙ omnia ſanguinem bonum, & conſiſtentia mediocrem generent. At, quæ odora ſunt, & alijs uinis calidiora, ea meritò caput tentant. Quo circa uitanda eiuſmodi ijs erunt, qui cephalæa, aut hemicrania, aut alia cephalalgia laborant, ut epilepticis, & maniacis, &, ut in ſumma dicam, omnibus, quibus caput infeſtatur, ſunt fugienda. Affectus uerò omnes thoracis ac pulmonis, qui diuturni ſunt & ſine febre, à uinis eiuſmodi multum iuuantur, & potiſſimũ, qui humoris per ſputa expectoratione purgantur. Non enim incidenda tantum ſunt, aut calefacienda, q̃ belle ſputis ſunt expectoranda, ſed moderate etiã humectanda, ne tandem ſiccata ſputa, ac lenta reddita, tuſſes excitent, exitusq; uiolentia uas aliquod in ruptionis diſcrimen adducant. Quãobrem, q̃ uina ſunt craſſa & dulcia, propterea, quòd humiditatẽ habent craſſam, & ob id ipſum perdurantem, in thoracis ac pulmonum affectibus, ſi cum tenuantibus medicamentis adhibeantur, multum afferent commodi: verum nec acerbam, nec auſteram, nec oĩno adſtringentẽ uim eis ineſſe, ſed ad mediã magis odore ac guſtu, & uiribus oĩbus ſpectare ipſa conueniet. Eius ge-

neris

neris eſt, quod in Pamphilia prouenit, tum quod Tmolites appellant (abunde.n.fuerit eorum, E
q̃ dicimus, velut normam & ſcopum ſubieciſſe, in quem intẽtus omnia ſimilia ex eo inuenias ac
diiudices) optimum ſanè ſuorum congenerum id eſt. cuius tñ ſi copia non ſit, uti licebit Thereo,
& Protropo, & Thyrino, & Caryino. Nigri aũt dulcis ſimul & auſteri exemplum petes ab eo vi-
no, quod fert Cilicia: quippe quod Aegeates nominant, omnibus utique thoracis affectibus, de
quibus nunc agimus, eſt noxium, & eo etiam magis, quæ uehementer ſunt acerba. Porrò nõ oĩa
dulcia, nec ea, quæ exiguam habent dulcedinem, ſunt aſpernãda, quæ, tametſi multis in locis ꝓ-
ueniunt, pleriſque tamen ſunt incognita adeò, ut neque mercatores ipſa ſtudioſe coemant, nec
apud profeſſores magno in pretio ſint, Solum aũt uinum ponticum in conuiuiis, aut nuptiis, aut
ſacrificiis, aut aliis celebritatibus adhibebant: multum.n. implent: & tarde permeant, ambasq;
excretiones morantur, tum eam, quæ fit per anum, tum quæ per veſicã: hærentq; in hypochon-
driis diutiſſime, & facile aceſcunt, nauſeamq; ꝓuocant. ſoli autem uentri fluenti conferunt, idq;, F
ſi moderatè ſumantur. Eiuſmodi uini in locis Aegiſoliæ campeſtribus magnus eſt prouentus,
cui ſimile aliud eſt, quod iuxta urbem quandam Pergamo uicinam habetur, quo utique omnes
eius regionis incolæ propter conſuetudinem citra moleſtiam utuntur: nam debito modo ſum-
ptum ſitim extinguit: ledit autem omnes, qui ei non aſſueuerint: corpora tamen bibentium eui-
denter nutrit: cui rei argumento ſunt incolæ iuuenes, qui in palæſtra, bonæ habitudinis compa-
randæ gratia, ſeſe exercent: utuntur enim hoc uino in potu non aliter, quàm ſuilla in cibo.

GALENI DE PTISANA LIBER G

Ex antiquiſſimi Græci exemplaris fide, ab Hierony. Donzellino Medico Veronenſi in latinum verſus, ac ad priſtinam integritatem reſtitutus: cum prius in Grecis etiam codicibus mutilus haberetur.

ARGVMENTVM LIBRI

Docet, quì optimè ptiſana conficiatur: ac de viribus, menſura, & idoneo eius vſu.

Qua de cauſa hic conſcriptus ſit liber: & quod in eo propoſitum. CAP. I.

QVoniam paulo ante quoſdam ex medicis inueni, qui in ægrotantis cuiuſdam curatione ptiſanæ quidem cremore vtebantur, nullam tamen adhibebant prius diſtinctam explicationem, quibus nam morbis vtilis H illa, aut inutilis exiſtat: præterea neque de exhibitionis modo & quantitate, neque de tempore ſorbitioni aſſumendæ opportuno quicquam determinabant: verum (vt videtur) quando ipſi voluerint, vſum ptiſanæ accommodaturum arbitrabantur, operæprecium fore putaui, ſi de illius vſu quæcumque ſunt ab Hippocrate obſcurius explicata, hoc in loco enarrarem, † ob multorum notitiam, quæ in exacta huiuſce rei tractatione, per ordinem à nobis ſunt recenſenda, ſ videlicet coctionis modus, vires ipſius, actio, tempus opportunum, exhibitionis quantitas & modus: quot præterea emolumenta ægrotantium corporibus afferat, ſi rite ꝓpinetur: & rurſum quot inde incommoda proueniant, ſi fuerit importune adminiſtrata: ad hæc quibus nam corporibus illius vſus expediat, & quibus etiam minime conducat, ſimul erit à nobis explicandum. Sed, quoniam compoſita quædam res eſt ptiſana, & eius cremor: paratur.n. ex hordeo, quod pinſendo fuerit probe purgatum, & expolitum, cui.ſ.cortex detractus eſt, ex aqua præterea, ac tali quapiam coctione, primum illius partes per capita tractare decreui: quæ niſi fuerint prius determinatæ, totam ſermonis ſeriem plurimum lædent, & ſi reliqua deinceps omnia exactiſſimè abſoluantur.

† Græcus codex hoc in loco videtur habere ſẽſum ambiguum, græca. n. uerba ita ſe habẽt, διὰ τὴν τῶν πολλῶν παρακολούθησιν, quæ melius fortaſſis ita uerti poſſunt: vt multi aſſequerentur.

De

De Optima aqua eligenda. CAP. 2.

A Quod igitur optimam aquam eligere oporteat ad ptisanæ præparationem, neminē esse puto, qui audeat dubitare. Optima autem aqua, substantia, & gustu, & olfactu, & etiam colore probatur: gustu quidem, & olfactu, vt alienam qualitatem nullam præ se ferat: scilicet, vt non dulcis, non salsa, non acida, non acris non male olens, aut putrida existat, vel omnino aliam aliquam adscititiam qualitatē possideat: sed omnis penitus expers sit qualitatis, quod græci ἄποιον dicunt: atq; omni prorsus aduentitia careat qualitate, nec non cuiuscunq; rei mistione, quæ gustu, aut olfactu, deprehendi possit. Oportet quin etiam, vt pellucida sit, ac pura, minimeq; cœnosa, sed veluti diligentissime colata, & ab omnibus, q̄ ipsi innatare solent, ramentis liberata. Huiuscemodi igitur aqua vsu quidem valde est accommodata, natura tamen non est ita syncera: quē admodum ne vllum quidem aliud ex sensibilibus hisce elementis. Cum itaque talis fuerit aqua, qualem iā descripsi, statim ēt erit partium valde tenuiū, & facile coquetur, ac in vniuersum corpus distribuetur, hypochondriaq; celerrime pertransibit: & non modo naturali calori admota cito alterabitur, verum etiam igni extrinsecus propinquior facta, compendio calefiet. Cuius rei testis nobis erit Hippocrates, ‖ aquam enim, q̄ cito calefit, & rursum cito refrigeratur, putat esse leuissimam: leuitatem certe nō pōdere æstimans, sed partium potius tenuitate, & ēt, q̄ in se ipsā contrarias qualitates facile recipiat. Talē igitur aquam frigidam, & humidam, ac proprie aquā, merito nuncuparis: quæ verò mixtione alicuius alterius extrinsecæ, aut substantiæ, aut qualitatis fuerint adulteratæ, quales sunt bituminosæ, & sulphureæ, atq; aluminosæ, tātum à propria aquę natura recedunt, quantum fuerint adulteratæ. Quòd si demonstrationem quæris, quòd aqua refrigeret & humectet, à nostro instituto alienum hoc esse dicimus, qui de ptisana disputare dudum decreuimus. Antiquorum tamen omnium authoritas, atque consensus indubiam nobis faciet fidem, frigidam, & humidam esse, aquam, quum apertissimis demonstrationibus id comprobarint; id quod etiam experientia testatur. Propterea nos id tanquam concessum ab omnium accipientes, ad hordei disputationem diuertemus.

A.l.1.f.2.d.2.c.16.fo.37.f g

B

5. aph. 26. ext. ord. 30. h. Ec 2. Epi. sect. 2. non longe ab initio.

Hordei uis atque electio. CAP. 3.

A.l.a.f.2.cap.530.fo.455.b

HOrdeum igitur, si in vniuersum de eo loqui velimus, refrigefacit" & exiccat; habet quin etiā non nihil abstergentis, & flatuosi, q̄ si ad illius partes examinandas descendamus, exterior illius cortex, qui furfuraceus est, siccior existit, & efficacius abstergit: q̄ verò intus pars est veluti eius caro, & quę nutritioni est accommoda, abstergit quidē & ipsa, uerū furfure minus: habet aūt

C in se ipsa, vnde possit flatum excitare. Cæterum altera membrana, quæ tenuis est, sub furfure q̄dem posita, ipsum verò hordeum amplectens, vt situm, ita etiam vires habet inter hæc medias: ideo abstergit furfure quidem minus, hordeo autem magis. Illud porrò nequaquam hoc in loco prætermittendum duximus, non de quocunque, sed optimo tātum hordeo omnia à nobis enarrari, quod scilicet nullam sibi ex putredine prauam qualitatem adsciuerit, aut excrementitiam humiditatem, quodque nec nimis sit recens, aut nimis vetustum. Siquidem quod fuerit recens, excrementitia plenum est humiditate, quam à regione contraxit, vt tum humore refertum, tum flatu distentum sit: quod verò vetustum est, longo tempore exhaustum, ac imbecillum est redditum, propriasque vires iam amisit. Cuius rei indicium est corrugatio, quæ huic ineſt, & magnitudinis imminutio: illudque præterea, quòd, dum contunditur, tenuem quendam ex se puluerem emittit. Plenum itaque hordeum eliges in ptisana conficienda, non admodum recens, aut vetustum nimis: nec non aduentitiæ omnis qualitatis expers. Sed ne ista quidem satis esse videntur, verum hoc etiā experimēto à nobis probandum erit. Si nanque prēter iam enarrata hoc etiam habuerit, vt inter coquendum in magnam molem attollatur, id certe ad parandam ptisanam merito assumetur: siquidem recta ratione, vt par est, decreuit aliquis illam conficere. Iam igitur,

D quæ optima sit aqua, & quomodo probetur; quod etiam optimum sit hordeum, & quibus indiciis cognoscatur, per capita recensuimus.

† ἀπό τῆς χώρας græce, sed legendū fortasse ἀπό τῆς ὥρας. a flore ætatis.

Ratio ptisanæ conficiendæ. CAP. 4.

A.l.4.f.1.t.2.c.9.fo.420.e

REliquum modo est, vt tertio loco coctionem exponamus. Hunc enim in modum quidem hanc parant. Primū" in mortario cum hordeum in minutas partes cōfregerint, illudq; celeriter elixarint, hi quidem sapam, alij autem amylum, non nulli etiam cyminum, & mel inijciunt: sed talis praua est omnino confectio. Optima verò, probeque apparata, huiuscemodi certe fuerit. Hordeum adhuc crudum oportet primum in aqua macerare, deinde manibus ipsum conterere, donec tenuis eius membrana excutiatur, postea validius rursum manibus confricare, quousque totum id, quod paleaceum est, auferatur: nisi quis ptisanam ipsam voluerit magis abstergentem efficere, tunc enim melius est hordeum cum ipsa membrana coquere. Porrò ipsa coctio hunc in modum fieri debet, vt primum quidem multum ebulliat, postea verò molli igni, quousque in cremorem vertatur.

† ita & græce. Sed uide an cōuerso ordine legendum. donec quod paleaceū est excutiatur, postea ualidius rursum manibus confricare quousq; tenuis membrana auferatur.

De Ptisanæ uiribus. CAP. 5.

A.ibid.m.

HAc" enim ratione ptisana decocta totum id, quod inerat, flatulentum amittit: omnia verò, quæ illi adscribit Hippocrates, bona adipiscitur. ‖ Illius.n. viscidum (inquit) læue, & con-

de uictus rat. in mor. acu. com. 1 t.18.7.110.h

tinuum, & blandum, & lubricum, & humidum moderate: ſitimq; arcet, & ad abluendum ſi quid E
opus eſt, idoneum: neq; adſtrictionem hẽt, neq; vllam, dum in ventriculo coquitur, pertubatio
nem facit: deniq; non exturgeſcit: ſi quidẽ in coctione intumuit, quantũ plurimum intumeſcere
* κολλῶδες. poterat. Quòd igitur ptiſana nihil hẽat * glutinoſi, aut emplaſtici, quemadmodum reliqua ferè
oĩa viſcida, manifeſtum eſt. Neq; n. corporis tantummodo ſordem abſtergit, verum ẽt pituito-
ſum humorẽ in ventriculo exiſtentem exhibita quadantenus expurgat. Plurima verò decoctio
eorũq; q̃ miſcentur, exacta vnio, apparentẽ hunc lentorem efficiunt, q̃ certe nullã hẽt aſperita
tem, ſed vndequaq; læuis eſt, æqualis, permanens, atq; continuus. Cum. n. nullius aut adſtrictio-
nis, aut acrimoniæ particeps ſit, ex quibus ortum habet aſperitas, læuis neceſſario non ad tactũ
mõ, verum ẽt viribus exiſtet. Quippe viſcida alia, ut oleũ, mel, reliquaq; hmõi, tangenti tibi læ-
uia quidem, æqualia q̃; apparent, cum nihil in ſe ipſis habeant inæqualitatis. ſ. vt vna pars tenuis
altera craſſior, diuulſa, aut diſtracta ſit; propterea q̃; tactui læuorem ſuum oſtendunt: in actioni-
bus ãt ſuis, ac facultatibus, quorundam aliorum reſpectu, nequaq̃. Non. n. æqualiter, atq; conti-
nue madefaciunt oẽs partes corporis, cui admouentẽ, ſed in hoc diſſident à ſe inuicem viſcidorũ
oĩum partes, ptiſana excepta: hæc. n. ad tactum læuis exiſtens, & cõtinua, atq; in diuulſa, ſimilem
ẽt habet facultatem. Quin illa quidem guſtui nullam p̃ ſe ferũt voluptatem: at hæc prẽter alias F
ſui dotes, guſtum ſuauitate, ac iucunditate delectat: idq; potiſſimum ægrotantibus p̃ſtat. Porrò,
licet panis, virtute reliquis cibarijs antecellat, tñ multam ipſe etiam habet in ſuauitatem, ꝙ, q̃uis
in aqua ſit maceratus, dentibus nihilo minus à nobis ſit conficiendus. Vt rurſum hac in re ptiſa-
na reliquis ſuperior exiſtat, ꝙ nullam, dum mandit, parit in ſuauitatem. Habet quin ẽt lubricita
tem, eius præcipue cremor, ſed quæ in tranſitu non adhæreat mẽbris: id quod reliquis ferè om-
nibus viſcidis ſolet contingere, vna ptiſana excepta: ipſa. n. in partes thoraci adiacentes facile
deſcendit ob eius vim deterſoriam. Deiectioni prẽterea valde eſt idonea, quemadmodum ẽt fa
cilem hẽt diſtributionem, in hisq; potiſſimum, quibus in hepatis conuexa cibi haud facile ſub-
mittuntur. Eſt ẽt moderate flaccida. i. humida, ac ſitim ſedans: humiditatem quoq; nanciſcit ab
aqua, licet refractam ob hordei naturam mediocriter exiccantem: quod. n. ex contrarijs facul-
tatibus conſtat, aliam quandam aduentitiam naturam acquires, ipſa fugit extrema. Sitim autẽ
iõ abigit, qd̃ humida exiſtit: magis ẽt, q̃ aqua, ſitim arcet, quãuis ab ea vincatur humiditate, qm̃
velocius diſtribuitur, quodq; humorem habet ob viſciditatem magis permanentem, & q̃a pol-
let ẽt frigiditate: quarum certe qualitatum noĩe ardentibus febribus eſt accommodatiſſima, ni-
mirum ꝙ in oĩbus his opponatur, non mõ refrigerans, & humectans, verum ẽt putridos humo- G
res abſtergens, corporiq; non paruum afferens alimentum, humores verò iam ſemiputres con
coquens, & in bonum ſuccum tranſmutans. Hæc igitur oĩa commoda ſecum fert ptiſana, cum in
† Quæ duabus his notis ſunt intercepta, omnia ex antiquiſſimo græco exemplaria nobis reſtituta ſunt. terim nullã habeat aut adſtrictionem, aut ſtomachi ſubuerſionẽ: † nam quantum ventriculo ro-
borando cõfert adſtrictio, tñ addit humorum craſſefactioni. is vero humor, qui craſſeſcere nõ
põt, ſtomachum ſubuertendo conturbat: quorum omnium incommodorum expers eſt ptiſa-
na quod omnem effugiat exceſſum, q̃ ſaltem aliqua dignus ſit animaduerſione. Sed neq; tumul
tu aliquo, aut perturbatione ventriculum percellit, qd̃ acrimoniæ, aut flatuoſi halitus minimum
in ſe contineat: qm̃ inter coquendum amittit̃. Hæc itaq; oĩa ſunt commoda, q̃ ptiſana, dũ ꝓbe
decoquitur, acquirit: ea cum nuper à nobis ſint enarrata, rurſum ſummatim nõ grauabimur re-
cẽſere. Nempe hunc in modum parata ptiſana læues habebit quaslibet ſui particulas, æquales,
continuas, ac ſibi coniunctas, vt nullius aut tenuitatis, aut craſſitudinis rõne partes inter ſe diſ-
ſideant: quin omni prorſus carebũt inæqualitate: ⁊ idq; non ipſius ſolum tactus iudicio illi ineſt:
verum etiam viribus, & actione, omnino ſe talem eſſe declarat. Guſtui quoq; nec minus erit iu-
cunda, nullam. ſ. habens ſuauitatem, & humida, ſitimque ob illi inexiſtentem lentorem extin-
guens. Qm̃ verò læuis eſt, & humida, atque ſuauis, non modo adſtrictione, ſed alia quacunq; po- H
† Ex proxime præcedenti textu apparet in græco legendũ eſſe, non ἀδίψον, ſed ἄδυψον: ut ſenſus ſit ptiſanam ex optima coctione omnem inflationem depoſuiſſe. tentiori caret qualitate. Habet prẽterea ab optima coctione, vnde † ſitim ſedare poſſit. Cũ igitur
talis exiſtat, merito acutis febribus conuenire illam exiſtimamus: non tantum quod illis in om-
nibus aduerſetur, verum etiam quod facillimẽ ſit concoctionis, ſuasque omnes qualitates ha-
beat imbecillimas, & in vniuerſum corpus promptiſſime digeratur, & putrefactos humores ob
deterſoriam qualitatem expurget, eos verò concoquat, qui ſemiputres iam euaſerunt.

Quando & quamenſura ptiſana utendum. CAP. 6.

† Quæ iterũ his notis claudũtur, ex eodẽ veteri græco cod. a nobis huc ſunt deſumpta. CAeterum in morbis non temere eſt exhibenda: nam multis opus eſt diſtinctionibus ante
q̃ porrigatur. Neque. n. illis eſt adminiſtranda, q̃ cum periculo laborant: aut ſanguinis miſ
ſione, purgatione ve indigent, aut aliquo clyſteri: minus etiam his, qui ventriculum habent ex-
crementoſis humoribus refertum, aut à magno aliquo dolore vexantur, atque omnium minime
his, qui aut medicis fomentis, aut venæ ſectione, aut purgationibus egent. Sed neq; ſicciſſimis
illam morbis conuenit exhibere: præter hæc ẽt opportunum exhibitionis tempus, eiusq; men-
ſuram, † & ægrotantis conſuetudinem conſiderare oportet: adde etiam, illiuſne cremorem ſo-
lum, an ptiſanam integram, vel potius vtraque, an etiam neutra propinare conueniat. Ea igitur
ſorbitioni hora fuerit opportuna, (iam enim ſine diſtinctione illam adminiſtrare vetauimus)

cum

A cum vniuerſum corpus æqualiter diſpoſitum fuerit, vt nullius aut caloris, aut frigoris ratione inter ſe corporis partes diſſentiant: quæ certe occaſio tunc præſto nobis aderit, cum iam morbum videbimus inclinare, in reliquis vero morbi temporibus nequaquam: poſt illa.n. quicquid habet corpus in ſe caloris, in omnes æqualiter ſui partes diffundit. Sed neque multa adſit plenitudo, aut humorum craſſitudo: ‖ periculoſum.n. vel Hippocrate teſte, ſubito confertimque repleri. Præſtat igitur paulatim aliquid cibo adijcere ξ qui certe iuxta ægrotantis conſuetudinem nobis ſemper eſt metiendus. Si quidem cibum aſſumere ſemel tantum aſſueuerat, tu quoque potionē illi ſemel tantum offerendam curabis: uerum, ſi bis in die antea ueſcebatur, bis itidem cibum tu etiam propinabis. Porrò augmentum ſorbitionis huius, & additionem in ſiccioribus quidē morbis fieri nequaquam oportet: ualidioribus.n. tales morbi potionibus egere uidentur, q̄ ptiſana exiſtat, quo magis poſſint humectari. Sicci autem morbi ſunt pleuritis, & peripneumonia, omneſque alij, qui in pectore conſiſtunt, morbi: cum.ſ. nulla adhuc ab eis ſputa proueniunt. Illi q̄n etiam morbi, qui iecur, uentriculum, & inteſtina occupant, ſicci dicuntur, quando nihil excernitur: aut, ſiquid exit, id durum eſt, non quantum par eſt, aut alicuius etiam momenti. Cæterum ſiccitates, quæ in arterijs, ac uenis oriuntur, ex lingua, & extima cute deprehenduntur: quē admo-
B dum capitis affectus, cum per palatum, aut nares nihil expurgatur. Qua etiam ratione inflammationes, & ulcera, ſicca eſſe pronunciamus, à quibus nihil per ſaniem exire animaduertimus. Quippe talibus morbis ptiſanam parare opus non fuerit, q̄ illos ſatis nequaquam poſſit humectare: vt quæ non admodum humectet ea, quæ magna, ac ualidiori egent virtute humectante, nec non repletionis noxam corporibus præbeat. Quòd ſi corpus humidius fuerit, aliquidque iā è pulmone expuatur, tunc eius potionem augere ſemper, atque addere oportet: humectans.n. ſimul & incidens eos, qui in corpore, humores, & in membris per nutritionem robur efficiēs, ab ea, quæ animalis corpus infeſtat, cacochymia cito liberum reddit. Cum enim duo hæc in vnum conuenerit, praua omnia excrementa facile expurgantur. Atqui præter hanc, aliorum nullum eſt ex his, quæ ſiue vt medicamenta, ſiue vt alimenta offeruntur, quod vtraque hæc poſſideat: ſed aut parum incidens, abunde humectabit, & nutriet, quemadmodum panis, & alica, & oua, & piſces: aut incidendi vires habens, humectare ac nutrire non admodum poterit, vt oxymel, & ſi quid huiuſmodi alterum eſt: quæ tamen omnia bona vni adſunt ptiſanæ, ita nihilominus, vt nullam vtilitatem ſit allatura, ſi abſque conuenienti determinatione adminiſtretur, cum aliquando exhibita mortis potius eſſe poſſit occaſio. Quum enim laboranti opus fuerit clyſteri ad
C expurganda excrementa, aut venæ ſectione ob ſanguinis abundantiam, aut etiam doloris vehementiam, dolore ſcilicet plenitudinis cauſam minime tolerante, porrecta tunc ptiſana mortis cauſa effecta eſt, plenitudinem duplo maiorem forte tum reddens. Propterea, quum febris infeſtat, illam propinare minime expediet, ſiue cum dolore, ſiue etiam citra dolorem ea exiſtat, aut ſi paulo poſt cibum febrire homo inceperit, necdum ille deiectus fuerit. Porrò eædem hæ diſtinctiones non ſolum in cremore, verum in ipſa etiam ptiſana ſunt adhibendæ, in his ſcilicet, quibus vtilis illa futura eſt: quam tamen non ſtatim illis miniſtrare conueniet, ſe primum quidem cremorem ſolum, aut ſaltem cremoris portionem maiorem, ptiſanæ autem minorem: deinde æquales vtriuſque partes: tandem etiam ſolam ipſam ptiſanam. Illud enim omnino ſciendum eſt, ad corporis tum robur, tum nutritionem ptiſanam ipſam valere quamplurimum: ad facilem vero confectionem, concoctionem, ac in corpus digeſtionem, cremorem eſſe magis accommodatum.

De ptiſana igitur ſummatim à nobis hæc dicta ſint, vt cum temperatum illius vſum, tum in ea exhibenda neceſſarias diſtinctiones perſpectas habere poſſis.

2 Aph. 51. Ext. ord. 19. c

GALENI DE PARVAE PILAE EXERCITIO

Valeriano Centannio Vicentino interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Paruæ Pilæ exercitationem cæterarum omnium saluberrimam,ac præstantissimam esse.

Optimam esse exercitationem corporis, quæ animi oblectationem coniunctam habet. CAP. 1.

QVàm quidem ad bonam ualetudinem conferant exercitia, ô Epigenes, quàmque ipsa opus sit cibaria antecedere, ab antiquis præstantissimis, tum philosophis, tum medicis sufficienter traditum est: quàm uerò illa, quæ ex parua pila habetur, exercitatio alias omnes excellat,hoc nondũ satis priorum quispiam explicauit. Aequum igitur est, ut, quod hac in re sentimus, id nos in medium afferamus: tu autem dictorum eris iudex, quippe qui omnium optimè eius artem exercueris: at uero ijs sanè utilia dicta esse uidebuntur, quibus uel tu commentariolum hunc fueris impertitus. Ea nanque (ut arbitror) omnium conducentissima est exercitatio, quæ non modo corpus fatigare,uerum etiam animam oblectare possit; & profecto, qui leporum, ceruorum, aprorum, cæterorumque id genus insectationem, nec non aliam quamlibet uenationis formam adinuenerunt, uoluptate, oblectamento, & cupiditate laudis, horum laborem temperantes,illi sapientes,& humanæ naturæ peritissimi extitere; tantum enim in ipsa potest motio animæ, ut & multi præ sola lætitia morbos euaserint, multi etiam præ mœrore ægrotauerint. Neque ulla est tam uehemens corporis passio, ut affectiones animæ uincat: non igitur paruipendere oportet huius motiones, quales nam sint:immo uero longe magis, quàm corporis motus obseruare, tum alijs de causis, tum quòd corpore dignior sit anima. Hoc igitur omnium, quæ cum uoluptate coniunctæ sunt, exercitationum commune: alia uero earum sunt propria, quas nobis ex parua pila comparamus: quæ nos nunc exponemus.

Pilæ exercitationem apparatus facilitate, ac motuum uarietate cæteris omnibus præstare. CAP. 2.

PRincipio quidem adest facilitas. si igitur consideraueris, quanto egeant apparatu, & ocio, tũ cætera omnia uenandi exercitia, tum quæ lepores, ceruos, apros, atque id genus alia, q̃ canibus insectando fiunt: tibi manifeste constabit neque ciuilibus addictos negocijs, neque artifices ipsos ad huiusce modi exercitia accedere posse. Multa.n.hæc, atque admodum liberum hominẽ exposcunt: hoc autem solum adeo familiare est, vt ne infimus quidem eius indigeat apparatu: non enim retibus, non armis, non equis, non uenatorijs canibus, sed pila sola, & quidem parua opus est. Adeo uero actionum aliarũ rationem habet, ut earum nullam sua causa nos deserere cogat: quid uero unquam commodius esse possit, quàm quod & humanam fortunam omnem, atque actionem admittat? Vti namque uenandi exercitijs nobis non adest facilitas: diuitias enim instrumentorum apparatum suppeditantes, ociumque liberum opportunitatem attendens exigunt: paruæ autem pilæ exercitationis instrumentorum apparatus, vel infimis (vt dictum est) facilis existit: atque utendi occasio vel plurimum negocijs addictos expectat. Commodum igit̃ quod in huiusce modi exercitationis facilitate consistit, tale est. Eam vero aliarum omnium q̃ integerrimam esse, hinc potissimum cognoueris, si quidem ipsarum vniuscuiusque vim, & naturam intueberis: alias enim singulas inuenies, vel vehementes, vel mites, vel corporis inferiora magis,

A magis,uel ſuperiora, uel præter cęteras partem aliquam,ut lumbos,caput,manus,aut thoracem mouentes.Quæ autem omnes corporis partes æqualiter moueat,poſſitq́ue & in ſummam uehementiam tolli,& in minimam motionem deprimi,aliarum nullam inuenies,illa excepta,quę ex parua pila habetur exercitatio.Hæc inquam concitatiſſima viciſſim,& tardiſſima,& ad placitũ, vtque corpus tolerare viſum fuerit, vehementiſſima, & remiſſiſſima fieri conſueuit: ſic verò & ſimul omnes corporis partes, cum hoc præſtare uiſum ſit, & quaſdam præter cæteras,cum hoc itidem uideatur,mouere licet. Cum.n.inuicem congredientes,ſeque,ne conſtitutus in medio pilam excipiat, mutuo uetantes laborauerint, maximum id, uehementiſſimumque eſt, multis utpote colli obuerſionibus:latera uerò,thoraxque,& uenter,faciei elationibus,ac depreſſionibus, expulſionibusque,ac obnixibus,alijsque palæſtricis prehenſionibus fatigentur.† Eodem autem exercitationis genere, lumbi uehementer, ac inceſſus fundamenta crura tenduntur: ⁊ progreſſus uerò, & in obliquum ſaltitatio non paruum eſt crurum exercitium.

† Antiqua uerſio uidetur non parum ab eo variare, qđ nunc habetur in græca lectione, ita .n.hẽt. Huic ãt, & coxa tenditur fortiter & crura ſit mantur in huiuſcemodi labore. Vbi appareret loco eius qđ nunc habetur in græco ὀσφύς. lũbus, antiquũ interpretẽ habuiſſe ἰσχίον:.i.coxa.

Pilæ ludum omnes corporis partes exercere, imperatoriæq; arti maxime aſſimilari. CAP. 3.

B IMo re uera id ſolũ eſt, quod omnes corporis particulas ſumma cum iuſtitia moueat: dũ enim proced imus, aut recedimus,aut nos in obliquum transferimus,alij, atq; alij nerui,ac muſculi plus fatigantur. Quicunque etiam uno motionis genere crura mouet, quemadmodum q̃ ſine rõne curſitant, ſic quoq; non ſecus, quàm qui crebro ſeſe in obliquum transferunt, partes in æqualiter exercet: verum quemadmodum cruribus, ſic & brachijs, exercitatio hæc ſumma cũ iuſtitia proprium partitur opus: ſiquidem in omni figura pilam excipere conſueuerunt.Hic.n.neceſſe eſt figurarum varietatem alios,atque alios muſculos vehementius tẽdere,adeo,vt omnes viciſſim laborantes,intermiſſionem his habeant ęqualem,qui,dum alij operantur,quieſcunt:atque ita viciſſim omnes operantes,& quieſcentes,neque ſegnes omnino relinquantur,neque ſoli laborantes laſſitudine corripiantur.Quòd autẽ & oculos exercere oporteat,hinc videre licet, ſi animaduertimus,q̃ niſi quis,quò vergat pila,diligenter præuiderit,quo minus eam attingat, ipſum aberrare neceſſe eſt.In hoc autem & conſilium æquale ſollicitudini paret,opus eſt tum illam ne humi incaſſum deijciat, tum vt verſantem in medio eandem aſſequi prohibeat,vel ipſe tranſmiſſam rurſus excipiat. Atqui ſolicitudo corpus ſola quidem extenuat,cuipiam verò exercitio,ac laudis deſiderio commiſſa,vtpote in lætitiam deſinens,ad bonam corporis valetudinẽ,
C atq; animi prudentiam plurimum confert. Illud autem exercitium non modicũ præſtiterit uſũ, quod ambo, corpus videlicet,atq; animum,pro ſua vtriuſq; virtute iuuare poſſit.Quòd aũt maximis ambo exercitijs afficere poſſit, ad quæ militum imperatores potiſſimum accedere ciuitatis reginæ leges iubent, videre non eſt difficile.Hoſtem etenim opportune inuadere,atq; inuadendo latere,†nauiterque prouinciam ſuſcipere,aduerſariorumque res,vel vi,vel extemporario aggreſſu ſibi ſuas facere, ac parta tueri, optimi eſt imperatoris:atq; vt ſimpliciter dicã,exercitus imperator, & cuſtos & fur egregius eſſe debet:artis.n.illius vniuerſæ hæc eſt ſumma.Nunquid igitur aliud quodpiam exercitium æque idoneum ſit, hominẽ vt inſtituat aut parta defendere, † aut præcipitantia reſtituere, aut propoſitum aduerſarij præuidere?mirum profectò,ſi qs dixerit aliud quodpiam inueniri.Multa nanq; ipſorum contrarium efficiunt:ignauos ſiquidem, & ſomnolentes, ac ſenſu hebetes reddunt:etenim, quicunq; in palæſtra laborant,ad craſſitudinem potius, q̃ ad virtutis ſtudium excitantur : multi ſiquidem craſſitiem adeo contraxerunt, vt vix reſpirare poſſint. Huiuſmodi ſanè homines nec militię,nec regijs negocijs,aut ciuilibus uti liter præfici poſſent: ſuibus potius, q̃ illis, rem quamlibet mandare quis poſſit. Forſitan aũt exiſtimaueris me curſum, & quæcunq; corpus extenuant, exercitia probare: uerum hoc ſecus hẽt:
D ego enim quod immodicum eſt,ubique damno,artemque omnem modice tractandam cenſeo: quòd ſi quid menſura caruerit, pulchrum illud haudquaquam fatebor. Curſus igitur minime laudauerim: quippe qui corporis habitum extenuent, hominemque ad fortitudinem nullatenus aſſuefaciant: non enim celeriter fugientibus victoria debetur, † ſed ijs, qui comminus valeant obdurare:neque,quòd celerrime currerent,Lacedæmonij plurimum potuerunt,ſed quòd hoſtes perſiſtendo trucidarent. Quòd ſi curſus, quàm bonæ profit valetudini, quæſieris: quatenus corporis partes inęqualiter exercet,eatenus ſalubris non eſt cenſendus.Neceſſe eſt enim in hoc alia quidem nimis fatigari,alia verò penitus torpere,quorum neutrum conducit,immo verò ambo morborum gignunt ſemina,uireſque imbecillas reddunt.

† Græca lectio habet καὶ ὀξυλαβῆσθαι τὴν πρᾶξιν, quæ ita melius uerti poſſe uidẽtur. Et data occaſionem momento arripere.

† Græca uerba quæ ſunt ἢ ἀνασῶζειν τὸ μεθισάμενον, clarius redduntur ſi dicamus: Erepta recuperare.

† Galeni uerba quæ græce ita ſe habẽt, ἀλλὰ τῶν σύσσιδὴν κρατεῖν δυναμένων, melius ita uerti poſſent. Sed his, qui ſtando fortiter pugnant.

Pilæ ludum temperatam reddere naturam, ac de uaria ludendi ratione. CAP. 4.

EXercitium igitur id potiſſimum commendauerim, quod bonam corporis ualetudinem, ac partium concinnitatem, unaq; animi uirtutem præſtare poſſit: quale illud eſt,quod in parua pila conſiſtit.Animum etenim undiq; iuuare poteſt,omnesq; corporis partes pari modo ma

xime exercet: id quod & ad bonam valetudinem plurimum confert, & corporei habitus com- E
menſurationem efficit: utpote quod craſſitiem nullam immodicam, aut gracilitatem afferat, q̃ n
potius actionibus robore, aut celeritate indigentibus ſufficiens ſit, atq; idoneum. Quantum igi-
tur ad uehementiam attinet, nullo omnium eſt inferius. Mollitiem autem deinceps uideamus:
hac.n. aliquando indigemus aut propter ætatem, quæ maximos labores, uel iunior nondũ fer-
re, uel antiquior iam facta, non etiam ſuſtinere ualeat: aut q̃ laſſitudini conſulere uelimus: aut q̃
à morbo conualeſcamus: in ea quoq; (ut mihi quidem uidetur) reliqua cuncta excellit: nullum
eſt.n. adeo lene, modo leuiter ipſum tractaueris. Oportet autem ipſo medium te locum obtinen
tem, nullaq; ex parte ab eo, quod modicum ſit, declinantem, nunc quidem ſenſim procedendo,
nunc uero loco ſtãdo, ac denique membra nõ admodum agitãdo, uti: mollibus poſtea ex oleo
frictionibus, calidisq; balneis uteris. Hoc equidem omnium eſt remiſſiſſimum, adeo, ut & q̃-
te indigentibus utiliſſimum, atque ad imbecillas uires reuocandas ualentiſſimum, ſeniq; ac pue
ro ſit conducentiſſimum. Quæ verò hoc quidem laborioſius, mitius verò, quàm quod vehemẽ-
tiſſimum ſit, in paruæ pilæ exercitio fieri ſolent, ea quoq; cognoſcat, opus eſt, quicunque ipſa re
cte ſemper tractare voluerit. Etenim, ſi quando ob neceſſaria negocia, quibus perſæpe detine-
mur, aut ſupernas partes omnes, aut infernas, aut manus duntaxat, aut pedes immodice fatiga- F
ueris, tibi licet exercitatione huiuſcemodi partim quidem ſiſtere, quæ prius laborarunt, partim
verò, quæ antea penitus torpuerunt, ad parem illis motionem ducere. Si quis.n. è multo inter-
uallo crurum opus, aut nihil, aut omnino parum admittens, magno cum conatu proijciat, infer-
na quidem ſiſtit, ſuperna verò vehemẽtius mouet. Quòd ſi plerunq; ac celeriter curſitãs, è mul-
to interuallo perraro pilam proiecerit, inferna magis fatigabit: feſtinatio inſuper, ac celeritas in
† *Alex ant. gra cis, fortitudo ãt in recep tione ac trãſmiſſione, ex ceptioneq; abſ que celeritate.* ea reperta abſque graui conatu, anhelitum magis exercet: †alterum verò, receptio videlicet, ac
tranſmiſſio, exceptioq́ abſque celeritate, corpus magis intendit, ac roborat: at, ſi vehemens
conatus, vnaq́ feſtinatio fuerit, hoc & corpus, & anhelitum magnopere fatigabit, eritq́ om
nium exercitiorum uehementiſſimum. Quouſque autem pro ſingulo quoque uſu intendenda,
aut remittenda ſit exercitatio, ſcribere quidem impoſſibile: neque.n, fieri poteſt, ut uniuſcuiuſq;
quantitas explicetur, in opere tamẽ ipſo adinuenire, atque oſtendere poſſumus: in qua ſane vis
tota maxime conſiſtit: nihil.n. prodeſt qualitas, ubi quantitate labefactetur: hoc igitur ſit curæ
pædotribæ, qui exercitationi ſit præfuturus.

Pilæ ludum periculo maxime vacare. CAP. 5.

RElíquum autẽ ſermonis noſtri abſoluatur. Animus eſt.n. præter bona, quæ mihi dicta ſunt, G
huic exercitio non nihil etiam addere, neque vllo pacto, q̃ citra pericula ſit, quibus aliorũ
plurima ſunt obnoxia, miſſum facere. Curſus.n. celeres rupto vaſe præcipuo multos iamdudum
perdidere: itidem & voces magnæ pariter, ac vehementes, vno tempore affatim emiſſæ maxi-
ma detrimenta non paucis attulere: violenti quin etiam equitatus circa renes, ſæpe quoque circa
thoracem aliquid fregere: non nunquam etiam ſeminarijs meatibus noxam intulere: taceo
equorum delicta: quibus ſæpe à ſella delapſi equites ilico ſunt pernecati: eodem pacto & ſaltus,
& diſcus, & quæ per flexiones fiunt, exercitia ſeſe habent. Quid autem de ijs dicendum, qui
in palæſtra verſantur? quàm omni ex parte, non minus quam Litæ illæ apud Ho-
merum, læſi ſint. Quemadmodum enim ille inquit poeta, claudas, rugoſas,
atque oculos diſtortas eſſe, ſic eos, qui in palæſtra verſantur, vel clau-
dos, vel diſtortos, vel fractos, uel omnino mutilos videris. Cum
igitur præter bona, quæ dixi, id quoque accedat par-
uæ pilæ exercitio, vt ſcilicet neque periculo
ſit obnoxium, aliorum omnium ad
vſum optime patebit.

GALENI

GALENI LIBELLVS

DE DIGNOSCENDIS CVRANDISQVE

B ANIMI MORBIS,

{QVAS PERTVRBATIONES LATINI APPELLANT}

Bernardino Donato Veronenſi interprete

Nunc diligenter recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

Quo quis pacto ſua ipſius, & aliorum vitia cognoſcat, & emendet.

Quæ ſunt peccata, quique de ipſis corrigendis ſcripſerint. CAP. 1.

C POſtquam etiam in commentarium redacta tibi habere vis ea, quę olim tibi reſpondi, cum interrogaſſes nos de libello, quem Antonius Epicureus ſcripſit, De ſubſidio aduerſus proprios affectus; hinc iam hoc ipſum agam, hincque initium ſumam. Optimum quidem factu fuiſſet, ſi ipſe Antonius aperte explicaſſet, quid tandem ſubſidij nomine vellet ſignificari: vt verò ex ijs cõiecturam facere licet, quæ in ipſo libro memorat, videtur mihi eo verbo aut obſeruationem, aut diiudicationem intelligere, aut etiam correctionem. Siquidem ille, vt noſtri, pleraque eorum quæ dixit ita obſcure elocutus eſt, vt conijcere longe facilius ſit, quid dicat, quàm planè percipere: modo enim nos hortari videbitur, vt cogitemus nos quoque ipſos ſimiliter ac cæteros peccare: modo autem, quo pacto ſingula, quæ ab vnoquoque peccentur, vnuſquiſque diiudicet ac dignoſcat, modo qua ratione quis ſe ipſum à peccatis abducat, quod quidem mihi eiuſmodi orationis vniuerſæ caput eſſe videtur. cætera enim omnia inutilia planè ac ſuperuacanea ſint, niſi ad hoc ipſum referantur: oportet autem in ijs maxime infortunijs, quæ propter peccata eueniunt, ſe ipſum corrigere. Nam illius interdum quaſi de ſolis affectibus oratio eſt: plerunque tanquam de peccatis. nonnunquàm de vtriſque tibi diſputare videbitur. Ego verò hoc ipſum primum, vt noſti, iampridem diſtinxi, cum peccata quidem ex falſa opinione committi affirmaui: affectũ verò ſeu perturbationẽ ex quadã experte rõnis vi fie
D ri, quæ ipſi rõni minime obtẽperans ſit: cõmuni aũt vocabulo (qđ quidẽ ad ſignificatũ amplio rẽ pertineat, q genus ipſum magis attingit) vtraq; peccata appellari. Dico ãt illũ peccare, & q exempli gratia, aut immodeſtius, aut animo concitatiore aliquid agat, aut calũniæ credat. Scripſere igitur & alij ex philoſophis pleriq; & Chryſippus præterea, quæ ad remedia ptinerent animi perturbationum: tractauit ẽt Ariſtoteles eandem materiam, & eiuſdem philoſophi ſectatores: ante hos verò ẽt Plato. Et ſatius forſitan fuiſſet ita ab illis viris hæc diſcere, quemadmodum ipſe quoq; didici: verumtamen hoc priore libro capita tibi omnia, quoniam ita iubes, breuiter exponam, eo planè ordine, quo me reſpondẽtem audiuiſti, cum de Antonij libello interrogaſti.

Peccare nos plurimum, tametſi nos errare non putemus. CAP. 2.

QVod igitur peccare nos probabile ſit, tametſi nihil prorſus ipſi noſmet aberrare exiſtimemus, ex ijs, quæ dicam, argumentari, facile fuerit. Cernimus cunctos homines exiſtimare, ſe ipſos aut eſſe omnino ſine omni peccato, aut in paucis exiguiſque rebus rectam rationem offendere: hocque ipſum illis maxime accidere ſolere, quos alij plurimum peccare arbitrantur: quam ſanè rem ego, ſi quam aliam præterea, plurimis notam habeo experimentis. Ergo, quicunque alijs permiſerunt, vt de ſe ipſis ferrent ſententiam ac iudicarent, quales nam ſint; hos in pauciſſimis aberrare ſolitos animaduerti, at quicũque ſe ipſos eſſe optimos exiſtima-

runt,nec alijs iudiciũ ſui ipſorum facere permiſerunt;hos contra, & in maximis rebus, & in plu E
rimis offendentes inſpexi.Quocirca,qđ ipſe quõdam adhuc puer temere laudari putabam,(id
ãt erat Pythium illud, quo iubetur vnuſquiſq; ſe ipſum cognoſcere) propterea q̃ magnũ non
eſſet p̃ceptum, hoc poſtea deprehendi merito admodũ cõmendari ſolere. Nam is ſolus, qui ſa
pientiſſimus eſt,perfecte ſe ipſum cognoſcit:reliquorum ãt oĩum,perfecte quidem nullus:alius
ãt alio & magis, & minus. Quod.n.ĩ uita vniuerſa, & in artibus oĩbus videmus,vt magnas qui-
dem atq; inſignes rerum eminentias,differentiasq; quiuis unus è multis facile poſſit diſcernere,
exiguas ãt, ac tenues ij duntaxat,qui & prudentes ſint,& ipſarum artium periti;idem in peccatis
quoq; atque affectibus vſu ſolet venire. Si quis.n.exempli gratia,minima de cauſa vehementer
iratus mordeat, ac vexet ſeruos domeſticos, tum is tibi planè videbiť malo quodã affectu tene-
ri:item, ſiquis ebrius inter ſcorta, & laſciuos cœtus diuerſetur. At mediocriter animo cõmoueri
ob magnam amiſſam pecuniam, aut ob repulſam, atque ignominiam, quamuis in genere affe-
ctuum contineatur, non tñ æque, vt illud ſuperius, perſpicuum eſt: ſicut ne placentam quidem
exedere auidius. Veruntamen hæc quoq; emẽdationis indigere, ei, qui animum ſuum exercue-
rit,& cunctis affectibus vindicauerit,haud dubium eſt:quamuis eadem euitare,propterea quòd
parua ſunt,magis arduum ſit.Quiſquis igitur volet ſe & honeſtum,& probum fieri,is neceſſe eſ- F
ſe cogitabit multa à ſe peccata ſua ignorari, quæ vt cuncta deprehendat, cum poſſim ego dice-
re,quo pacto ipſe deprehẽderim, nõdum tñ id dico, propterea q̃ fieri põt, vt hic libellus etiã in
aliorum manus aliquando perueniat: quos ipſos quoq; exerceri volo,quoad rationẽ inueniãt,
qua peccata ſua agnoſcant,quemadmodum olim,cum eadem de re loqueremur, te itidem mi-
hi dicere poſtulaui,& quamdiu illa ipſa tibi videri ſignificaſti,conticui.Quare etiam nũc eodem
modo agam: & exhortabor eum, qui hoc ſcriptum noſtrum legerit, vt,quod ipſi permiſſum ſit,
ac relictum, id quærat:quomodo videlicet vnuſquiſque poſſit ſe ipſum peccantem agnoſcere.
Duplicem.n.ut Aeſopus aiebat,manticam è collo ſuſpensã gerimus,alteram quidẽ ante pectus
alienorum pecatorum, alteram uerò à tergo noſtrum.Ex quo fit, ut aliena ſpectemus ſemper,
propria autem nunquam intueri poſſimus.Quam quidem narrationem cum omnes probẽt, vt
ueram,Plato etiam cauſam,cur id fiat,nobis exponit:Quidquid enim amat,inquit,cęcum eſt er-
ga eã rem, quam amat.Itaq; ſi noſtrum quiuis ſe ipſum maxime omnium diligit,unuſquiſq; no
ſtrum ad ſe ipſum maxime cæcus ſit,neceſſe eſt. Quomodo igitur ꝓpria mala inſpiciet;aut qũo
ſe peccantem intelliget?Multo enim magis etiam nunc,q̃ res ipſa fert,tam Aeſopi apologus,q̃
Platonis ratio,uidetur nobis noſtrorum peccatorum inuentionem deſperabilem cõſtituere:ſiq; G
dem neq; quis facere poteſt,quin ſe ipſum amet,& quod amat,erga eã rem quam amat,cæcum
ſit,neceſſe eſt.Nec uerò ipſe poſtulaſſem,vt,qui hunc librum legere inſtituerit,curet per ſe,vt ſi-
bi viam inueniat, qua peccatorum ſuorum cognitionem accipiat,niſi res ipſa difficilis admodũ
foret, quamuis quis vel quamplurimum eam rem apud ſe ipſum tractauerit. Proinde ego hic
meam enuntio ſententiam,vt,ſi quam aliam quiſque præterea rationem per ſe ipſum inuenerit,
mea quoque ſibi aſſumpta,liberalius adiuuetur, quippe qui duas ſalutis vias pro vna ſit nactus:
ſin minus, at hac noſtra ſaltem vti poſſit, donec aliam meliorem offenderit. Sed iam videtur
eſſe tempus,vt quæ nam hæc ſit,mea,in medium proferam,hinc ſumpto initio.

Qui uir ſit aptus noſtra nos peccata perdocere: quando, & quomodo calumnijs reſpondendum:
& præclara Zenonis ſententia. CAP. 3.

QVoniam peccata ob falſam opinionẽ cõmitti ſolent,affectus aũt,ſeu perturbationes ob ex
pertem rationis appetitum; placuit mihi prius ipſum liberare ab affectibus. Par enim eſt
nos ab his detentos falſa opinari.Sunt autem animi vel affectus,vel perturbationes,quę omnes
nouimus, impetus, ira,timor,mœror,inuidia,vehemens cupiditas:mea verò ſententia,ẽt nimio
alicuius rei, qualiſcunq; ea ſit,uel amore,uel odio occupari,in genere affectuum eſt habẽdũ.Pro H
be.n.dictũ eſſe videtur, mẽſuram eſſe optimam:tanq̃ nihil bene,egregieve fieri poſſit ſine men
ſura. Quo modo igiť quis iſta vnq̃ eijciet, niſi prius ea ſe habere cognouerit? At verò,ut q̃s co-
gnoſcat,fieri nõ poteſt, quemadmodum iam dictum eſt:quandoquidẽ nos ipſos amamus vehe-
menter.Cæterum,& ſi ratio hæc tibi non permittit,ut de te ipſo iudices;at ſaltẽ,vt de alio,quem
neq; ames, neq; oderis,iudiciũ feras,tibi non adimit poteſtatem.Cũ igitur audieris in urbe quẽ
piam ex ijs,quos tibi neq; amore vllo,neq; odio ꝓſequẽdos intelligis,laudari à multis,q̃ nullis
hoĩbus aduletur; tum tu,vbi ad illum proprius acceſſeris,vt de illo poſſis ferre iudicium,num ſit
talis, qualis eſſe perhibetur, huiuſmodi periculum fac. Primum,ſi uideas ab homine & diuitum
& apprime potẽtum,aut etiam principum, ac tyrannorũ ædes frequentari,pro cõperto hẽto,
te fruſtra audiuiſſe hominem oĩa vera dicere ſolere(obſequia quippe iſtiuſmodi mendaciũ ſeq;
conſueuit:)deinde ſiue id genus hominum ſalutantem, ſiue illis ſe ipſum comitem exhibentem,
conuiuijsve illorum, ac cœnis inferentem conſpicias.Quiſquis enim huiuſce generis uitam ſibi
ipſi ſequendam propoſuit,non ſolum non verax eſſe conſueuit,ſed etiam omnem malitiam ha
bere neceſſario: quippe qui aut pecuniarum, aut principatus, aut gloriæ, aut honorum ſit cupi-
dus, & uel aliquibus horum ſeorſum,uel omnibus ſimul inſidietur.Quẽ uerò neq; ſalutare,neq;

comitari

A comitari id genus hominum, neq; cũ ualde potentibus, ac diuitibus cœnitare, ſed frugi ac temperato victu uti ſolitum compereris, ſperaueriſq; ueridicum; conare hunc quoq; profundius, altiusq; cognoſcere, ut ſcias, cuiuſmodi tandem ſit uita. Talem porrò cognitionem ſingulorũ ex longiore cum ſingulis conſuetudine comparare ſolemus. Quod ſi talem offenderis, qualem ſperaſti, ſeuoca aliqñ hominem, & cum ſolo ſermonem confer, rogaq;, ut, ſi quem tibi ex illis animi affectibus turbulentis inhærere notauerit, eum continuo indicare ne grauetur, teq; illi maximã habiturum gratiam pollicere, exiſtimaturumq; te ab ipſo magis ſeruatum, q̃ ſi corpore ægrotantem ſanaſſet. Quòd ſi ille recipiat ſe facturum, cum primum te aliquo tali uitio laborantẽ inſpexerit, deinde longo dierum interuallo intericcto nihil dixerit, interim uidelicet tecũ aſſidue uerſans, accuſa hominem, rogaq; iterum aliquanto blandius, q̃ prius, vt quidquid talium perturbationum in te reſidere animaduertit, ilico tibi ſignificet. Qui ſi tibi rñdeat, propterea ſe nihil tibi dixiſſe, q̃ tali tempore nihil in te iſtiuſmodi deprehenderit, ne cõtinuo illi fidem adhibeas, neve exiſtimes te repente omnino inculpabilem euaſiſſe; ſed duorum alterum in cauſa eſſe, aut propter negligentiam inconſideratiorem amicum fuiſſe, nec animaduertiſſe; aut redarguendi verecundia impeditum tacere; aut ẽt nolle tibi in odium uenire, cum haud ignarus ſit, omnibus, ut
B ita dicam, hominibus hunc morem eſſe, vt eos oderint, qui vera loquantur; aut ſi nihil horũ eſt, ſcito hominem propterea tacere, q̃ nolit ipſe tibi prodeſſe, aut ẽt propter aliud quidpiam, quod à nobis neutiquam probatur. Nam ſi mihi hoc credideris nunc, fortaſſe fieri non poſſe, vt tu nihil peccaueris; laudabis poſt, vbi videris oẽs homines ſingulis diebus innumerabilia peccata cõmittere, & affectibus ductos agere, quæ agant, neque tamen agnoſcere ſe ipſos tales. Quare neque tu quidẽ arbitrare, teipſum aliud potius eſſe, quàm hominem. Id porrò arbitraberis, ſi perſuaſum habeas perpulchre a te acta omnia, quæcunque non vno tñ mẽſe, ſed ẽt uno die egeris. Verum forſitan dices, ſiquidem litigioſus propterea es, q̃ uel ex animi propoſito, uel ex prauo quodam more talis euaſeris, vel ẽt rixarum amator ſis natura, quãtum ex ijs verbis, quibus ego nuper vſus ſum, conijcere licet, viros ſapientes aliud eſſe potius, quàm homines. At tu iſti rationi, quæ vna eſt, noſtram, quę eſt duplex opponito: vnam quidem, quod omnino ſine peccato ſit ſapiens: alteram uerò (quod ad eum, qui illam priorem conceſſerit, ſpectet) ſiquidem ſine peccato ſit ſapiens, eum ne hominẽ quidem eſſe: quod ſanè ad ea pertinet, quæ de hoc ipſo, & propter hoc ipſum dicta ab antiquiſſimis philoſophis audiſti, ſanè Deo ſimilem eſſe ſapientem: at te tamen Deo ſimilem repente fieri nunquam potuiſſe. Quando enim, qui totã vitam exercue-
C runt, vt ſe ab affectibus liberarent, non credunt id ſe perfecte, atque omni ex parte conſecutos, nimirum tu id multo minus, qui nunquam exercuiſti. Ne credito igitur illi, qui dicit nihil a ſe animaduerſum, quod a te ex perturbatione ſit geſtum: verum aut q̃ tibi nolit prodeſſe, idcirco ſic locutum exiſtima: aut q̃ non ſibi obſeruanda putauerit, quæ a te perperam agantur: aut q̃ odium tuum timuerit, acuitauerit. Fortaſſe etiam uidit te aliquando ægre tuliſſe eum, qui tua peccata, tuoſq; affectus malos reprehenderit; quamobrem ſibi tũ tacendum putauerit: aut nõ credit, cum dicis te velle ſingula peccata tua inſpicere, te id ipſum agere re vera. Quòd ſi tu cum præcedentium actionum mutatione ſilentio abeas: haud ita multo poſt inuenies non paucos, qui te nõ ſimulate, ſed vere corrigant, longeq; etiam magis, ſi ei, qui te reprehenderit, egeris gratias, quando hac ratione fieri poteſt, vt à te tuum malum recedat. Poſt autem, ſi diligenter conſideraueris, vere ne te ille, an falsò increpauerit, ex ea re ſenties te magnam percipere vtilitatem: ſi verò idẽ aſſidue egeris, propoſitumq; tibi ſit in virum euadere honeſtum & probum, facile talis fies. Nã in priore quidem tempore, ne ſi omnem quidem conſiderandi diligentiam adhibeas, poteris deprehendere te per calumniam & mendacium iudicare, tibiq; ipſi per imperitiam perſuadere, nihil à te eſſe omnino peccatum. Cæterum hoc ipſum potius tibi ſit ſtudium, hæc exercita-
D tio, vt calumnias & conuitia æquo animo feras. Quod vbi feceris, & ſatis moratus, ſatisque ſedatus fueris, iamque tuas ipſius perturbationes animo perſpectas habueris, tum aggreditor reſpõdere calumniantibus: ſed neq; acerbe vnquam id facias, neq; redarguendi, cõuincendive, aut ẽt altercandi ſtudio, nec uerò te illum alterum uelle deijcere ac proſternere ſignifices, ſed omne id tuæ ipſius vtilitatis cauſa moliri. Vt, ſi ille quoq; dum contradicit, probabile quidpiã obijciat, credas illum melius noſſe, ſi modo illum, ubi ſatis lõga inquiſitione exploraueris, extra culpam crimenq; reperias. Hac rõne uolebat Zeno oĩa nos agere, itaq; tutos nos dicebat fore, ſi ageremus, tanq̃ paulo poſt pædagogis rationem reddituri. Sic enim ille uir appellabat iſtos, quorum non paruus eſt numerus: qui licet à nemine uſquam inuitentur, ad increpãdos tñ amicos, & propinquos ſuos promptiſſimi ſunt. Oportet aũt eum, qui tale ab amico ſit auditurus, neq; diuitem eſſe, neque cultu & reuerentia quadã apud ciues ſuos conſpicuum. Nam, ſi iſtiuſmodi reuerẽtia inſignis fuerit, nemo planè illi uolet uera dicere ob timorem, quemadmodum locupletibus quidem ſolent adulatores lucri gratia. Quin etiam, ſi quem iſtis ueridicum aliquis caſus obtulerit, ad ſe hunc ilico, ſuoſq; mores diſtrahere conſueuerunt. Siquis igitur fit uel apprime potens, uel opulentus, qui uelit in uirũ egregiũ ac frugi euadere, ab hoc deponi ſe ipſum neceſſe eſt, atq; his præſertim tpibus, in quibus nullus ſit inueniẽdus Diogenes, q̃ uel opulentiſſimo ac monarchæ

cuipiam

cuipiam ſit dicturus veritatẽ. Illi igiẽ, quid ſibi facto opus ſit, viderint: tu verò, q̃ neq; ex potenti- E
bus ciuitatis, neq; ex opulentis es vnus, permitte omnibus, vt quicquid dãnãt in te, libere aduer
ſum te dicãt, neq; ipſe aduerſus quẽpiã indignare: ſic verò tibi ſint oẽs, vt Zeno dicebat, pedago
gi videlicet. Neq; tñ par eſſe arbitrare oẽs æque, atq; indifferenter attendere, q̃d dicant, ſed eos
tñ, quos & optime vitã egiſſe, & prouectiori ætate iã eſſe perſpexeris. Qui ãt ſint, qui optime ui-
uãt, paulo ante à nobis dictũ eſt, Progreſſu verò tẽporis ipſe per te facile aſſequeris, atq; intelli-
ges, quanta, & qualia eſſent, q̃ à te peccabantur: tibiq; tunc ſcilicet ego maxime videbor veridi-
cus, qui nego quempiam ſine affectibus, aut ſine peccatis inueniri, ẽt ſi optima quis natura ſit p̃-
ditus, aut etiã ſi apud gentes vixerit, q̃ optimis educationibus vtãtur, omnino autem neceſſe eſſe
vnumquenque labi, & errare in aliquibus, eoq; etiam magis, quo quiſpiam iunior fuerit.

Neque ætatem, neque ſi nos optimos euaſuros non ſperemus, correctioni noſtræ obeſſe
debere, ac de ratione iræ, & furoris coercendæ. CAP. 4.

EXercitationis enim vnuſquiſq; noſtrũ p̃ totam fermè indiget vitam, vt in virum perfectum
euadat: neq; tñ deterreri quẽpiã oportet, ne ſe ipſum conetur meliorẽ efficere, ẽt ſi iã fact⁹
quinquagenarius, ſentiat ſibi animũ vitio nec inſanabili, nec irreparabili deformatũ. Nã ne cor
pore quidẽ male quiſpiam habens, malæ itẽ habitudini ſe ut victũ dediderit, ẽt ſi quinquagena- F
rius ſit: quin potius omni ratione conabitur ipſum corpus in melius reſtituere, quãuis compertũ
habeat, ſe nunq̃ Herculeam valetudinẽ cõſecuturũ. Ne igiẽ nos quoque deterreamur, ne melio
res nos ipſos animo reddamus, quãuis compertum nobis ſit, animum nos non poſſe conſequi ſa
pientis: verũ maxime quidẽ etiã illum ſperemus nos habituros, ſi a teneris vſq; ipſum hunc no-
ſtrum curare cœperimus: ſin minus hoc obtinere poſſumus, at ſaltem ne totum oĩno deformem
illum geramus, vt Therſites corpus, ſolicite curemus. Etenim, ſi ante q̃ exiſteremus, fuiſſet in no-
ſtra poteſtate conuenire illũ, qui prouidebat, vt naſceremur, & primo quidem orantibus nobis,
vt corpus ſtrenuiſſimũ, generoſiſſimumq; ab illo liceret accipere, ille denegaſſet, tũ ꝓfecto pre
cati eſſemus, vt ſecundo ſaltem gradu, aut tertio, aut ẽt quarto proximũ primo bonę habitudinis
corpus nobis cõcederet. Itaq; ſi Herculis nõ potuiſſemus, at Achillis accipere præclarum quid-
dam nobis viſum eſſet: q̃d ſi non hui⁹, Aiacis, at Diomedis, at Agamemnonis, at Patrocli: ſin ne
horum quidem, at ſaltem aliorum quorumpiam heroum præſtantiã. Eadem, vt arbitror, ratio-
ne, ſiquis ſupremam nequeat animi excellentiam obtinere, at ſaltem poſt ſupremos illos ſapiẽ-
tes in ſecundis, aut tertijs, aut ẽt quartis ſe haberi non recuſet: hoc autẽ, q̃d dico, non eiuſmodi
eſt, vt fieri nõ poſſit, ſi modo quis exercere ſe ipſum velit, & longiori tẽpore aſſidua exercitatio- G
ne periculum facere. Ego ãt, cum adhuc puer hæc audiuiſſem, & quodam tempore hominem vi
diſſem, cui nimia feſtinatione conanti aperire oſtium, res ex ſententia nõ ſucceſſerat, & ob eam
rem iratus clauem mordebat, calcibusq; fores percutiebat, atque in Deos cõuicia iactabat, ocu-
lis inſtar eorũ efferatis, qui in furias euaſerunt, ne propemodum ex ore ſpumã emittebat, vt apri
ſolent, tum eiuſmodi odium aduerſus iracundiam concepi, vt nunq̃ poſtea quiſquã me ob talẽ
affectũ triſtiorẽ viderit. Et ſanè hoc ipſum primo quoq; tẽpore erit ſatis, ſi neq; in Deos maledi
cta iactabis, neq; calcibus feries, aut dẽtib⁹ aggredieris lapides ac ligna, neque efferato vultu in
tueberis, ſed intra te ipſum continebis, atq; occultabis iracundiam. Nã ab ira prorſus liberari ſi
mul, ac quis velit, nõ cõtinuo quis poteſt: comprimere autem illius perturbationis intemperan
tiam, atque inſolentiã poteſt. Quod remediũ ſi ſæpius vſurpauerit, agnoſcet tandem aliquando
ipſe ſe ipſum minus nunc propenſum ad irã, quã ante, vſq; adeo, vt neq; ob paruas, neq; ob ma-
gnas cauſas in furorẽ ſe agi animaduertat, ſed magnis tantummodo iraſci ſceleribus. Quin etiã
ne hoc ipſum quidem, quod dico, iraſci magnis ſceleribus, poſt eidẽ vltra eueniet, ſi id obſerua-
bit, quod ego, cũ mihi ipſi adhuc puer imperaſſem, in omni reliqua vita obſeruaui. Id porrò eſt,
nunq̃ à me ſeruum mea manu verberatum fuiſſe: q̃d ipſum patri quoq; meo vſurpatũ memini. H
Qui ẽt complures amicos increpare ſolitus erat, quos, in percutiendo, famulis dentes confrin-
gere deprehendebat, eos dignos eſſe affirmãs, quibus ſerui illi in ipſa vulneris inflammatione,
conuulſione tentarentur, ac ſic interirent. Quidni enim? quando eis licitum fuerat paulo poſt &
ferula, & loris, quotquot libuiſſet, verbera infligere, & cõſilio, quod ad illos negocium pertine-
bat, abſoluere? Porrò alij ſunt, qui non pugnis ſolum, ſed ẽt calcibus feriant, & oculos effodiãt,
& ſtylo vulnerent, ſi quando ſtylum manuteneant. Vidi etiam quendam, qui ira percitus, cala-
mum, quo ſcribimus, in oculum ſerui inflixerit. Adrianus quidem imperator, ut aiunt, cum ſtylo
ſerui cuiuſdam ſui oculum vulneraſſet, atque eruiſſet, ac poſt illum uidiſſet ex eo vulnere factum
vnoculum, ad ſe uocauit, fecitque ei poteſtatem, ut pro illa calamitate munus à ſe peteret. Cum
autem ille miſer taceret, rurſus hortatus eſt Adrianus, ut quidquid uellet peteret. At ille negauit
ſe aliud quidquam petere, optare uerò ſe oculum quem amiſiſſet. Enim uerò quod tandem mu
nus inueniri poſſit, quo oculus amiſſus rependatur? Cæterum, quæ mihi quoque olim accide-
rint, hic tibi narrare uolo, quamuis eadem de re me ſæpius tibi dixiſſe meminerim. Roma rẽ-
deunti mihi factus eſt itineris comes amicus quidam patria Gortinenſis ex Creta, uir cæteris
quidem rebus non contemnendus, quippe qui & ſimplex moribus, & in amicitiam pro-
penſus,

A penſus,& frugi,& in ijs, q̃ ad quotidianos ſumptus pertinent,liberalis eſſet,ſed uſq; adeo iracũdus,ut ſuis ipſius manibus aduerſus ſeruos uteretur, interdũq; etiam cruribus, loro ãt, ac ligno, quodcunq; irascenti occurriſſet,multo libentius. Cũ ergo iam eſſemus Corinthi, oĩa, quæ ſecũ uehebat,ſupellectilia,unà cum ipſis ſeruis naui tradidit uehenda à Cenchris Athenas uſq;:ipſe mercede conducto uehiculo terreſtre iter Megaris facere inſtituit. Itaque cum iam Eleuſinem pterijſſemus, ac Thriaſium attingeremus, ſeruos, quos ſecum habebat, interrogauit de quadã ſupellectili, At illi cãſu,quid reſponderent,non habuerunt. furore ergo percitus, ubi nihil aliud habuit,quo adoleſcentulos percuteret,gladium magnum,q̃ intra uaginã cõditus erat,una cum ipſa uagina arreptum in caput infligit,nõ illũ quidẽ,qua latior planiorq; eſt, ĩferẽs,ſic enim nihil grauius accidiſſet,ſed qua ſecandi uim gladius habet. Vagina igitur ilico diſſecta eſt,atq; ingens uulnus in capite utriuſq; effectum eſt duplex : bis .n. utrunq; percuſſit.ubi uerò plurimum ſanguinis effluere de vulneribus animaduertit, nobis eo in loco relictis, ipſe Athenas ilico pedibus iter ingreſſus eſt, ne ipſo adhuc præſente aliquis ſeruorũ interiret.nos tũ poſtea ſeruatos illos Athenas pduximus. Amicus aũt ille Cretẽſis,cũ ipſum facti penituiſſet, me manu arreptũ Megara introducit,in domum quãdã: deinde lorũ porrigẽs, ubi ſe ipſum exuit, iubet uerberare
B pro ijs, quæ furore nefario coactus patrauerat, ſic enim ipſe uocabat. Cum autẽ ego, ut par eſt in riſum prorumperẽ, ille ad genua procũbẽs inſtabat, obſecrabatq;, ut ne aliter facerem. hic porrò haud obſcurum eſt, me tanto maiore riſu commotum fuiſſe, quanto illum diutius in eo pſeuerantem uiderim,ut cæderetur.Cæterũ poſtq̃ ſatis diu in hoc ipſo perſtitimus, recepi me illi facturũ quod petebat,hoc eſt,uerbera illaturum, ſi ipſe quoq; valde exiguũ quiddã, qđ ego peterẽ,mihi uiciſſim præſtaret,qui recepit:tum ego rogaui hoĩem, ut mihi ſermonẽ quendam recenſenti aures accõmodaret:hocq; eſſe illud ipſum,quod ego peterẽ. quod ille cum ſe facturum recepiſſet,longiori ſermone illum docui, quemadmodum id,quod in nobis eſt iracundiæ ac furoris,coercere,erudireq; oporteat,ratione uidelicet.Quod enim non uerberibus, ſed alio quodam,modo ſit corrigendum,illi latius expoſui.At ille cum ad ſeipſum rediiſſet, ſibiq; proui diſſet,longe poſt hac ſe ipſo melior effectus eſt.Tu uerò q̃is non multo fias melior, at ſatis fuerit anno uno in melius ſaltẽ paululo eſſe prouectũ. Nã,ſi perges conſtanter reſiſtere affectui,iracundiãq; mitigare,tũ altero anno te multo euidentius profeciſſe aĩaduertes.Quòd ſi in eo diutius pſeueraueris,ut tibi ipſi ꝓuideas,longe propius tertio,& poſt hunc quarto, atq; itẽ q̃nto ad
C honeſtius grauiusq; uitæ genus acceſſiſſe te ſenties.Turpe.n.eſt quẽpiam multos annos cõtinẽter laborare,atq; exerceri,ut uel bonus medicus,uel grãmaticꝰ,uel rhetor fiat,uel geometra:ut ãt in uirum bonum euadat,in tanto ſpatio temporis nunquam ſibi quidquam laboris aſſumere.

De corrigendis ſeruis,qui peccant,ac de perturbationibus deuitandis. CAP. 5.

QVod nã igitur ſit huiuſce exercitationis initium, rurſus repetamus. Pro rebus enim maximi momenti nihil incõmodi fuerit bis terq; eadem cõmemorare. Nunq̃ igitur quẽpiã ſeruorum tuorum peccantem tuis ipſis manibus corriges : ſed, quemadmodum ego, quod olim Platonem audiuiſſem aduerſus quẽdã ſeruum maluiſſe agere, id in tota uita uſurpaui, pulchrũ eſſe genus officij ratus, ita tu quoq; tibi ipſi ꝑcipito, neq; te tuis ipſius manibus ſeruum cædere, neque quandiu iratus ſis,alijs imperare,ſed in poſterũ differre.Poſtq̃.n.furor abierit, prudẽtiꝰ, tẽperatiuſq; diſpicies, quot uerbera infligere ei, qui puniendus ſit,oporteat, § nec tũ illud dixerim,melius eſſe § initio ſtatim conceſſa uenia rẽ trãſigere,& ubi lorũ tibi afferri iuſſeris,tũ uerbis duntaxat corrigere,ac minitari te nõ amplius idẽ cõceſſurũ,ſi iterũ ille idẽ peccatum cõmiſerit. Multo.n.præſtat te facere ea,quæ facis,poſtq̃ impetus ille animi deferbuerit,tuq; iam furorem illum omni rationi inimicum depoſueris:quo tempore uidelicet iam ratione opitulante inuenturus ſis, cuiuſmodi ille pugno ſit feriendus. Nam, ꝙ impetus iraſcẽtis nihil ab inſania & furore
D differat,ex ijs,q̃ faciũt,qui eo genere affectus perciti ſunt,facile intelligere licet:pulſantes enim & ferientes calcibus, & veſtimenta ſcindẽtes, & toruũ quiddã intuentes.oĩa peragũt uſq; adeo, vt quemadmodum dictum eſt, & foribus & ſaxis, & clauibus iraſcantur: & alia quidem lacerẽt, alia mordeant, alia calcibus petãt. Sed forſitan dicturi ſunt, hæc fieri ſolere ab ijs duntaxat, qui re vera inſaniunt, q̃ autem tu facis,etiam à prudentibus.Ego uerò,q̃ minus peccent,qui ſuis ipſorũ manibus ſeruos cædunt,q̃ ij,qui lapides,& ianuas,& claues morſu petũt,calcibusq; feriũt, planè fateor: ſed illud itẽ pſuaſum habeo, aduerſus hominẽ, ſimul atq; aliquid deliquerit,ſæuire,exigui cuiuſdã furoris indicium,efficaciamq; eſſe,aut animalis ratione carẽtis,atque agreſtis. Quid enim?an non ſolus homo habet excellentiã ꝑter cætera animalia, vt rõne vtatur? ꝙ ſi illa furorẽ iracundiãq; abiecerint,ut vitã condonent, nõne hominis ritu id facient? Noli igitur exiſtimare hominẽ illum prudentẽ eſſe, qui vnum hoc duntaxat cauerit,ne calcibus feriat,ne mordeat, ne ſtimulis configat proximos. Qui enim iã talis euaſit, nõ eſt ille q̃dem amplius fera, non tñ protinus ẽt homo prudẽs:ſed inter vtranq; naturam medius,hominis videlicet prudẽtis, ac feræ. Nunquid igitur meditaberis te deſinere ferã eſſe, ſi non curabis, vt in virum & honeſtum & probum euadas? an ſatius fuerit te non amplius inter feras, ſic ne inter imprudentes q̃dẽ,aut rationis expertes manere? Eris verò talis, ſi nunq̃ inſeruiens,ſed ſemper rationi obtemperans.

† Alias,niſi melius ſit.

omnia

omnia ages: nã ſi cuncta nulla cũ perturbatione,aut affectu animi conſideraueris,profecto cuncta tibi optima videbuntur. Qui igit hoc tandẽ fiet?nẽpe ſi tu ipſe te ipſum maximi precij hominẽ declaraueris:quo uidelicet precio nullũ aliud ne cogitatione quidem fieri poteſt, vt quis aſſequatur maius.Nã,dum oẽs omnino homines iræ obnoxij ſunt,te interim oĩs iræ expertẽ eſſe, quid aliud tandẽ eſt,q̃ ſeipſum omnibus hominibus præſtantiorem oſtendere? Quòd ſi forte tu ipſe te ipſum exiſtimes,quid aliud quã te ipſum oſtẽdis velle quidem haberi prẽſtantiorem,eſſe autem prẽſtantiorẽ nolle non ſecus,ac ſiquis cupiat putari ſe quidem corpore valentem eſſe, re ãt vera ægrotet? An nõ putas animi eſſe vel ægritudinem,vel morbum excandeſcentiã, quæ & furor dici poteſt? An temere arbitraris ueteribus haſce animi perturbationes quinq; appellari ſolitas,mẽrorẽ,iram,excandeſcentiam,cupiditatem,metum?Enimuero longe mihi melius uidetur eſſe, primum quidem in longius ſpatium perturbationes eiuſmodi cohibere,ac dũ ſurgis de lectulo,ſingulatim,quæcunq; acturus ſis, inſpicere, conſiderantem, num præſtet eiuſmodi affectibus inſeruiendo viuere,an ratione & conſilio uti in omnibus, quæ agas, deinde unicuiq; uolenti ſe uirũ fieri egregiũ ac frugi, aduocandum eſſe aliquẽ,qui ſibi ea,quæ non recte a ſe agantur,ſingula indicet:tũ ſingulis diebus,ſingulisq; horis habere hanc opinionẽ in promptu,q̃ præſtet quidẽ ſe ipſum dignũ exhibere, qui egregius ac frugi appelletur: hoc autem fieri non poſſe, vt nobis contingat, niſi eum,qui ſingula errata noſtra nobis indicet, habuerimus. quin ẽt illum ipſum noſtrorum peccatorum indicem, & ſeruatorem noſtrum, & amicum maximum putare. Deinde quamuis tibi ille uiſus fuerit falſa crimina obijcere, te tamẽ iratum uideri minime oportere: primũ quidẽ idcirco,quòd facile fieri poteſt,vt ille ita melius,quàm tu, ſingula peccata tua perſpiciat,quemadmodum uiciſſim tu quoq; eorum, quæ ab illo peccantur,nõ nihil: deinde q̃, licet falſum quandoq; tibi crimen obiecerit,at in eo tamen tibi vtilis fuit, quòd te ad eorũ, quæ agis,diligentiorem inſpectionẽ excitauit. Quod autẽ in hoc ipſo maximum eſt,id præter cætera cuſtodi ſemper,ut q̃ dignus ſis,quantiq; faciẽdus,a te ipſo,non ab alio accipias. Id porrò ipſum eſt,promptum ſemper habere in memoria, quanta ſit eorum,qui iraſcuntur, animi deformitas, quãtusq; rurſus eorũ,qui ſine ira viuunt,decor,quanta gratia. Quemadmodũ enim,qui longiore temporis ſpatio peccare conſueuit,cũ magna difficultate affectuum ſuorũ clauem obtinet, ita conuenit te multo tempore vnum quodq; eorũ prẽceptorũ exercere,quibus ſi pareas,vir egregius ac frugi efficiaris. Nã eius rei facile obliuiſcimur,dum animus noſter decidit, propterea,q̃ ante hac totus ſit impletus affectibus. Cõſequẽs ergo illud fuerit,ut,quicunq; ſeruari uelit, nullã omnino horam ceſſet: omnibusq; accuſandi ſeipſum faciat poteſtatẽ,omnesq; æquo animo audiat accuſantes:gratiamq; non adulantibus habeat,ſed obiurgãtibus: pateant ſemper domicilij tui fores: liceat notis ac familiaribus omni tẽpore ingredi,ſi qñ teipſum ita cõparaueris. Itaque etiã confidere oportet uſq; adeo, ut ab ingrediẽtibus deprehendaris nulli maiori peccato vehementer obnoxius. Porrò quemadmodũ oĩa prorſus excindere atq; euellere inuito difficile eſt, ita uolenti quæ maiora ſunt,facile.Si tuæ ergo ſemper fores, ut dixi,patebunt,licebit ſane familiaribus omni tempore ingredi,utq; alij omnes,ſi quando in publicum proceſſere, omnia conãtur facere,ut decet,ſic tu domi tuæ omnia facies.Atqui illi quidem,cum reliquos omnes uereantur,ne ſe in aliquo peccantes deprehendant,vnos ſeipſos non uerentur: tu verò teipſum in primis uerere,atque illi auſculta,qui dixit,Omnium autem maxime tui ipſius te pudeat.

De concupiſcentia & libidine frenanda. CAP. 6.

QVod quidem ſi feceris,poteris quandoque expertem illam rationis uim,qua excandeſcimus,quaſi feram quandam mitigare,ac manſuefacere. Alioqui abſurdum admodũ ſit uiros equitandi peritos,vbi equos acceperint, breui eos ad parendũ idoneos reddere, te autem, qui non aliquod extrinſecus animal acceperis,ſed rationis illam expertẽ uim, quæ in tuo ipſius animo eſt, & cum qua ſemper meditans ratio ſimul habitat, non poſſe itidẽ mitiorem reddere. &,quamuis non ita continuo, at longiori ſaltem ſpatio. Latius autem de ijſdem rebus diſſeritur in ijs commentarijs, in quibus mores tractantur, quo pacto uidelicet eam uim quis optimã ſibi & commodiſſimam reddat:item quemadmodum uires ac robur illius nõ oportet proſternere, ſicut ne equorum quidẽ, aut canum,quibus utimur, ſed illud ipſum potius robur exercere, ſicut & in illis,ad obedientiam. Tibi uerò,in ijſdem cõmentarijs maxime oſtenſum eſt, quo pacto rurſus ea ipſa iraſcendi excandeſcendiq; ui opitulatrice utaris aduerſus alteram,quam libidinis nomine philoſophi ueteres appellarunt,quæ temere & ſeorſum à ratione, fertur ad corporis uoluptates. Vt igitur turpe eſt hominem iracundia percitum, intemperanter aliquid agere, ſic item ob amorem, uentrem,uini appetentiam,edacitatem, quæ omnia concupiſcendi illa uis, de qua dictum eſt,& facit ſimul & patitur. Ob quæ homo non iam equo aut cani ſimilis ſit, ueluti ob illa priora, ſed petulanti apro, vel hirco,vel cuipiam agreſti belluæ, quæ manſuefieri non poſſit. Quo circa huius quidem nulla talis inuenitur correctio, qualis alterius, ea, quam obedientiam diximus. Sed quod ueteres caſtigare dicebant,huic ipſi quadam proportione reſpondet.fit autem hæc ipſa libidinis caſtigatio, dum rebus potiri ac frui prohibetur,quarum appetens eſt. Nã, ſi potiatur, creſcit, maiorq̃ acuehementior fit:ſin caſtigetur,tenuis fit atque imbecilla, ut hoc

pacto

A pacto imbecillitate coacta ſequatur rationem, non autem q̃ obſequẽs ſiue obediens facta ſit, ſa
nè quemadmodum in ipſis quoq̃; hominibus videmus cõtingere: nam in ijs plerunq; ij, qui de
teriores ſunt, ſequuntur eos, qui ſunt præſtantiores, vel inuiti & coacti, vt pueri ac mancipia, vel
volentes & perſuaſi, vt ij, qui ſuapte natura boni ſunt. Etenim, ſi quis erat apud antiquos, quem
obiurgationes ac verba caſtigare non poſſent, de eo ita loqui conſuerant: q̃ incaſtigatus neſcio
quis iſte homo eſt? in quo videlicet libidinem ratio non caſtigauerat. Duplex enim in nobis eſt
animi vis rationis expers: vna, cuius & cito excandeſcere & iraſci ijs, qui aduerſum nos peccare
uiſi ſint, officium eſt: cuius ipſius etiam eſt in longius, ampliusq̃; implacabilem ſe præſtare: quod
quidem tanto eſt amplius excandeſcentis animi uitium, quãto magis diuturnum: altera eſt, quæ
ad id, quod ipſi iucundum ſuaueque uiſum ſit, præceps fertur ante, quàm utile ne ſit atque hone-
ſtum, an noxium, & turpe, cognouerit. Hanc igitur, quę uehementiſſima eſt, cohibere prius opor
tet, quàm, vbi incrementum acceperit, viribus inuictam, inexpugnabilemque ſe præbeat: tunc
enim, etiam ſi uolueris, eam ultra compeſcere non poteris. Ac tum demum id dices, quod olim
quendam amantem audiui dicere, uelle te quidem deſinere, ſed non poſſe: fruſtraque nos ad-
uocabis, (quemadmodum & ille quondam,) vt tibi ſupplicanti opem feramus, vitiumque eiuſ-
B modi excindamus. Nam corporis etiam non nulla uitia propter magnitudinẽ inſanabilia ſunt:
quod ipſum fortaſſe tu ne cogitaſti quidem unquam ante hac. Multo autem ſatius fuerit te nunc
ſaltem id cogitare, atque inſpicere, vtrum ego veridicus ſim, cum dico uim animę illam, cuius eſt
munus temere concupiſcere, ſi quid placeat, plerunque in amorem euadere inſanabilem, non
corporum modo, quæ formoſa ſint, ſiue rerum, quæ ad uenerem pertineant, ſed etiam edacita-
tis, explendiq; uentris, ac uinolentiæ, itemq̃; obſcœnitatũ, quæ præter naturam patrantur: an &
hæc, & alia multa ex ijs, quæ hactenus a me dicta ſunt, mentiar: etenim, quæ adhuc de ira atque
excandeſcentia dixi, eadẽ puta & de alijs affectibus me dixiſſe. Primum quidẽ alij cuipiam per-
mittendum eſſe, vt de ijs cognoſcat & iudicet, non ãt nobis ipſis: deinde non quoſlibet eidẽ rei
eſſe præficiendos, ſed ſeniores quoſpiã, quos uniuerſi planè egregios ac frugi eſſe fateantur: qui
etiã propterea, q̃ ab affectibus liberi ſint, & interpretandi iuris, & iudicandi munus ante nos ip-
ſos diutius, illis uidelicet temporibus, quibus ipſi nondum eramus, obtinuerint: deinde nõ opor
tere nos aduerſus eiuſmodi homines, quoties aliquod noſtrũ peccatũ protulerint, indignationis
quidq̃ præ nobis ferre, ſed contra, agere potius grãtias: poſtremo ſingulis diebus ea, quæ ſupe-
rius dicta ſunt, tibi ipſi reuocare in memoriã: atq; hoc quidẽ præſtabit te ſæpius facere: quod ſi
C non poſſis tam ſæpe, at ſaltẽ matutinis horis ſemper ante, q̃ quidq̃ eorũ, quæ acturus ſis, aggre-
diaris, & veſpertinis ante, q̃ cubitum eas. Ego ſanè olim monita hæc, quæ quaſi Pythagora au-
thore circumferebantur, conſueui primũ quidẽ legere bis ſingulis diebus, poſt uero etiã ore enũ
ciare. neque enim ſatis eſt ab una ira duntaxat liberũ ſe præſtare, niſi etiã ſine omni edacitate, &
nequitia, & uinolentia, & curioſitate, & inuidia purũ te cõſeruaueris. Alius igitur erat, qui noſtri
periculũ faceret ac percontaretur, nuncubi, vt canes ſolẽt, uiſi eſſemus immoderatiſſime imple-
ri cibis, vel more eorũ, qui perpetuũ febris ardorẽ patiuntur, frigidam potionem inſatiabili aui
ditate exhaurire: an verò quemadmodum uiros & graues, & cultu ac reuerentia dignos decet.
Nam neq; propter famem decet vehementer, inſatiabiliterq̃; impleri, neq; propter ſitim inſtar
ſorbentiũ exhaurire totum calicẽ, multoq̃; minus ob edacitatem in conſpectu omnium auidius
vel placentam, vel aliud quidpiã ex delicatioribus obſonijs deuorare. Sed in omnibus ijs itẽ alij
ſunt aduocandi, qui opẽ ferant, &, quicquid peccamus, obſeruent atq; indicent: deinde uerò ẽt
ſine pædagogis ipſi nos ſeruemus, demusq̃; operã, vt omnibus vnà cœnantibus opſonij minus
adſumamus, & à cibis gulam nimium irritantibus abſtineamus, moderate interim ueſcentes ijs,
quæ ſalubria ſunt. Progreſſu verò temporis ne reſpicere quidem te ad conuiuantes uelim, quip
D pe magnum non fuerit temperantius, quàm illos, comedere ac bibere: ſed, ſi te ipſum hoc hono
re afficere decreuiſti, proſpice & cura, vt aliquando continentius hodie uiuas, quàm heri. Hoc
enim ſi feceris, ſenties te in dies ab ijs, quæ dixi facilius abſtinere, ſenties etiam magnas animi
tui lætitias, ſi quando re uera amator modeſtiæ temperantiæque extiteris: ſic enim gaudet, qui-
cunq; in ea re proficit, cuius eſt amator. Ex quo fit, ut eos qui compotationibus delectantur, tum
ingenti uoluptate affici uideamus, cum ſuos bibendo ſuperant compotores, & eos, qui ventri ſtu
dent, multitudine ferculorum gaudere: quicunq; autẽ edaces ſunt, ac palatum explere cupiunt,
hos placentis, & edulijs, tum quæ ad ſartaginem, tum quæ ad ollas pertinent, alijsq̃; item condi-
mentis ſuauioribus lætari. Noui etiam quoſdam, qui rei uenereæ copia exultarent, ſuperbiusq̃;
ſe extollerent. Vt ergo illi & exercent & ſectantur id, quod in ijs rebus ſummum eſt, quibus ſtu-
dent, ſic nos item id ſtudere oportet, quod in modeſtia ſit ſummum. Porrò autẽ, ſi hoc faciemus,
non incaſtigatos quoſpiam ac diſſolutos nobis conferemus: nec ſatis eſſe putabimus, ſi plus, q̃
illi, & continentiæ & modeſtię adepti ſimus, ſed primum quidem eos, qui ijſdem rebus ſtudeant
ſuperare conabimur, (pulcherrima enim hæc eſt concertatio atque æmulatio) poſt uerò etiam
nos ipſos: vt videlicet ex diuturna conſuetudine ad hæc ipſa, quæ & ſaluberrima ſunt, & adie-
ctu facillima, cum uoluptate feramur, memores ſemper pulcherrimorum dictorum, quorum

vel

uel hoc eſt in primis unum: delige optimum uitæ genus: id iucundnm efficiet conſuetudo: quẽ E
admodum ergo,cum te aduerſus iracundiã exerceri iubebam,tũ argumento uti poteras te pro
feciſſe,quòd non amplius te excandeſcẽtem cerneres, ita in iis, quę ad modeſtiã pertinẽt, hoc
indicio intellige,quantum profeceris,quòd ne cupiditate quidem amplius rerum ſuauiſſimarũ
tangaris: ad modeſtiam autem una eſt uia per cõtinentiã:hoc enim modeſtus ſuperat continẽ
tem,ꝙ ille nec cupit quidem amplius titillantes palatũ cibos,ſiue ob longam conſuetudinẽ,ſiue
ob continentiam: ueluti ipſum quoque rei nomen indicat,quod deductum eſſe uidetur a conti
nẽdis in ſe ipſo, nec permittẽdis longius abire cupiditatibus. Laborioſa autẽ ab initio uia hæc
eſt,atq; aſpera,quemadmodum cętere item omnes honeſtorũ ſtudiorum exercitationes. Itaq;
ſiue pro uitio uirtutem uis habere,ſiue pro titillationibus corporis,animi tranquillitatẽ, hac ra
tione teipſum exercere oportebit,ut per continẽtiam ad modeſtiam contendas:ſin aũt uel uir-
tutem deſpicere,uel titillari uis toto corpore,ratio tibi erit deſerenda: quæ, quãuis ad uirtutem
non hortetur, eſt tamen dux itineris ijs, qui aliqua exhortatione cõmoti ire ad illam cœperint,
quo uidelicet itinere quis conſequi illã poſſit. Cum autem ratio hæc noſtra ſit duplex,una,qua
ſe ipſum quiſque poſſit cognoſcere,altera,qua peccata,q̃ cognouerimus, corrigamus,nobis,ut
de hac poſteriore diceremus,minime ab initio propoſitum eſt,ſed de priore,qua poſſimus no- F
ſtra peccata cognoſcere. Quoniã uerò,qui illam ingrediuntur, ipſi dignoſcere non poſſunt, in-
cipientibus quidem alios adhibemus inſpectores: eos uerò ipſos, qui hanc rationem exerceãt,
quamuis iam poſſint cognoſcere, à quibus & uitijs & affectibus liberati ſint, ignorare tamẽ nõ
oportet procul adhuc ab extremo illo ac fine, quẽ petunt, abeſſe. Siquidem, quod in uniuerſo
dicere conſueui, etiam hic dicam,cognitionem uidelicet ſui ipſius uno quidem modo eſſe om-
nium rerum difficillimam,altero autem facillimam: nam, ſi quis intus uelit cognoſcere,difficil-
limum id ſanè eſt, at ſi foris,non item.

De morum in pueris differentia, ac de bona ipſorum educatione. CAP. 7.

CAeterum ego omnia hæc, & q̃cunque hactenus dicta ſunt, & quæcũque poſthac dicenda,
uolentibus non grauatim impertio: &, cũ alia quædã fortaſſe ſit uia, qua quis inſiſtens &
honeſtus & probus euadere queat, ego tamen,ubi nã illa ſit, ignorans, hac ipſa, ex quo & uiuo
& ſapio, ſum uſus, eandemque alijs abunde indicare non deſtiti, hortariq; ut contra ipſi quoq;
aliquid afferrẽt ac reponerent,uiciſſimq; ſi quam aliã honeſtatis probitatisq; uiam noſſent,do-
cerent: nos aũt, dum aliam illam deſideramus, per hanc ipſam incedimus, quæ cõmunis cunctis
affectibus eſt, & ad cognoſcendum & ad medendum: etenim & cõtẽtionis, & gloriæ, & princi- G
patus appetitio,aĩ planè eſt affectus illis quidem minor,atiñ ipſe quoque affectus. De inuidia
aũt quid attinet dicere,cum omnium uitiorum ſit fœdiſſimum: dico autem inuidiam, cum quis
ex alienis bonis triſtitia afficitur:& eſt omnis quidem triſtitia affectus, peſſima aũt omnium inui
dia,ſiue ea ſit inter affectus numeranda, ſiue triſtitiæ ſpecies ſuo generi proxima, cõe autẽ om-
nium remedium fuerit,id,quod dictum eſt.Quod,n.& mala ſint, & fugienda perſpicere operæ-
precium eſt in ijs hominibus,qui uehementer ab illis detinentur. In talibus enim turpitudo ipſa
admodum perſpicua eſt: cur autem ipſi in nobis ipſis nihil tale prorſus cernamus, cauſam puta
re oportet eam cæcitatem, qua afficimur uel ad id;quod nos amat,uel ad id,quod ipſi amamus:
nonnulla ẽt eſſe, quæ nos fugiant, propterea ꝙ exigua ſint, & a nobis negligantur,q̃ tñ propter
magnitudinem in alijs negligi non poſſint.Inuenire ergo oportebit ſenem quempiam,qui illa
poſſit inſpicere,rogareq; hunc,ut oĩa nobis ſumma cum libertate indicet:deinde,ubi ille nobis
aliquid dixerit, tum continuo illi magnas agere gratias: ubi uerò ab illo abierimus, tũ diſpice-
re & conſiderare diligenter,quid ſit,noſq; ipſos, tũ,cum ſoli ſumus, increpare, conariq; affectũ
euellere,non uſq; adeo ſolum,ut ab aliis duntaxat uideamur,ſed ut ne radicem quidẽ illius ullã
in noſtro aĩo prorſus relinquamus:nam ex ijs,quæ ſic relinquuntur,ſolet aliquid rurſus pullula H
re,dum id ipſum ab ipſa nequitia & prauitate irrigatur. Idcirco in nobis ipſos oẽs ſigillatim af-
fectus diligenter attendere ſcrutariq; oportet,quoſcunq; in amicis,neceſſarijſq; noſtris cerni-
mus,num aliquid tale in noſtro item animo deprehendi queat, excidẽdum quippe eſt, dum ad-
huc pullulat,nec expectãdum,dum creſcat,& fiat inſanabile: nã cæteros quidem oẽs aĩ affectus
pleriq; deſpiciunt,tametſi,cum alios uident ab ijſdem teneri, contẽnunt:triſtitia uerò ac mæror
omnibus planè eſſe malũ uidetur,ueluti labor in corpore. Cæterũ olim quidã ex ijs adoleſcen-
tibus,qui mihi familiariſſimi erant,dum ſe in paruis commoueri negaſſet, poſtq̃ tñ id ſibi acci-
dere aĩaduertiſſet,ſummo mane ad me uenit, dicens ſe ſuper ea re totam illam noctẽ inſomnẽ
duxiſſe,interimq; ſibi ueniſſe in mentem, ſe ne in maximis quidem rebus unquam æque turba-
tũ fuiſſe,ac in paruis eſſet.Itaq; uoluiſſe diſcere,quo id ſibi pacto eueniſſet, utrum ne ab aliqua-
rum diſciplinarum uſu,an uero abipſa natura talis extitiſſet: cui ego id reſpõdi, quod uerũ eſt,
ſcilicet naturam quidem ipſam in puerili ætate ad uitam pficiendam in cunctis plurimũ poſſe,
ſecundo autem loco ſtudia exercitationesq; diſciplinarum:nam ꝙ naturæ noſtræ,ſiue ingenia
plurimũ inter ſe differant,ex paſſim* luſitantibus pueris facile intueri licet. Nã eorum alios ſem-
per hilares, alios ſp triſtes inſpicimus: & alios quidem omnibus de rebus ad ridendum prom-

* παραφερομένων. i. in mediũ adductis, aut cõparatis inuicẽ.

ptiſſimos,

Aptiſſimos,alios verò ex qualibet vel leuiſſima occaſione plorantes: ſunt item,quibus æqua omnia & cómunia placeãt: ſunt,quos contra,rapere ac prædari delectet:alij etiã minimis quibusq; de cauſis vehementiſſime excandeſcunt, vt & mordeant, & calcibus feriant tũ lapides, tũ ligna, ſicque proximos ſe vlciſci putent,ſi qñ ab illis iniuriam accepiſſe arbitrentur:alij† ad ignoſcendum faciles ac mites,neq; iraſcentes,neq; plorantes, niſi poſt magnã aliquã acceptã iniuriam. Hac de cauſa Eupolis Ariſtidem illũ,qui dictus eſt iuſtus,Niciæ interroganti, quo nam modo iuſtus euaſiſſet,probe,grauiterq; reſpondentẽ inducit,naturæ quidem primũ,maximumq; munus fuiſſe,deinde verò ſe quoq; prompto animo naturam ſuã adiuuiſſe. Non ſolũ igitur ad mœrorẽ atq; triſtitiã qualibet de cauſa propenſæ ſunt adoleſcentiũ naturæ, ſed ẽt ad excandeſcẽtiã atq; ad ſuauiſſimorũ ciborũ appetẽtiam: de quo quidẽ vitij genere,quod ad illos pertineat,ad hunc vſq; locum,maxime ſum locutus. Cæterũ, præter illa,quæ iã dicta ſunt,licet aliquos puerorũ impudentes intueri,aliquos aũt verecundos: itẽ alios memori natura præditos,alios immemores, alios præterea obliuioſos: nec non alij ſunt,q̃ prõpte ac libẽter diſcendi cauſa laborẽ ferant:alij negligẽtes atq; ignaui: porrò ex illis ipſis,q̃ labores facile tolerãt,alij ſunt,q̃ cito efferãtur lætitia,ſi qñ laudẽtur:alij q̃ afficiãtur pudore,ſimul atq; à p̃ceptore contẽni ſe uideãt:alij verò,q̃ ter
Breãtur verberibus:idẽ ãt,ſed cõtraria rõne,de ignauis ĩtellige.Itaq; ex illis,q̃ pueris uiderint accidere hoĩes vniuerſi,alios ſolẽt appellare pudẽtes,alios impudẽtes:& eadẽ rõne alios ambitioſos & probos,alios improbos & honoris negligẽtes, alios timidos & alios verberũ cõtẽptores, aliasq; itẽ illis appellationes,quæ naturis ipſorũ conueniant, imponunt: ſic ẽt ex ijſdem pueris alios intuemur natura mẽdaces,alios ueritatis amatores:multisq; præterea morũ differẽtijs inter ſe diſtinctos:de quibus nunc dicẽdi locus non eſt,quod huic duntaxat inſtituto noſtro cõueniat; nam eorũ alij quidẽ bonã facillime diſciplinã recipiunt, in alijs ea nullius momẽti eſſe ſolet,neq; tñ ob hanc cauſam negligendi ſunt pueri,ſed in optimis moribus nutriendi: nã,ſi natura illorũ curationis ac diligẽtiæ bonitatẽ recipiet,in uiros bonos opera noſtra euaſerint; ſin aũt contra,noſtræ ſedulitatis utilitatẽ nullã perceperint,quod tñ ad nos attinet,culpa in hoc noſtra nulla fuerit. Nam puerorũ educatio ſimilis quodã modo eſt curæ ac ſedulitati, qua in plantis arboribusq; alendis vtimur:ſiquidẽ quamuis bonus ſit arborũ ac plantarũ ſator & cultor, nunq̃ tñ efficiet,vt rubus vuã ferat: neque.n. natura illius talẽ à principio ſuo perfectionẽ capere poteſt: rurſus uites,quæ,quod ad ipſas attinet,fructum ferre paratæ ſunt,ſi neglexeris, ſoliq; naturæ curandas reliqueris, aut multo deteriorẽ,aut plane nullum edere fructum animaduertes: idem in
Canimalibus uſu ſolet uenire: equum quippe ſi erudieris,ad multas res utilem habebis: urſum uerò,quamuis olim manſuefeceris,non tamen perpetuo habitu talẽ poſſidebis: uipera aũt & ſcorpius ne eò quidẽ vſq; progrediẽtur,vt mãſueſcere uideantur. Ego igitur,cuiuſmodi ſim natura, non facile dixerim,nam ſe ipſum cognoſcere vel ætatis maturę uiris difficile eſt,nedum pueris.

† ἀνεξίκακοι, i. patientes, aut tolerantes malorum,vel æquo animo ferentes mala.

De Galeni educatione ac documentis, quæ illi à patre tradita ſunt. CAP. 8.

MIhi vero quadã ingenti fœlicitate contigit, vt patrem ab omni iracundia alienum,iuſtiſſimũ,frugaliſſimum,humaniſſimumq; haberẽ: at matrẽ uſq; adeo iracundam,vt etiã morderet interdum ancillas, ſemper autẽ & uociferaretur, & contenderet cum patre,& longe quidem odioſius, q̃ Xanthippe illa cum Socrate. Mihi itaq; intuenti bonitatem honeſtatemq; paternorum officiorum, quæ uitioſitatem maternorum affectuum in proximo collocatam quaſi è regione reſpiceret,venit in mentem cum illam amplecti & amare, tum uerò hanc alteram fugere,odioque proſequi. Vt autem in his ipſis maximam cernebam parentum meorum diſſimilitudinem,ſic item in hoc agnoſcebam patrem meum quidem ex nullo damno dolorẽ concipere, matrem uerò etiam ob res minimas oppido q̃ mœſtam euadere: porrò noſti tu quoq; pueros quæ vehementer attenderint,ea imitari ſolitos: quæ aũt iniucũdè & cum moleſtia inſpexerint,
Dab his longe fugere conſueuiſſe. Diſciplina igitur,quæ mihi ſub patre contigit,huiuſmodi fuit fere: vbi verò ætatis meæ annum quartum decimum cõpleui,tum philoſophos audire cœpi ciues noſtros: è quibus Philopathoris Stoici diſcipulũ quendã ſatis diu, Caium autẽ, qui diſciplinam Platonicam cõplexus fuerat, cum is ocio à ſuis ciuibus priuaretur, à quibus ad negocia ciuitatis trahebatur,per exiguũ quoddam tẽpus: vnus enim is putabatur in ciuitate & iuſtus,& qui nullis pecunijs uinceretur, præterea omnibus & aditu facilis,& mãſuetus:eodẽ uerò tẽpore alius quidam è ciuibus noſtris poſt longam peregrinationẽ domum redijt, Aſpaſij Peripatetici diſcipulus: & poſt hunc alius ab Athenis Epicureus: quorum omnium mea cauſa & uitã,& diſciplinas explorabat pater, vnà mecum ad illos aſſidue uentitãs. Porrò autem, quòd is plurimũ ſe ipſum exercuerat in Geometria,& Arithmetica,& Architectura,& Aſtronomia,volebatq; doctorem ſimiliter linearibus illis uti demonſtrationibus,& per eas,quidquid doceret, oſtendere,idcirco inquit,oportet in tuis iſtis honeſtatis ſapientiæq; præceptis ne minimam quidẽ diſcrepantiam inueniri,qua ipſa à ſe ipſis diſcordẽt: quemadmodũ ueteres quoq; oẽs in hiſce artibus ſeruauere,quarũ Geometria, Arithmeticaq; principẽ obtinẽt locũ. Vt igitur non procacem aut præcipitem eſſe oportet,vt te ipſum ab aliqua ſecta denomines, ſed longiſſimi tẽporis ſpatio & diſcere illas,& de illis ferre iudicium,ſic omnes homines comprobant,confiteturq; etiam philoſophi

magno

magno ſtudio quærẽda eſſe hæc. Quare nunc iam tibi ea ſunt petenda æmulatione quadam, & E diſcenda,& digna,quæ à te augeantur,exiſtimanda,vt & iuſtitiam,& modeſtiã,& animi magnitudinem,& prudentiam ex illis conſequare: laudãt enim has uirtutes cuncti,tametſi ſibi ipſis cõſcij ſunt nullam ſe earũ habere: dant etiã operã pro viribus,vt alijs videãtur & fortes, & modeſti,& iuſti,& prudentes:vnũ illud eſt,quod,& ſi alijs non uideãtur,tñ re vera eſſe ipſi magno ſtudio contendunt,vt mœroris videlicet omnis ac triſtitię expertes ſint:quare huic à te rei in primis ſtudendum eſt,cui oẽs utiq; homines ſtudẽt,præq; omnibus alijs virtutibus unũ hoc quęrendũ. Hæc igitur ego,quæ à patre documẽta accepi,in hunc uſq; diẽ ſeruaui, neq; meipſum ab ulla ſecta denominare adhuc volui:quæ ſanè cũ omni ſtudio,omniq; diligẽtia explorata habeã,imperterritus atq; immotus ad ea omnia,quę quotidie in uita accidunt maneo,quemadmodũ patrem quoq; manere tũ intuebar:ita neq; iactura, neq; interitus rei cuiuſpiã,perturbatione me ulla afficiet,niſi forte id eueniat,vt omnia,quæcunq; poſſideo amittã:hoc.n. nondũ expertus ſum. Aſſuefecit porrò me pater ẽt gloriã atq; honorẽ contẽnere, vt unã nudamq; ueritatẽ haberem in precio,maximiq; facerẽ. video ãt quoſdã,cũ ſe ab aliquo ſperni arbitrantur, aut cũ pecunias aliquas amiſerũt,magno ſolere cõfici dolore: qua ſanè de cauſa,inquibat ille,nullo tu me unq̃ mœrore affectũ uidiſti; porrò nõdũ mihi talis pecuniarũ amiſſio euenit, ut ex eo,quod relictũ foret, F corporis bonam ualetudinẽ curare nõ poſſem:neq; ignominia aut contẽptio,vt quiſpiã viderit me de loco,qui mihi in eo ſenatu attributus eſt,deturbatũ:ſin verò alios,qui vituperẽt,alios rurſus,qui laudent,mihi contingit, vt audiam,his obijcere ſoleo,me putare eos,qui cupiũt oẽs homines habere,qui laudent,illis eſſe ſimiles,qui uolũt oĩa,quæcunq; ſunt,poſſidere.Itaq; uideor, inquibat,mihi ipſi,forteq; tibi itẽ uidebor,nihil ad hũc uſq; diẽ eſſe perpeſſus,quod magni ęſtimandũ ſit,atq; ad hoc extremũ ſine omni mœrore ac triſtitia perueniſſe:nam nec omnibus unq̃ ſpoliatus ſum fortunis,nec ulla ignominia ſum notatus: q̃ ſi aut bos,aut equus,aut mancipiũ interijt,nõ tanti ſunt hæc,vt ad me perturbandũ idonea ſint, utpote cũ egregie ſim memor eorũ,q̃ me pater monere ſolitus erat: qui uidelicet ſuadebat,ne ob ullã pecuniæ amiſſionẽ,mœrore afficerer,q̃ diu,quæ reliqua eſſent,ad corpus curandũ ſuppeterẽt: hunc.n.primũ finẽ illis,quæ poſſiderẽtur,ſtatuebat,non eſurire,nõ algere,nõ ſitim pati : q̃ ſi cui plura,q̃ horum uſus poſtulat,fuerint,ijs ſanè utatur ad eas res agendas, quæ honeſtæ ſint:mihi igitur adhuc tãtus pecuniarum ſupereſt uſus,ut eæ ẽt ad eiuſmodi actiones ſuppetant. Porrò haud me latet,inquibat ille,te fortunarũ plus duplo,q̃ me,poſſidere,& in noſtra ciuitate nõ mediocri honore preditũ,uſq; adeo,ut, quæ nã mœroris tibi cauſa futura ſit, nullã uideã, præter cupiditatẽ inexplebilem. Ad hoc igitur, G vnũ exercitationis genus ſpectabã,id ipſum in memoria habens,ſemperq; meditãs,& conſiderans,donec ita mihi perſuaſum eſt, quemadmodum ex duplicato binario confici quaternariũ.

De vitanda inſatiabilitate, quæ omnis mœſtitiæ, & mœroris eſt cauſa. CAP. 9.

ETenim conſideremus, inquit, p̃ ociũ,cuiuſmodi vitiũ ſit inſatiabilitas: huiuſce autẽ conſiderationis initiũ p̃beat ea,quæ in cibis ſumendis uerſaĩ. Ipſum ergo hoc,quod eſt ultra,q̃ ſatis ſit,progredi ueſcendo,inſatiabilitatẽ appellari aiunt:Id aũt,quod ſit ſatis,ipſa cibi indigẽtia metiuntur:cibo aũt nulla alia de cauſa indigemus,niſi ut alamus corpus:nutriet verò corpus,ſi bene cõcoctus fuerit:bene aũt concoquetur ſi modicus: nam eũ,qui nimius ſit,crudũ mancre haud ignoramus: quod ipſum ſi vel ſemel eueniat,vſum eius corrũpi neceſſe eſt: nã,ſi ciborũ crudorũ mordacitate aluus cita uniuerſum excreuerit,* ꝓfuſio uocari id genus uitij ſolet:ex quo ſanè ipſius cibi uſus corrũpitur: non .n.ita illũ ſumimus,ut per inteſtina deferatur,ſed ut ad oẽs corporis partes applicẽt:ſin autem eius diſtributio fiat,nec tñ ſit bene cõcoctus,malũ intra uenas humorẽ creare ſolet. Qñ igitur in corpore noſtro didiciſti, cuiuſmodi res ſit inſatiabilitas, iã hoc relicto, ad animũ ipſum te cõfer,ibiq; illius naturã inſpice diligẽter,atq; in unoquoq; rerũ genere contemplare,ſumpto ab ijs, quæ poſſidẽtur,initio.In his igitur multa ſunt,quæ non recte tanto cum H ſtudio appetuntur,cuiuſmodi ſunt Vniones,& Sardonyches,itemq; lapides alij oẽs: cuiuſmodi itẽ eſt ornatus,quẽ fœminæ,vt magnum quiddam,geſtant,ijs ancillis,quæ ab ipſis dũ incedunt, pendẽt : huius generis ſunt ueſtimenta aut ex auro contexta,aut ſuperuacuum aliquod opus habentia,aut quæ,vt confici poſſint,materia indigent ex longinquis regionibus importata,qualia ſunt,quæ Serica uocantur. Porrò alia ſunt ex ijs,quæ poſſidentur,quæ ad ſeruandam bonã corporis ualetudinem maxime conducunt:& hæc quidem ſatis decenter appetere,parareq; poſſumus:horum prima ſunt ea,quibus & alimur,& ueſtimur,& calceamur:quibus adde illud, in quo habitamus: in eodẽ genere habẽtur,quæ ægrotãtibus utilia ſunt:uerum nonnulla ẽt utriſq; conducunt,& bene uidelicet ualentibus,& ægrotantibus,cuiuſmodi eſt oleũ: horumq; alia ſunt eiuſmodi,vt maiorẽ,alia,vt minorẽ corporibus hominũ afferant utilitatẽ: itaq; iam nunc & multitudinis,& poſſeſſionis eorum finem ſeu modũ te planiſſime inſpexiſſe arbitror:nã,quemadmodũ vnius cubiti calceamentum, quatenus ad ipſum finem ſpectat, inutile eſt,ita & plura duobus habere calceamenta,vt quinque aut decem,alienũ ab uſu: alia.n.illa omnino ſuperſunt,uſu autem duorum contenti eſſe debemus:ſic duplicem quoq; ueſtem habere ſit ſatis,& mancipia,& ſupellectilem. Apud nos autem,inquibat ille,non ſolum ueſtis eſt amplior, q̃ duplex, ſed & famuli,

*διάῤῥοια.

& uaſa:

A & uaſa: & oĩa omnino, quæ poſſidemus ampliora duplicibus: Prouentum enim ex rebus noſtris multo maiorẽ capimus, q̃ vt uni corporis ualetudini inſeruiatur. At n. ex iſtis, qui uoluptariũ uitæ genus, quod ſequerentur, elegerunt, nõ nullos video nõ duplo modo, aut triplo, quã nos, amplius impendẽtes, ſed & quinque, & decem, & triginta partibus ampliorem ſumptum facientes. Eſt porrò alius quidã, quem tali victu vtentem intueor, quali ego vtor, rurſuſq; mœrentem ac dolentem, vt ego: cui tamen nõ ſingulis annis ſimiliter res familiaris augetur. Nam quod ad nos attinet, decima fortaſſe prouentuum noſtrorum pars impeditur, reliquæ verò partes nouẽ ſubſtantiæ ipſi adijciuntur: attamen video te ne in res quidem egregias inſumere quidquam audere, nõ in coemptionẽ, cõparationemq́; librorũ, non in eos, qui ſcribant, exercendos, ſiue notis, & ſignis id faciant, vt citius, ſiue exquiſitis figuris, vt pulchrius: ſicut ne in eos, quidem, qui emendate, rectẽq́; legant. Ac ne imperientẽ quidẽ alijs quidquã te video, vti tu me videre potes, nunc ſeruis in veſtimenta, nũc alijs quibuſpiam ad alimoniã, aut ad valetudinis curationem: ſunt etiã, qui me viderint quorundã æs alienum diſſoluere. Ego igitur, quẽcunque mihi pater prouẽtum reliquit, eum omnem relinquo: q̃ ex eo neq; quidquam, quod ſuperuacuum viſum ſit, repoſui, neque theſaurum ullum congeſſi, neq; multis partibus amplius, quàm impenderim, quidquam
B recondidi: tamen remittentem me, ac relaxantem curas ſæpius haud negaueris, ſicut ipſe fateris nunquam me tibi uiſum mœrore vllo affectum. Nunquid igitur potes triſtitiæ tuæ cauſam inſpicere, an & illius nomen audire à me cupis? ianne iſtud quoque tibi fieri vis? Scito igitur, omnis triſtitiæ, ac mœroris vnã eſſe cauſam eã, quam modo inſatiabilitatẽ noſtri, modo auiditatem inexplebilem vocant ex eo, q̃ cupiditates habeant homines, quæ neq; ſatiari, neque expleri poſſint. Semper. n. concupiſcunt ij, qui rerum præſentium inexplebiles ſunt. Proinde, ſi duplum quid piam habent, triplum illico ſtudẽt acquirere: ſin triplum habeãt, quadruplum appetere incipiũt. Atq; hoc pacto nunquam ad eos ſpectant, qui pauciora poſſident, ſemper autẽ ad eos, q̃ plura, & hos ipſos ſuperare conantur, hisq; ipſis plura habere cupiunt. Tu igiẽ, inquibat ille, ſi hoc modo ciues oẽs noſtros conſideraueris, non multos te ipſo ditiores inuenies: quare facile cęteris, qui ſuperſunt, omnibus eris opulentior: enimuerò, q̃ ſeruis ipſis, haud dubium eſt: porrò his adde tã multas mulieres. Si igitur hi ciues nobis ſint numero quadraginta millia, atq; ita tu additis illorum mulieribus, & ſeruis, ſummam feceris, inuenies te ipſum haud inficiantem, centum & viginti millibus hominum ditionem, attamen hos quoq; omnino omnes uolentem ſuperare, ſtudentemq́ue in ipſis diuitijs fieri omni ratione ditiſſimũ. Atqui multo ſatius eſt ciues in eo cæteris
C antecellere, q̃ ijs, quæ nunc habeat, ſit contentus: quæ quidẽ res in te eſt. Diuitijs uerò præſtare nõ virtutis, ſed fortunæ eſt munus, q̃ & ſeruos, & libertos facit plerunque nobis, qui generoſi, & nobiles appellamur, ditiores. At verò tu etiam, ſi, quantum optas, aſſequare, hoc eſt, ut plus vniuerſis ciuibus poſſideas, non tñ ſatis ſis habiturus: ſed ilico circumſpicies, nũ quis in alia ciuitate ſit ditior. Quòd ſi ẽt in hoc fortunam tibi propitiã, obſequẽtemq́; habueris, tum tu ad alias progredieris nationes, & ijs, quos apud illas opulẽtos offenderis, fieri ſtudebis opulẽtior. Quare nũ quàm tu ſanè omnibus ditior, ſed propter immenſas cupiditates ſemp̃ futurus es pauper. Quòd ſi ipſo vſũ rerum metieris id, quod menſuræ, moduloq́; tuo reſpondeat, iã te ipſum vnum ex diuitibus numeraueris, aut ſaltem ex ijs, qui eo, quod opus eſt, abũdent. Ego igiẽ in numero horum meipſum colloco, licet, q̃ tu, pauciora poſſideam. Quocirca, ſi tibi ipſi ad hũc modum perſuaſeris, nulla te unq̃ triſtitia afficiet, ſiquid ex tuis rebus perierit: erisq́ue quatenus ad rationem pecuniariam ſpectat, beatus, ut pote cum ob pecunias triſtior futurus non ſis. Quòd ſi ẽt illam, quæ ad honores appetendos ptinet, inſatiabilitatem eieceris, hac quoq; in parte iucũde, ac ſine moleſtia uitã deges: ſin ãt tibi non ſatis fuerit honorari ab ijs, qui tua conſuetudine vtantur, ſed velis ab omnibus omnino, qui ſunt in ciuitate, laudari, etiam ab ijs ſcilicet, à quibus ignoraris prorD ſus, fortaſſe primum quidem ab ijs ipſis cognoſci voles, tum ãt, ubi cognitus fueris, honorari: at hoc quidem velle cognoſci ab omnibus, ab immẽſa quadã gloriæ cupiditate proficiſcitur: illud autem, quod eſt velle honorari, ab inani plane, ſtultaq́; ambitione. Quocirca tibi neceſſe erit, vt nũc pecunijs q̃rendis inuigilanti, ita tũc ad gloriæ, honoriſq́; ſtudium cupidinem intendenti, ob illos, qui cũ plures ſint, te neque cognoſcent, neq; honorabunt, maiore, q̃ nunc, affici triſtitia. Si igitur hæc comperta habebimus, & in his nos ipſos aſſidue exercebimus, ſine omni moleſtia viuemus. At quo pacto exercebimus? nempe ſi cognitum habuerimus, vtrum recte ſit dictum inſatiabilitatem vitium eſſe animi peſſimum. Fundamentum enim quoddã hoc eſt omnium cupiditatum, pecuniæ, gloriæ, honorum, principatus, contentionis. Primum igitur ſemper in prõptu habere oportet præceptum illud, atque inſtitutũ, quo iubemur, eo, quod adeſt, cõtenti eſſe, annexum ei videlicet, atq; adhærens, quod de inſatiabilitate dictum eſt. Quicunque enim odio proſequetur animum inſatiabilem, is eum protinus diliget, atq; amplexabitur, qui ſit paruo cõtentus. Si igitur hoc ſolo conſtat ipſum omni mœrore, ac triſtitia carere, iãq́; hoc ipſum vniuerſum penes nos ipſos habeẽ, illud conſequẽs fuerit, vt penes nos ſit uiuere ſine mœrore, ſi modo in promptu habeamus, qd̃ de animo tum inſatiabili, tum frugi præceptum eſt, ac per hoc ipſum præceptum ſingulis diebus in ſingulis huiuſce operis partibus nos ipſos exerceamus: quod quidẽ cũ

cæteris ex puerili diſciplina contingat alijs,illis,quibus in hoc fortuna non ſauerit,ſerò tandem E
ea ratione, quam expoſui,continget. Quis enim eſt,qui nolit omnem ætatem ducere ſine triſti-
tia? aut quis non hoc omnibus diuitijs prepoſuerit, quę & facile auferri poſſunt, & ſceleribus
nonnunquam redundant?

De comparanda animi libertate,ac de gratia obiurgationibus habenda. CAP. 10.

EGo igitur & hæc, & alia multa tũ illi,tum alijs deinceps multis recenſebã:quibus omnibus
ilico etiam perſuadebam. Vtilitatem tamen eã, quæ ex poſterioribus capiẽ,ſerò capientes
pauciſſimos quoſdam vidi. Plerique enim vſque adeo animi ſui affectus auxerunt, ut iam inde
inſanabiles exiſtãt. At ſiquis modicis adhuc pturbationibus inſeruit, poteſtq; aliquid eorum,q̃
prius dicta ſunt, intelligere,vbi ſibi inſpectorem quendam ac pædagogum appoſuerit,qui ſe,vt
antea dixi, in ſingulis rebus aliàs moneat, aliàs obiurget, aliàs etiam adhortetur,& cõpellat ad
ea,quæ præclariora ſunt,capeſcẽda,ac ſeipſum eorum,quę & dicit & monet,præbeat exemplũ,
is ſanè poterit & liberum,& egregium ſibi animũ ratione comparare. Etenim turpe eſt libertatẽ
eam, quæ humanis legibus accepta refertur,maximi facere,eam autẽ,quæ & uere,& natura ipſa
eſt libertas,non omni ſtudio petere,ſed inhoneſtis,atque impuris,ac tyrãnicis dominis ſeruire,
lucris videlicet, ac minutiſſimis quibusq; pecuniarijs rationibus,& cupiditatibus tum principa- F
tus,tum glorię,tum honoris.quorum ſanè omnium matrem ego haud dubitauerim dicere inſa-
tiabilitatem habendi. Quis igitur talem in animo peſtem habens, poſſit unquã aut honeſtus aut
probus euadere? Aut cur non mille mortibus ſit dignus, qui nõ toto aĩo oderit talem turpitudi-
nem?Porrò ãt hanc ipſam multo magis & odiſſe & fugere debent adoleſcentes,qui ſe ſaluos eſ
ſe uelint:q; ſi forte initio aſſueuerint pecuniã inſatiabiliter cupere, fieri iã ultra nõ poterit, ut, cũ
ad annum quadrageſimum peruenerint,ſeipſos recuperent:ſed pone,ſi magis placet,q; nquage
ſimũ, nequis nos ut inhumanos,redarguat,ſicuti quendam audiui dicere,qui aiebat,homines q̃
dẽ nõ paucos uinci ſolere gula, uenere, gloria, honore,ſe verò,qui diues eſſet,vna re tantum,q̃
nullius ſui voti cõpos fieret.Nam is,cum ſatis diu me ſingulis diebus lætum hilaremq; vidiſſet,
ipſe interim male animo affectus, rogauit, vt docerẽ,quid ſibi eſſet faciẽdum,ne tangeretur tri-
ſtitia.cui cum ego reſpondiſſem,longiore annorum ſpatio eſſe opus ad eorũ vitiorum correctio
nem, quæ ipſe in animo ſuo ad hunc vſq; diem aluiſſet,vociferans,nihil te,inquit,vnquã uidi in
humanius:quaſi ego videlicet,qui poſſem,ſi modo eniti vellẽ,ipſum quàm citiſſime ab omni tri
ſtitia liberare,hoc ſic illi beneficium inuiderẽ:cum tamen huic vni ex omnibus diſciplinis nemo
exiis, ad quos ipſa ptineat, inuidere poſſit.Nobis quippe expedit oẽs homines,quibus cum cõ- G
ſueſcimus,omni animi perturbatione vacare:neque aut glorię,aut,ſiqua alias res eſt glorię ſimi
lis, eius cupiditate animũ gerere deformatum. Quãto enim hi meliores fuerint,tãto nobis ami-
ci vtiliores exiſtent. Rurſus igitur ad eum reuerſus, qui ſe in verũ ſtudeat virum euadere, viam
quandam communem ad omnia animi noſtri bona monſtrabo.Oportet enim eũ,qui alteri prę
ſit ad corrigẽdum,initio quidẽ intento eſſe animo ad ſingula,quæ ab illo gerentur,cui ſit indica
turus, quid ab ipſo negligat. Eſt enim interdum definitu difficile in ipſis actionibus id, quod in
re familiari ex minutiſſima quadã ratione geritur. Quare hoc ipſum nullo mõ prefiniri poteſt
ei, qui nunc primum incipiat auaritiæ morbum excidere. Porrò quẽadmodũ in hoc virtus vitio
proxima eſt, ita, dum ambitionẽ excidere volumus, virtuti ilico finitimum vitium offendimus.
Cæterum quorum animi ſuapte natura ad honeſtatem,probitatemq; ferũtur,hi neutiquã pudo
re affici ſolent, ſi cũ ipſi iuuenes ſint, ſeruariq; poſſint,alios habeant,qui ſua ipſorum peccata in-
ſpiciant, atq; obſeruent,ætate ſcilicet prouectos homines,qui in omni vita ſua clariſſimũ liberę
mentis ſpecimen dederint: quibus quidẽ increpãtibus neque reſiſtere, neque infenſos eſſe par
eſt,ſed habere gratiam:quin ẽt eoſdem rogare oportet ſemper,vt vera dicãt:& id ipſum vbi co-
gnitũ habuerint, tum conari,ſi non ingentes illas portiones,at ſaltem minutas atque exiguas de H
grandi illa ſumma affectuum, ac vitiorum excidere:tametſi initio per quàm arduum hoc,& cum
magno labore,magnaq; infelicitate videtur.Scire enim eos oportet ,pgreſſu temporis nõ ſimi-
liter idem habituros difficile.Quo.n.maius rationalis noſtri animi pars in huiuſcemodi exercita
tionibus ac ſtudijs incrementũ accipiet, (quatenus videlicet ſuperabuntur,minuẽturq; vitia)eo
facilius obſequium ac perfectiorem obedientiam obtinebit.Nam,cum ea,quæ maxima ſunt,ra-
tio nondum exercitata ſuperauerit, haud dubium eſt, quin, vbi duplicem excellentiam ſpatio
temporis adepta ſit, facilius ſit ſuperatura:etenim ex ijs, in quibus ipſa ſe exercuerit, multo exi-
ſtet generoſior,quam prius,ſicque etiam illis,quę minora aliquanto euaſerint,abunde ſufficiet.
Porrò ad futuri temporis ſpem vel alterum horum duntaxat ſatis eſſe poterat. Quocirca ipſius
exercitationis initio terreri non oportebat eum,qui in ipſa affectuum curatione parum ſe profi-
cere ſentiret. Progrediente enim tempore magis proficiet, ſi modo æquo animo pergat audire
eum,à quo vere ametur,dicentem ſibi,quę ſint ea,in quibus peccet,velitque non videri tantum,
ſed etiam re ipſa exiſtere & egregius;& frugi.Hactenus igitur de ratione & cognoſcendorum,&
curandorum animi affectuum dictum ſit: deinceps autem ſequitur , ut de peccatis ipſis dicatur.

GALENI DE CVIVSQVE ANIMI PECCATORVM COGNITIONE, ATQVE MEDELA LIBELVS

B

Quem olim Iunius Paulus Craſſus Patauinus interpretatus eſt, & nunc denuo accuratiſſime recognouit.

Quid ſit, & quotuplex peccatum, & quòd uia aliqua ac ratione corrigi peccata debeant, & emendari. CAP. 1.

CViuſque animi perturbationum cognitio, ac medicina ſecundum traditam ſuperiori commẽtario rationem comprehenſa eſt: deinceps de peccatis ſermo inſtituendus eſt. Igitur optimum & in preſentia initium ſumo, quod omnes, & ſi operibus non confirmant, ore tamen confitentur, ac illud, quid nam ſit, quod peccatum uocant, ut nobis procedente oratione ambiguitas nulla relinquatur, ſermone explanabo, doceboque vocabulum hoc ἁμάρτημα, ſquod latinis peccatum ſignificat, ab omnibus græcis ita accipi, ut modo ea, quæ ſecundum iudicium non recte tamen committantur, declaret, atque ita ad ſolam rationabi
C lem animæ partem pertineat: modo communius latiusque, vt etiam, quæ ad irrationabilem facultatem ſpectent, complectatur.

Multa deſunt in codice græco.

quidnã ſit peccati cõſenſus, oĩbus in aperto eſt: q d imbecillus cõsẽſus, non itẽ: ſiquidẽ nonnullis titubantẽ hũc aſſenſum inter uirtutẽ uitiumq́; mediũ ponere ſatius eſſe viſum eſt, titubantẽ vero ſiue imbecillũ eſſe cõſensũ p̃dicant, qñ nobis ipſis nõdũ ita verã eſſe opinionẽ aliquã p̃ſuaſerimus, ſicuti illa eſt, exẽpli cã, in utraq; manu, quinos eſſe digitos, aut bis duo quatuor conſtituere: forsã utiq; ſenẽ quẽpiã offenderis, q in oĩ uita veris peccatis operam dederit, alicui ſcientificam oñſionem hñti infirme aſſentiri: ſcĩa porrò geometræ de his, q̃ per Euclidis elemẽta oñſa ſunt, talis eſt, qualis partiũ eſt, bis duo quatuor eſſe: eãdẽ quoq; ſcĩam & deinceps traditorũ de globis p̃ceptorũ hẽt, quẽ admodũ & oĩum ſm hæc reſolutorum de linearum figuris, atq; gnomonicis. Quãobrẽ: ſi uel parum q s ambigat, neq; proprium ipſis cõſenſum p̃beat, quẽ comprehenſionẽ nõnulli appellãt, hoc eſſe pc̃tũ, ut hoĩs videlicet gometræ, q ſpiã iure cõceſſerit. At eius, q in vita peccet, bonis maliſq; cognoſcẽdis, poſſidẽdis, aut euitãdis improbæ opiniones, fãlſęq; conſiſtunt: aſſenſus videlicet aut procliuis, aut titubãs & incertus. Hic iam igitur diſcrimẽ impẽdet, ne
D paruum iuxta & maximum pc̃tũ cõmittaĩ, ſi falſę de bonis ac malis opinioni aſſentiamur. Scd̃m Academicos planè ac Pyronæos uocatos philoſophos, eorum, q̃ à nobis inquiruntur, ſcientificã oñſionem haberi negãtes, omnes, q nũc hñr de re aliqua cõſenſus, neceſſario inconſiderati ſunt ac temerarii, quin ẽt & falſi eſſe p̃ũt. Aiunt p̃terea, philoſophorum de bonis maliſque diſcordes inter ſe, pugnãtesq́; ſnĩæ, ut veræ oẽs ſint, neutiquam fieri põt: at oẽs forſan mendaces eſſe nihil prohibet, ut neq; voluptas bonum ſit, neq; perturbationum vacuitas, neq; virtus, neq; ab ipſa ꝓ diens actio, neq; aliud omnino quicquam eorum, q̃ à philoſophis enumerata ſunt. In primis itaque eũ, q à pc̃tis mundus eſſe cupiat, rei illius ignotæ, quã inuenire ſatagit, demonſtratio ſit, nec ne, cõſiderare oportet: idq; non obiter modo, ſed longo etiam t̃pe inter veraciſſimos homines uerſantem, q naturali quadam prudentia prædĩti ſint, atq; in rationalibus diſciplinis exercitati, qualis eſt demonſtratiua methodus, ſpeculari conueniet. Deinde, cum quis ipſam ſe inueniſſe ſibi p̃ſuaſerit, poſtea lõgo t̃pis interuallo iterum ſeſe exercere debet, ante q̃ ad maximarum rerũ inquiſitionem accedat: vt, exempli cauſa, quodnam ſit illud bonum, (id ſanè & uitæ finem nuncupãt) quod comparatum fœlices nos, aut beatos, aut quod quis aliter nominare velit, efficiat.

In quot ab ſurda incidere illos contingat, qui de uitæ bonis & malis nulla uera methodo ratiocinantur. CAP. 2.

NOnne igitur ꝓ deos illi, qui prius, q̃ demonſtratiuã methodũ ſeſe inueniſſe credant, ad maximarũ rerum indagationem tranſeunt, euidenter temerarij ſunt? mihi quidẽ uel maxime

hmõi eſſe vñr: ꝓinde.n. iſti affecti ſunt, atq; illi, q̃ ante, q̃ ſatis ſe in numerorum ſcĩa exercuiſſe ſi- E
bi ꝓſuaſerint, aliq̃d de ſupputatorijs ꝓceptis, atq; arithmeticis enunciare audẽt. Igit̃, ut hos plerunq; falli neceſſe eſt, ita & quicũq; prius aliqua demõſtrare conant̃, q̃ in demõſtratoria metho
do uerſati ſint, q̃n errores cõmittant, fieri nequit. Porrò, q̃ nõ nulli ex his, q̃ falſa edocẽt, quibuſ-
dã ꝓſuadeant, ſectarũ multitudo teſtat̃: ſed neq; illos hæc, niſi aliqua ſimilitudo intercederet, ꝓ-
ſuadere potuiſſe, cuiq; palã eſt: neq; paruã hanc eſſe ſimilitudinẽ profectò exiſtimare conuenit
nã alioq̃ facillime deprehẽſa foret, neq; lõgo t̃pis decurſu nedum à clariſſimis uiris, ſed ẽt à uul
garibus eã argui, conuinciq́; opus fuiſſet. Illud itaq; q̃d in re medicinali Hippocrates uſu uenire
6. Epid. ſec. 8. cir ca finem. aiebat, & ĩ philoſophia accidere vĩr: dicebat ãt Hippocrates ‖ ſimilitudines uel bonos medicos in
errores, difficultatesq́; cõiicere, utpote nõ uulgaribus dũtaxat medicis, uerum ẽt nobiliſſimis ob
ſimilitudines in errorẽ labẽtibus. Quare neq; alienum eſt & in philoſophia ſimilitudines ꝑclaris
philoſophis dubitationes, erroresq́; faceſſere. Gemellorum ſimilitudines illi, q̃ cum ipſis uerſari
cõſueuerũt, facile dignoſcũt, nõ aſſueti minime id facere queunt. Eadẽ rõne & illę, q̃ in rõnibus
ſunt, ſimilitudines, eos, q̃ ſeſe nõ diu, neq; quotidie in ſtruẽdis rõnibus attriuerunt, ꝑtereunt, quẽ
admodũ & gemini fratres eos, q̃ nõ unà degãt, atq; uerſẽtur, deliteſcere ſolẽt. Hoc utiq; unũ pri
mũ & eorũ pcĩñ maximum, q̃ aliq̃d de humanæ uitæ bonis, malisq́; temere ꝓnunciant, idq; aut F
ex amore ſui, aut apparẽtis ſapiẽtiæ, aut iactãtię, aut ambitionis cã exoritur: ſiq̃ dẽ nõnulli recte ſe
ſe opinari ſibi ꝓſuaſerunt, nonnulli honoris, aut ſimulationis cã ea ꝓximis ꝓbare conantur, de
quibus ipſi dubitãt, atq; aĩ pendẽt: peccãt ſane utriq; ſcĩi ſciẽtes ac uolẽtes, quorum uitium ex ꝑ
turbatione aĩ ꝓficiſcitur: primi uero neſciẽtes, ipſorumq́; error pcĩñ ꝓprie dici merebitur. Re-
cte igitur iſti fecerint, ſi Aeſopi mãticarum meminerint, ſuasq́; ipſorum opiniones alijs examinã
das cõceſſerint, haud ꝑ Iouẽ talibus, quales ipſi ſunt, nõ ſolum in oñſorijs methodis minime uer
ſati, ſed ẽt aliarũ diſciplinarum, q̃ Græci mathemata noĩant, imperiti, quib⁹ imbut⁹ aĩus acuit̃, ac
delimatur, utpote geometria, arithmetica ſupputatoria, ædificatoria, & aſtronomia. Ex his por-
rò nõnulli neq; rhetoris, neq; id, q̃d maxime ꝑſto eſt, grãmatici doctrina eruditi, ſed adeo in ſer
monibus inexercitati, ſunt, ut neq; ea, q̃ à me dicãtur audiẽtes intelligẽtia aſſequi ualeãt. Quę ꝓ-
fecto ego aĩaduertens, cum aliquẽ ſermonẽ feci, ipſis, ut dicta mea repetãt, iubeo: tunc.n. re uera,
quẽadmodũ aſini lyrã, ita & iſti ea, q̃ à me dicta ſunt, neutiq̃ ꝓcepiſſe deprehẽdunt: nihilominus
tñ in tã audaces, uel temerarios potius euaſerunt, ut ab ijs, qui prima elemẽta didicerint, eò ludi-
brio habiti, q̃ q̃ audiuerint, recitare nequeãt, nihil ꝓpea erubeſcãt, ſe ipſos tm̃ ueritatẽ agnoſce-
re, alios diſciplinis inſtructos t̃ps fruſtra perdidiſſe opinẽtur: uerum nõ illis quicquã me ꝓfuturũ G
ſperãs, in hũc ſermonẽ diuerti. Plures.n. ipſorum, ẽt ſi uelint, nihil iuuamẽti capere poterunt, cum
neq; ætatẽ ipſã amplius diſciplinis ꝓcipiẽdis idoneã hẽant. Quisquis uero natura prudẽs eſt, &
eatenus primis rudimẽtis operã dedit, ut, q̃ audiuerit, maxime quidẽ ore ꝓferre ſtatim, ſin id mi
nus, at ſaltẽ ſcriptis mãdare ualeat, ſermonẽ hunc noſtrum, ſibi ſubſidio futurum ſcito, mõ ſit ex
toto ueritatis amator. In hoc.n. ꝑter illum uis tota cõſiſtit, & primum quidẽ aptum ad ueritatẽ na
tum eſſe: deinde optima ac liberali educatione uſum fuiſſe: at q̃ in ueritatẽ explorandã miñime
natura feratur, & in flagitioſis, inhoneſtisque ſtudiis altus fuerit, nequaq̃ iſte aut ſpõte cõmotus,
aut ab alio cõcitatus, ueritatem unquã appetere ualebit. Quocirca neq; ego unquã id genus hoĩ
opem ferre pollicitus ſum. Sed, ut modo retuli, veritatis amico iter illud oſtendere pro uiribus
conabor, quod in oĩ uita perquiſiui: illudq́; ſolum eſſe, quod proxime ſubijciam, mihi perſuaſi.

De adhibendo experimento in uera methodo dignoſcenda, quid interſit inter eos, qui ea utuntur, & inexercitatos, & falſis ſectis addictos. CAP. 3.

NAm dignũ puto, ut dixi, illa edoctos, q̃ de oñſoria methodo à maioribus noſtris tradita sũt
in alijs rebus ante periculũ facere, nunq̃d re uera aliquod q̃ſitorũ ĩueniãt: eſſeq; hmõi rerũ
† Al. impoſitas. naturã idoneã, ut ſuis inuẽtoribus teſtimonium ꝓhibeat: ut exẽpli cã, in hoc, datã rectã, aut † ꝓce- H
ptas partes diuidere, fortaſſis penitus rudes, q̃dnã dicatur, non intelligunt. Ego uero perinde, at
que ſi oẽs ipſi adeſſent, clarius dicere incipiã. Rectã datã ſermo noſter intelligit, lineã aliquã re
ctam in ſupficie exacte leui propoſitã, ꝓceptas aũt partes, pro præſumentis arbitrio, ſi quis pro-
poſitam rectam in quinq; æquales partes, aut ſeptẽ, aut uiginti, aut centum diuidi iubeat: nã, ſi tu
per te methodum unã nactus fueris, aut ab alio edoctus uſus fueris, in quot uelis partes ꝓpoſitã
rectã, partiri, res ipſa tibi teſtis erit, oẽsq́; ita diuidentibus exq̃ſite cernentur æquales, atq; id ge-
nus oĩa problemata firme rẽpta ſunt per ipſa euidẽtia: ut, cum dato quadrãgulo circulum circũ-
ſcribere, aut pariter & dato circulo quadrãgulum circum, intusve ſcribere iubemur: itẽ, cum da-
to quinquãgulo æquilatero, & æquiangulo circulum ut exterius circumſcribamus, q̃s ꝓcipit: ſi q̃s
etenim ſingula hæc ea, quam didicit, methodo ſtatim circumſcribere poterit, res ipſa quæſitum
iã inueniſſe teſtabitur. At nõ itidẽ, genitusne, an ingenitus ſit mundus, res ipſa teſtabitur, quẽad-
modum, neq; finitumne ſit, an infinitum uniuerſum, aut quãtus ſit maris fluctuum numerus: nul-
lum.n. hmõi quæſitorum ex ipſa re, q̃ inuẽta eſſe uideatur, diiudicari põt, quẽadmodum ſi circu-
lo figurã duodecim laterim æqualium, rectorumq́; angulorum circũ, intusq́; deſignare iuſſus id
ſtatim feceris: intus nãq; & circumſcripta figura euidẽter cõſpicitur, ſicut & circulus huic multi
angulæ figuræ intus, circũq́; deſignatus agnoſcitur. Itaq; cũ demõſtratoriã methodũ inuenerim⁹
ad id, q̃d quærimus, nos ducit, ac teſtimonium ex ipſamet re haud obſcurum accipimus: & exin-

de

A de probationes haud paruas ipſius ueritatis habebimus, ut aliqñ & in his, q̃ id euidenter teſtari queãt, ea uti audeamus. Neq; ſtatim in rebus maximis à quoq̃ ꝑiculũ faciendum eſſe exiſtimo: ſi uerò ad felicitatẽ ducẽtia maxima ſunt, in aliqua prius materia exerceri cõuenit, q̃ illorum erroré, q ſe q̃ſitũ falſo inueniſſe autumãt, redarguat, & ueri ĩuẽtoribus ſuo teſtimonio faueat. Hmõi methodꝰ geometria reperitur, arithmetica, ſupputatoria aſtronomia, & architectonica: nomine ãt architectonicæ, horologiorũ, clepſydrarũ, hydroſcopiarũ, & machinamẽtorum oĩum deſcriptiones amplector, inter q̃ & pneumatica, hoc eſt ſpiritualia q̃ vocanẽ, exiſtunt. Hæc ꝑfecto oĩa inuẽtoribus ſuis teſtimoniũ ꝑhibẽt haud ſecus, q̃ aſtronomię inuẽta, q̃ & ipſa ex euidẽtibus diju dicanẽ, examinanẽ, & teſtimonio confirmanẽ. Solis nãq; & Lunę defectus, & q cũq; circa fixas, errãtesq; ſtellas cõſpiciunẽ, inter ea, q̃ manifeſte apparẽt, reponũtur. Manifeſtũ ꝑterea eſt ſermones noſtros oĩum illorum aĩos ꝑcellere, q bus iã ꝑuecta ætate non amplius occaſio ſupereſt, vt in rebus illis demonſtratoriã methodũ lõgo tꝑe exerceãt, q̃ ipſius ueritatẽ perſpicue teſtari ualeãt: aut. n. ut proxime dicebã ꝑprio amore decepti, aut ſapiẽtes uideri uolẽtes, aut honoris, inanisq; gloriæ cupiditate, aut arrogãti iactãtia, aut auaritia ꝑciti, nõ nulli ſibi ipſis, nonnulli verò alijs ſe aliq̃d firmi ſcire perſuadẽt. Quocirca nihil mirũ fuerit in proprio unũquenq; auditorio
B ſuis hæc diſcipulis probare: quorũ aliq̃ aſinino ingenio sũt, aliq̃ uero acri, ſed in primis diſciplinis nequaquã exercitato: nã id genus vẽtoſis, atq; ineruditis ꝓceptoribus expedit, arbitror, tales habere diſcipulos: quicũq; n. natura prudẽs, & ĩ diſciplinis antea verſatus fuerit, ipſos ilico floccifecerit, ſicuti & ego adhuc adoleſcentiæ annos nõ egreſſus, multos doctores cõtẽpſi, q non nulla demõſtratis ſciẽtifice ĩ geometria repugnãtia oſtẽdere audebãt, neq; demõſtrationis ſimulachrũ, q̃d eſſet, unquã cognouerãt. Siq̃s igiẽ veritatẽ exploraturus prius arrogãtem iactantiã, nimiũ ſui amorẽ, honorũ, & gloriæ immoderatã libidinẽ, apparẽtis ſapientiæ cupiditatẽ, atq; auaritiã ex animo ſuo extirpauerit, iſte planè ad ipſam perueniet nõ menſibus mõ, ſed annis multis poſtea, cum ante ſeſe exercuerit, atq; placita ad beatitudinẽ, & ad miſeriã ducere valẽtia indagauerit: illis verò, quas dixi, ꝑturbationibus furẽtẽ, ac debacchantẽ ad tã lõgũ iter pigrum, atq; impeditũ uideo: at illos q̃dẽ odio ꝑſequor, q̃ inſidiatorẽ, calũniatorẽq; efficiũt: hmõi. n. uitijs ſuos ipſorũ diſcipulos ꝓoccupare, ac inficere ſolẽt, vt neq; id genus ſermonibus, quales nos hactenus fecimus, aures unquã ꝓbere ęquo aĩ poſſint. Sanè oppido facile eſt ꝓceptorem graui, ac ſeuera facie dicẽtẽ imperitis adoleſcentibus ꝑſuadere, ſe ꝓeunte expeditiſſimũ eſſe ad ſapiẽtiã iter ſm Cynicos vocatos philoſophos: ſiquidẽ & iſti placita ſua breuem eſſe ad virtutẽ viã cõtẽdũt: at ip
C ſorũ nõ nulli ſentẽtiã hãc dãnãtes, nõ ad uirtutẽ, ſed ꝑ uirtutẽ ad beatã uitã cynicã philoſophiam iter eſſe cõfirmãt: cęterũ nõ nulli uerius ipsã declarãtes imperitã iſtorum hoĩnum temeritatẽ ad inanẽ iactãtiã breuẽ eſſe uiã teſtanẽ. Itaq; ut Cynici oẽs, quos uitæ nr̃ę tꝑe cõſpeximus, ita & eorũ q̃dã, q ſe ſe philoſophos ꝑfitenẽ, euitare ſe ĩ rõnali cõtẽplatione exercitationẽ nõ cũt ĩficias, deinde, cũ à nobis diſceſſerint, cũ uulgaribus oĩbus caprarũ uidelicet, boumq̃; paſtoribus, foſſoribus, atq; meſſoribus cõgredi indignum putãt, q̃. ſ. ea, q̃ à ſe dicanẽ, iſti utpote in rõne differendi nũquã uerſati, minime aſſequãt: idq; nimirũ inſolẽter faciunt, ꝑinde atq; ſi ipſi unquã in primis ſe diſciplinis exercuiſſent, ac nõ repẽte de uitæ fine, de bona, atq; aduerſa fortuna à ꝓceptore de mõſtratorios, ut ipſe credebat, ſermones audiuiſſent, ipſiq̃; eo, q̃ nõ eſſent exercitati, fidẽ adhibuiſſent: q̃ plane ijs, ut dixi, ob falſarũ, uerarũq̃; rõnum ſimilitudinẽ, cauſę falſorum decretorum extiterũt. Similitudines ãt exacte illi dignoſcũt, q̃ ſingulas integras cõmẽtationes diligentiſſime tractauerũt: at, q̃ repẽte materiã aliquã nõ exercitata rõne dijudicare aggrediẽ, nullo pacto falſas à ueris argumẽtationibus diſtinguere, ſeparareq̃; ualebit. Huiuſce rei manifeſto indicio ſunt uocata ſophiſmata, q̃ rõnes q̃dã falſę ſunt ad uerarũ imaginẽ doloſe cõſtructę. Harũ mẽdaciũ ex cõcluſione, q̃ uera nõ eſt, aperte deprehẽditur. Qñ uerò falſæ rõnes, aut ſumptũ aliq̃d falsũ, aut
Đ cõcluſionẽ haud recte illatã habeãt, neceſſe eſt, & hæc in ſophiſmatibꝰ haud ita facile cõſpicua ſunt, ab illis, q̃ in diſſerẽdo ſe nõ exercuerũt, uix utiq; deprehẽdi poterũt. Igiẽ cum rõnẽ mẽdacẽ eſſe cõcedamus, q̃ oĩbus cõcluſionis mẽdaciũ euidẽter pateat, nihilominus inexercitatos nodi ſolutio ꝓterit: quocirca tutius iſti, cautiusq̃; egerint, ſi rõnes oẽs ſuſpectas habuerint, nulliq̃; prius aſſenſerint, q̃ ſe falſarum, uerarũq̃; rõnum ſimilitudines exquiſite diſtinguere poſſe ſibi ꝑſuaſerint, aliosq̃; ſibi q̃ſtiones ꝑponere patianẽ, uolẽtibus ipſorũ eruditionis periculũ facere ꝑmittentes. Nõ aliud igiẽ cõſulũt, q̃ q̃ diſcipulis, ut ſe in ſophiſmatum diſſolutione exerceãt, ꝓcipiunt? Quæ nihil aliud, ut antea dicebã, prorſus fuerit, q̃ ĩter uerã, falsãq̃; rõnẽ ſimilitudinis agnitio. Neceſſum itaq; ſic verarũ prius argumentationũ naturã didiciſſe. in ijs nãq; uerſatus, ipſarũq̃; ſpẽm exacte iuxta, celeriterq̃; ꝓcipere aſſuetus, haud ægre ẽt falſas cognouerit. Ego nẽpe id re cõmõſtraui, cum adoleſcẽtes in diſci plinis uerſatos veras rõnes cognoſcere edocui, & alicui ex ꝓſentibus, cui libuiſſet, ut aliq̃d ipſis ſophiſma ꝑponeret, iuſſi. Ipſi. n. ſophiſmatũ abſurditatẽ deprehẽderũt, q̃ aut ĩ figuræ nõ ſyllogiſticę ĩcõcinnitate, aut ĩ ſumptionũ falſitate poſita eſſet: atq; ita iſtis inanis ſapiẽtię noĩe ꝓditis, iſtis, inq̃ ſenioribus ſophiſmata explicare nequeũtibꝰ euidẽter patuit id ipſis incõmodi ex uerarũ rõnũ ignoratione ꝑuenire. Quo fit, ut ſummopere dãnari mereanẽ, eo, q̃ ex temerario aſſenſu miſerã degãt uitã: falsã. n. de uitæ fine opinionẽ ad miſerias, calamitatesq; ducere oẽs teſtanẽ: iſti verò hoĩes q̃dẽ ſunt in diſcernẽdis, ueris, falſisq; rõnibus nunquam exercitati, interdũ nõ nulli opinionis alicuius ueritatẽ † intelligere ſe credẽtes, cõtingentẽ quidẽ

† *Al. ignorare*

rationē ſe dixiſſe ignorant, ac tanꝫ ſenſibus, ꝙ opinātur, euidenter appareāt, nos ſequi, & abſq; E
demonſtrationib⁹ credere iubēt: interdū uerò, cū ſola indicatione oīo egeat, demōſtratione ip
ſam cōfirmare nitunt, atq; ita ſanè quo differat demōſtratione egēs ab eo, qđ primario, atq; ex
ſe notū eſt, ignorantes, nihilominus tū de rebus, ꝙbus magna cōtēplatione op⁹ eſt, temere loq
aggrediuntur. Atq; in his erroribus, multi, ꝙ iādiu in philoſophia cōſenuerūt, inuoluti ſunt. Quid
igit̄, proh Iuppiter, iſtorū ne īſcitia, apparensq; ſapiētia tibi facile curari poſſe vī? An & ille etiā,
ꝙ trienniū, aut quadriennium p̄duro tumore doloris ſenſu carente laborauerit, unꝫ ſanabitur?
Nunꝫ ꝓfectò ſenū iſtorū aīum inſcitiæ, apparētisq; ſapientię ſcirrho triginta iā, & quadraginta
annos occupatū ad ſanitatē redire poſſe crediderim: at, ſi velis, fac id poſſe fieri: deīde dierū ne
ſpatio, an mēſiū, an annorū hmōi ſcirrhi curatio egeat, ęſtimato. Itaq; neq; amplius admirator,
ꝙ ob rē multos iſtorū, ꝙ ſe philoſophari p̄dicant, neq; alloqui, neq; cū ipſis diſputare dignū exi-
ſtimo: oēs.n. priuatos hoīes, natura prudentes, eaq; diſciplina inſtitutos, ꝙ iāpridem à Græcis ꝓ
bata eſt, iſtis meliores, p̄ſtantioresq; cognoui. Facile.n. ꝙcunq; ſe euidēter cōſequunt agnoſcunt:
iſtos verò altercātes, aut, ꝙ placitis ipſorū aduerſentꝫ, p̄cipere diſſimulātes, plerumq; expertus sū:
porrò, cū millies olim cū pleriſq; philoſophorū, ꝙ quēq; ꝓpoſitū finē vita cōſequat, diſputaue-
rim, alij qdē oēs, ꝙ primis rudimētis optime inſtituti ſint, acutū ingenium habēt, ipſiq; viuendi F
modū cōcordem ſuis placitis, dicebāt ſermonemq; noſtrum rectè intelligebant, at reliq in qua
dam inani ſapientiæ opinione (vt ſupra poſui) ad ſenectam vſque verſati, ſoli contraria ſentie-
bant: deinde, cum ab omnibus præſentibus deriderentur, ad conuitia, iurgiaq; ſe conuertebāt.

Quid inter peccatum, ac pertubationem interſit. CAP. 4.

† Al. per totam uitam.

VErū, ꝙ à nobis ſępius vnà cū multis viris de quoq; ꝓ ſingulis finibus, vitę genere explicata
ſūt, in alijs habes cōmētarijs tradita: multaq; errorū, quos iſti cōmittunt, exēpla in illis ſcri
pta ſunt. Nā ꝙcunq; iſti diuerſis ſectis addicti† vitā corrūpētes, inter ſe cōtraria faciūt, ac dicunt,
ex falſo iudicio proueniūt, pſpicuūq; eſt oīa & male fieri, & peccata eſſe, ꝙcunq; in qualibet ſe-
cta errata cōmittunt: ſiquidē veridica ſecta nō finē ſolū, verū ēt genus vitæ fini illi cōſentaneum
adinuenit. Quamobrē, qđ inter peccatū, ꝓturbationēq; interſit, hinc apertiſſime diſcere liceat.
Aliq̄s, exēpli cauſa placitum hoc inſtituerit, hoīes iuuare, tanꝫ verū, ac ꝓfectū aliq̄bus bene face
re: cęterū iſte aut sōno, aut ſocordia, aut voluptatib⁹, aut aliquo id genus alio impeditus, ſubue-
nire afflictis neglexerit, ex quadā ꝓturbatione errauit. Alius verò q̄ſpiā ſibi tm̄ voluptates, cura
rumq; vacuitatē cōparare ſtatuēs, ac ꝓpterea ciuib⁹ ſuis, aut domeſticis iniuriis affectis auxilium
†*Quod de uitæ fine falſa opinio multorum peccatorum initium ſit.* denegans, ex praua opinione ꝓfectò, nō ex aliqua ꝓturbatione peccauit. †Multorum ſanè pctō G
rum falſa de cuiuſque uitæ fine opinio fons, & origo eſt: ex ea.n. tanꝫ ab radice quadam ſingula
pctā exoriunt: pōt tm̄ aliquis de uitę fine rectè ſentiēs, in aliquo particulari cōſecutionē haud in-
telligēs, aberrare: cęterū tibi (ut ꝓxime dicebā) actiones uitę ſingulis finibus cōgruentes in alijs
cōmētarijs latius enumeraui: in p̄ſentia pctōrum ſola cap. pſtringam, ꝙ repetere ſatius eſſe duco,
ut ꝓpoſitorum cōpēdium qđ dā facile memoriæ mādandum cōficiā: q̄quidē.n. in finis contē-
platione fęlicitatis humanę p̄cipuū firmamētum ponit, haud ab re ī ipſum inueſtigādum oēs īcu
buerūt: de quo, ꝙ ſe ipſos magni fecerūt, prōpte ſnīam ſuā tulerunt; prōpte āt ſnīam tulerunt aut
oēs, aut uno tm̄ excepto: quē ipſum neq; in cōfeſſo eſt id feciſſe, ante ꝙ de demōſtrationibus iu-
dicatum ſit, ſintne re vera demōſtrationes, an illi ita eſſe uiderent̄. Hoīem igitur ꝓpria pctā ob-
ſeruātē, atq; animaduertentē illud ipſum in primis cogitare oportet, iuſtum eſſe oīno, eos curio-
ſe diligenterq; audientē, ꝙ ſeſe ꝙſita oſtēſione ꝓbauiſſe arbitrātur, poſtea ipſa diiudicare cona-
ri: atq; iterum hoc loco, cū ab ipſis acceperit, quā in orōnibus iudicem ueritatis ſtatuant, deinde
iterum hæc ipſa ſecū, ut ſeſe hr̄e oporteat, reputās conſideranſq; nunquid ipſi rurſum iudicandi
inſtr̄m altero egens inſtrumento intelligant: deinde poſt illud rurſum alio, idq; ne in infinitum
ꝓtrahat, ſuſpicatus, ualde caute longo tępis ſpatio una cum uiris, ꝙ ipſi maxime ueridici uideant̄, H
ita primū oīum iudicandi inſtrūmētum cōtempletur, qđ. ſ. altero inſtrumento nō egens inuenire
opus eſt, inuētumq; oībus oſtendere: id verò & abſque dijudicatione indicare poſſe palam eſt,
eandemq; quam oīs demonſtratio, uim poſſidet: atq; ita, quod ſupereſt, in ipſum reſpicientem,
oīa ad id particularia redigere conuenit: quod ſanè reſolutionem nō nulli philoſophi uocaue-
runt, ueluti aſcenſum quendam ab his, quæ media ſunt, ad primarium indicationis inſtrumentū:
ut pote autē in re ualde difficili, quemadmodum opere plerunque didiciſti, in iſtis uano ſapien-
tię nomine præditis, petulantibus, ac ludibrio habitis: propterea, quòd neque uulgaria quæſita
ad primum illud inſtrumentum iudicandi redigere ualeat. Sibi ipſi eum conſtare oportet, qui
ſcientię capax eſſe uelit, atque in multis ſingularibus, quę ipſam inuentam eſſe teſtari poſſint, ut
antea dictum fuit, ſeſe exerceat: huiuſmodi ſunt autem ea, quę in arithmetica linearumque ſcien
tia habentur, quibus ueluti fundamentis aſtronomia, & ars architecturæ nituntur.

Declaratio veræ methodi per exēpla mathematica, ac aduerſus eos, q̄ ab ea deficiebant. CAP. 5.

AGe.n. ut declarādi cauſa ex architectura exēplū aliq̄d promā. cū urbs cōditur ipſā habitatu
ros, ꝓpoſitum ſit nō p cōiecturas, ſed exacte quotidie ſcire uelle quātum diei temporis iam
elapſum ſit, quātumq; uſq; ad ſolis occaſum ſuperſit: id problema ſanè in reſolutoria methodo
ad princeps illud iudicatorium redigi opus eſt, ſi q̄s ipſum, quo dixi, mō in gnomonica tractatio
ne inuenire debeat, rurſumq; ex illo per eandem uiam, ſed contrario modo proficiendo cōpo-

nere:

Anere: quemadmodũ & hoc in eadẽ tractatione didicimus. Porrò in hũc modum cõi, generaliq́;
via comperta, nobis cognoſcẽtibus ex huiuſmodi lineis tpis partiũ dimẽſionẽ fieri neceſsũ eſ-
ſe, ad corpora deĩde trãſire cõuenit, linearũ deſcriptionẽ, vocatũq́; gnomonẽ ſuſceptura, ac pri
mũ veſtigare, q̃ corporũ figuræ ad inuẽtã deſcriptionẽ idoneę ſint: deinde ĩ illis ſingulis, qualis
nã hæc deſcriptio fieri poſſit, ex reſolutione, cõpõneq́; inuenire. Ac poſtea, q̃ rõnalis methodus
euidẽtẽ nobis ꝓpoſitorũ inuentionis cõfirmationẽ ꝓſtiterit, mox ad ea exequẽda, q̃ ꝑ ipsã in-
uẽta ſunt, accedẽtes, iterũ cõſiderabimus, quo modo depingẽdi corporis ſuperficiẽ planã æqua-
biléq́; reddemus: hoc deinde ꝑ reſolutionẽ, & cõpoſitionẽ adinuẽto, aliq̃d hmõi corpus fabrica
ri ꝑ inſtrumẽta, ipſum lineis deſignare tẽtabimus: iterũq́; ex reſolutione ac cõpoſitione eo cõ-
pto, eiuſdẽ ſpeciei corpora, qualia nos methodus edocuit, cõſtruere enitemur: Cumq́; poſtea in
multis deinceps figuris delineatio facta, hoĩbusq́; vt re experiantur, diuulgata fuerit, iã id, qd̃ à
prĩcipio ꝓpoſitũ fuerat, factũ eſt. Qñ. n. prima linea primũ ſolis radiũ excipit, itidẽ & poſtremũ
vltima, atq; hoc in oĩbus ſolaribus horologijs depictis apparet, iã ꝓfectò vnũ quoddã euidẽs in
diciũ, q̃ res ꝓpoſita inuẽta ſit, habebimus: itẽ verũ alterũ, cum oĩa delineata corpora inter ſe cõ-
cordãt, nec nõ, & tertium inueniemus, cũ æqualis aquæ fluxus ipſis rñdet. Hoc etenim depicto-
B rum horologiorum veritatis iudicatoriũ futurũ rõ adinuenit: qd̃ dico ãt hmõi eſt. Vaſculum ex
quauis materia cõflatum ꝑforato, primumq́; ſolis radium intuitus, aquę mũdæ imponito, deĩde
tibi cum pictum horologium primã horã ꝑteriiſſe nunciauerit, tu, quãta vaſculi portio aqua im-
pleta fuerit, adnotato, eaq́; effuſa iterum vaſculum eidẽ aquæ ſtatim imponito, & cum ſecundã
horã ſolare horologium ſignificauerit, vaſculum aſpicito: poſtea, cũ aquã in ipſo ad eãdẽ partẽ
ꝓueniſſe, ad quã & prima hora ꝓuenit, ĩueneris, adnotato celeriter, & exhauſtum vaſculũ iterũ
in eãdẽ aquã immittito, ac rursũ obſeruato, nũ, quoad tertiã horã horologiũ indicauerit, ad eun-
dẽ vaſculi locũ aqua ꝓueniat, ad quẽ prima, aut ſcd̃a hora ꝓuenerat: qd̃ ita factũ eſſe inueniens,
exhaurito vaſculũ, & iterũ ad quartã uſq; horã ĩ aquã demittito, itéq́; ad eãdẽ vaſis partẽ aquã
aſcendiſſe cõſpicatus, ipsã ſtatim effundito, denuoq; in aquã demiſſo vaſculo, q̃ntã ſimiliter ho
rã explorato, cũq́; & ĩ hac ad eundẽ locũ aquã ꝓueniſſe cõpereris, deinde ĩ ſexta & reliq̃s deinceps vſq; ad duodecimã, & prorſum ita fieri cognoueris, recte depictũ eſſe horologiũ tibi ꝑſuaſe
ris, qñquidẽ ꝓpoſitũ demonſtrauit; ꝓpoſitũ erat ãt in duodecim æquas portiones totius diei tps
eſſe diſtributũ. Porrò numerũ hunc tanq̃ oĩum vtiliſſimũ delegerũt, dimidiũ. n. cõtinet, & duplũ.
& quartũ, & ſextũ, & duodecimũ, q̃ nullus alius poſt ipsũ numerus vſq; ad vigeſimũ quartũ cõti-
Cnere vr̃. Hũc ſanè tãq̃ † exiguũ repudiarũt, & duodenariũ numerũ veluti cõmoderatũ iudicãtes †A. longum.
in tot particulas totius diei tps diuiſerũt. Hãc ãt partitionẽ ex vſu eſſe alij multi, & Romani ipſi
experientia cõprobãtes, atq; vtentes oſtẽdũt: ſi quidẽ hæreditatẽ oẽm, cũ teſtamentũ cõdunt, in
duodecim portiones diſtribuũt: & ponderũ ac menſurarum, quibus in vita opus eſt, plurimas in
duodecim partes diuidũt. Tu verò, ſi iubeas, tibi ꝑ methodũ horologiũ depinxero, ac deinde, ſi
ue in duodecim partes, ſiue in aliũ quẽpiã ſequentẽ numerũ integrũ diem partiri volueris, in il-
lo ꝓfecto id, qd̃ ꝓpoſueras, itidẽ factũ eſſe cõperies. qñ & ꝑforatorũ vaſculorũ mẽſuræ rñdeat,
& oĩno inter ſe depicta horologia cõſentiãt, eo, q̃ vltimæ in ipſis lineæ diei fines concludãt. Ad
hũc ſanè modũ & vaſculi, qd̃ græci clepſydrã vocãt, fabricã rõ methodo reſolutoria veſtigãs in
uenit, cuius iterũ experimẽtũ vel plebeis hoĩbus euidẽs eſt. Sũma. n. eiꝰ linea duodecimã horam
ſignificãs, excelſiſſimũ locũ habet, qua parte clepſydra longiſſimũ diẽ dimetiẽ: breuiſſimũ verò,
vbi linea breuiſſima eſt: inter vtrãq; media eſt æquinoctialẽ diẽ q̃ declarat: ac deinceps quartã
ꝑtrãſiẽs, ꝓinde oẽs anni dies metieris: qd̃ in medio intereſt vſq; ad æquinoctialia foramina in
clepſydræ labro, tibi ꝑdictos quatuor dies ſignificabit: à quibus foraminibus poſt id, qd̃ lõgiſſi-
mũ diẽ ſignificat, inuenire ſcilicet incipiã, vſq; ad quã partẽ altioris in clepſydra lineę hora duo
D decima trãſacta, aqua perueniat: poſt illa ũerò itẽ tertia à duodecima cõuerſione dies tibi decla
rabit, deĩceps & quartã ꝓcurrẽs eodẽ modo oẽs anni dies vnã illã in clepſydra lineã, quã celſiſ
ſimã eſſe dixi, dimetientẽ reperies: quinetiã & alias lineas, q̃cunq; excelſiſſima inferiores ſunt
alias horas metiẽtes ĩuenies, quartã q̃dẽ à duodecima: oĩbus anni dieb⁹ vndecimã horã ſignãt,
ſm eius differẽtes partes, vt de ſuprema antedictũ ẽ, ſequẽtem ãt quintã, aut ſextã horam ſm di-
uerſas partes ſignificãtẽ, atq; itẽ ſequẽtẽ ſeptimã, octauã, aut nonã, ac reliquas vſq; ad imã lineã
horã primã te ĩueniſſe ĩ ſolarib⁹ horologijs clepſydra iã aquę plena tibi patefit: quẽadmodũ &
quarta, & reliq̃ vſq; ad duodecimã ĩter ſe q̃dẽ æquales ſingulis q̃buſq; dieb⁹ apparẽt, ad alias
ãt aut ꝑteritas, aut futuras relatæ inęquales: deinde methodũ hanc inueniens non cupiuiſti, heus
tu, q̃d ſit cognoſcere? nõne tuã inanẽ ſciẽtiæ ꝑſuaſionẽ ꝓcepiſti, qui, propoſita hæc cũ neſcias,
nõ ꝑ anni ſpatiũ, aut, rectius vt dixerim, nõ in omni vita inuenire valeas? Neq;. n. hæc vnius ho-
minis vita adinuenit, ſed paulatim linearũ ſciẽtia ꝓuecta eſt: primo quidẽ elemẽtaribus in ipſa
ſpeculamẽtis ab aliquo veſtigatis: poſtea, cũ hęc inuẽta ſunt, poſteris hoĩbus deĩceps cõtẽplatio
nẽ illã ſummopere admirabilẽ, quã reſolutoriã nominari dixi ad illa adijcientibus, ſeſeq́; in ipſa
& alios, qui voluerint, q̃ diutiſſime exercentibus: neq; tamẽ aliquod huiuſmodi manuariũ opus,
qualia hactenus de ſolaribus horologijs, atque clepſydris declarauimus, oſtẽdere potuerunt. At
neque temerarii erãt neque arrogantes, qui huiuſcemodi res indagabãt, quales iſti, qui ſapien-
tiã ſe quęrere, aut inueniſſe gloriantur: illi autẽ ueriſſimo ſeſe honore decorãtes, facultatũ, quam

in anima optimam habebant, exercere, & ad finẽ perducere cupiebãt, rationabilẽ ſcilicet dico, E
qua exercitata, & bonũ habitũ ſibi congruẽtẽ adepta, longe maiores voluptates, q̃ illi, qui cor-
poris uoluptatibus obſtricti ſunt, accipiũt. Nulla etenim alia facultate ab hircis, uermibus, porcis
pecudibus, atq; aſinis diſtamus: neq; ulla alia cõtẽplatio ingenui uiri animũ vehementius, q̃ hæc
reſolutoria facultas, oblectat, cũ p̃ſertim ĩ ipſa quiſpiã magnos progreſſus fecerit: inter initia ve-
rò, quẽ admodũ & alię ferè oẽs diſcipline, laborioſa ẽ. Quòd ſi nihil ẽt delectationis afferret, cũ
tñ in rebus maximis nobis vſui futura ſit, in ipſa exerceri optimũ fuerit: cũ illud p̃cipuum (vt mo-
do diximus) habeat, vt, quantã voluptatẽ afferat, res per ipſam inuentæ declarent: qđ in his, q̃
à philoſophia indagata ſunt, neutiquam repertũ eſt. Quocirca eis, qui in ipſa temere nugant̃, im
pudẽtes eſſe licet: neq; n. vt qui horologiũ, clepſydrãve haud recte deſignauerit, à re ipſa euiden-
ter coarguit̃, ſic & philoſophiæ p̃cepta euidẽti argumento refutantur, verũ, vt quis voluerit, ei
dicere licet, cũ ſemel impudẽs abſq; rationali methodo ab ipſis reb⁹ ſeſe edoceri affirmat. Quòd
ſi eos ſolos res vocẽ adeptæ allocutæ forẽt, haud ab re ſeſe iactarent, ac gloriarent̃: at, cum res ſi-
leãt, neq; nos, neq; illos alloquant̃, iã ſatis patet, ſolã, q̃ in nobis eſt, rationabilẽ facultatẽ rerũ na
turã exploratũ ire. Res igitur inuenire potens, id prius in rebus euidenter hoc teſtãtibus demon
ſtrato, & methodũ nobis dicito, cui omne problema reſolutione ſubijciatur, ac verarũ, falſarũq; F
rationum ſimilitudines prius diſtinguens oſtẽdito, vbi vitiũ deprehẽdere liceat, in rebus ãt ob-
ſcuris nõ amplius fide dignus fuerit. Oĩa hæc homines recte dicta eſſe conſentiunt, p̃ter iſtos te-
merarios, & falſa doctrinę perſuaſione inflatos, quibus ad veritatẽ, via neq; lõga admodũ eſt, ne
que eiuſmodi, qualẽ Heſiodus ad uirtutẽ eſſe cecinit, ſed breuis ac plana, aut potius nulla eſt. Nẽ
pe, ſi res ipſæ naturã ſuã oẽs homines edocẽt, nõ opus eſt in rationalibus methodis ſeſe exercẽ-
tes fruſtra operã, & oleũ perdere. Nõne igitur ò maxime cunctos ſapientia excellere vobis ipſi
perſuadentes, hoc ſaltẽ nobis alijs, q̃ nõdum ſapientiã veſtram aſſecuti ſumus, eſſe perſpicuum
cõceſſeritis, oẽs homines oportere omniũ rerum veritatem cognoſcere, quando quidem ipſorũ
natura ſe ipſam patefacere abunde valet? Tergiuerſantur iterũ, cum ita fuerint interrogati: non
oẽsq; aiunt à rebus edoceri. Qui nã igitur ſint iſti, quos res ipſę edoceant, nobis iterũ percontã
tibus, ſe ipſos ſolos aiunt: quid. n. aliud reſpõdere queant, iactantiã ſcilicet, quam initio profeſſi
ſunt, tueri conſtituentes? At profectò nos iſtis de ſe, quicquid velint pronunciantibus nequa q̃
credimus: cur. n. proh dij immortales, ſolis his res ipſę naturam propriã declarauerint? Num id
circo, quia nihil ex primis diſciplinis percep erunt? Sed hoc merum mẽdaciũ eſt: alij etenim ple-
riq; ne illas quidẽ ulla ex parte delibarunt. Quòd ſi rationabilem aĩæ vim in diſciplinis exercuiſ G
ſent, effectus id eos poſſe facere teſtaretur: at q̃ nõdum eiuſmodi contẽplationem attigerũt. Di-
cẽt ãt forſan ſolos ſe perſpicaces à natura creatos, atq; res congruenter cernere, quemadmodũ
Lynceus ſubterranea intuebatur. Quid igit̃, ſi adeo acri, admirabiliq; ingenio ſunt, in id gen⁹ ꝑ
poſitis excutiendis, quorũ inuentio veridicos eſſe inuẽtores manifeſtat, planè ridiculi cõſpiciun
tur? Nullum. n. eorum quiſquã ipſorũ vnq̃ inuenire potuit: quin & eorũ inuentoribus declaran
tibus, ac edocẽtibus, alij ſane diſcũt, iſti verò ſoli, & ĩexercitati, & ĩgenio tardi p̃cipere nequeũt:
deinde me prouocãt, atq; aliquis ex ipſis forte intellexit, nõ tñ, quod dixi, recitare valet. Quę nã
itaq; cæcitas in proprijs dignoſcendis vitijs hac iſtorũ ignoratione maior eſt, q̃ vulgaribus hoĩ-
bus ſeſe rudiores cũ videant, ad ea p̃cipienda, memoriæq; mandanda, q̃ ab arithmetica, geome
tria, architectonica, aſtronomiaq; reperta ſunt, poſtea philoſophię locos adeo facile exploratos
ſeſe habere cenſeãt, ut res ipſas ſeſe oſtẽdere abſq; demõſtratione, rationaliq; methodo cõtẽde
re audeãt? Porrò, q̃ ſpõte inter ſe adulentur, neq; veritati inueniendæ operã nauent, ex eo ſcire
licet, q̃ de re aliqua ſinguli inter ſuos tãtũ diſcipulos diſſerunt, oẽsq; alios tanquã aberrantes ca
lumniantur, atq; uituperant. Ego verò, ſi in unum eos locum cogere velim, id nõ ferunt, ſed ſta-
tim verecundiam p̃texunt, neq; ſe coram hominum multitudine ſermonem facere poſſe confir H
mant: nihilominus ſingulis diebus ipſorum alius uiginti auditores habet, alius triginta, & nõ nũ
quã plures, neq; inter illos dicere erubeſcunt. Verum ego, ſi tres, aut quatuor eorum collegio in
tereſſe voluerim, exẽpli cauſa Platonicos quatuor, tres aut quatuor Epicureos, totidem numero
alios Stoicos, & Peripateticos, ad hos, tres Academicos, aut vocatos Scepticos, hoc ẽ, cõſiderati
uos, vt oẽs ex philoſophia viri vicenariũ numerũ expleãt, p̃terea vltra enumeratos, ſi totidẽ ad
ſint, q̃ rõnalẽ potẽtiã in mathematicis exercuerint, ſed philoſophicos ſermones ignorẽt, tũc nul
lus iſtorũ eiuſmodi virorũ cõſpectũ ſuſtineat. Quòd ſi nõnũquã ab hoĩbus nulli ſectæ addictis, in
dicẽdo ãt exercitatis coacti eiuſmodi hoĩum cœtibus intereſſe non recuſent, dũ iſti inter illos al
tercãtur, ſuasq; rõnes cõglomerãt, multoties aliq̃s geometra ſup̃uenit, acceſſerũt & medicorum
nõ nulli, & alij q̃dã dicẽdi ſtudioſi, & mathematicis diſciplinis inſtructi, eas q̃dẽ, vt q̃ſtũ facerẽt,
exercentes; & nulli in philoſohia ſectæ inſeruientes, atque tunc, vt mihi moris erat, ab ijs petij,
vt iſtorum philoſophorum rationes dijudicarent: tum eorum quidam optime controuerſiam
ſedari poſſe, inquit, ſi in id, quod mundum continere iſti aiunt, vacuum profecti experiantur,
nunquid in eo poſitum corpus vna in ſede manere, an & ad alium quoque locum transferri ap-
tum ſit. Aliis quidem omnibus hæc dicta placuere, ſoli ipſi inter ſe nobiſcum q̃ rixari non de-
ſtiterunt, probabiles rationes à neceſſarijs diſtinguere nequeuntes. Poteſt enim corpus in ua-
cuo vno loco manere, poteſt & non manere, neutra ſecta neceſſariam oſtenſionem habente.

In

In eos, qui temere, & inconsiderate, nullaq; adhibita methodo aliquid pronunciant. CAP. 6.

A SEd iã mihi tempus aduenisse vr̃, ut & ego aliquid in medium afferam, parũ sanè sperans ab istis suam inanem scĩæ persuasionem relictum iri: neq; tñ id ipsum exiguum esse duxi, ipsam videlicet non intentatã relinquere. Id igit̃ ab oĩbus concedit̃, oẽm demonstrationem ab euidẽtissimis inchoari, sed ilico primus ab ipsis ad ignota trãsitus ab Academicis, & consideratiuis appellatis philosophis non concedit̃: inter nos vero id conuenit, ꝙ aliud inuenimus, qđ illorũ ambiguitatem auget. Cum.n. ex euidentibus aliqua intelligentiæ, aliqua sensui euidẽtia sint, inter se nõnunquam hæc pugnare vñr, atq; in primis hoc ipsum hoĩe exercitato eget, hæc neutiquã inter se dissidere oñsuro. Scđm ab hoc maximum est, q̃ euidenter clara sunt, a non euidentibus internosse; quidã.n. temere, nõ dũ clare apparentibus, perinde, ac talia sint, assentientes, fallun tur. Sed q̃d mireris, inq̃es, id in rebus intellectui claris temerarijs hoĩbus accidere, id ipsum cernens & in singulorum sensuum actionibus quosdã cõmittere, cũ ex lõgiore. s. interuallo, q̃ uidẽ di req̃rat potentia, aliquem accedentem intuiti, exempli cã, Dionem esse qui accedat, tanq̃ exacte cõspicati affirmãt: atq; iste ꝓpius accedens interdum nõ Dion, sed Theõ esse uisus est. Itaq; si ꝓcul, & prope uisorum imago nõ differret, minime de his, quæ procul aspiciunt̃, inter se dissi-
B dentes, neq; redarguerent unquã, neq; redarguerent̃: tm alia vero est prope uisorũ, alia nõ ꝓpe uisorum actio, vt illis, qui propius intuent̃, notum est, haud iniuria nonnunquã decipiuntur. Hoc igitur ante oĩa memoriæ mandato, anteq̃ ad intellectui manifesta ꝓtranseas: ne & tu incõsiderate qñq; pronuncies, & aliquod visibile procul accedens equum esse. uerbi cã, dicas, quod, propius cum fuerit, Theodorus esse cognoscant̃: aut potius te in oĩ uita ab hmõi tam facili assensu abstineto, quem procidentiã, & temeritatem noĩant. Mihi sane id tñ de me tibi dicere liceat, nullus me unquã ita deceptum esse oñdere poterit. Ab adolescentiæ nanq; tꝑibus ita me semꝑ assuefeci, ut tã in his, quæ sensui, q̃ in his quæ rõni manifesta vñr ab inconsulto & præcipiti assensu cauerem, ad quæ transiens iam tibi iterum ĩ memoriã reuocare, hortariq; decreui, vt nulli falso fidem habeas, ut quotidie ꝓmultos amicorum alicui, quæuis loquenti assentiri uideo: ꝙ si duo, tres, aut quatuor idem dixerint, non renitunt̃: sed, cum uni assensi planè fuerint, idem tribus, aut quatuor dicentibus temere assentiunt̃: neq; illud ꝓpendunt, utrum istos omnes ex una cõi cã uerum dicere, aut contra ex una cõi cã mentiri liceat. Satius igit̃ fuerit hic cunctari, quẽadmodum & ego facere soleo, & si q̃ maxime derisorẽ me, & incredulũ amici mei temere assentientes noĩant. Igitur nõnulli sunt, q̃, cum aliquem peregre aduenisse de quopiã audiuerint,
C statim mihi uenisse hominem renunciant: sed paulo post mẽdacij cõuicti, & à me reprehẽsi, tñ abest, ut in posterum sese cautiores ꝓstent, ut etiam ęgre ferentes, mihi irascant̃, dicant̃q; se non esse mendacij authores, sed cuidam illud dicenti credidisse, eiusq; peccatum esse, non suum, propriã in assentiendo inconsultam temeritatem cõsiderare nolẽtes. Nempe si, ut ego dicere consueui, hoĩem hunc mihi hac de re hoc dixisse, hunc in modum, & ipsi sermonem facerent, haud ꝓfectò mentirent̃. Nunc uerò dum mendacium referenti credentes fallunt̃, nõ illum mõ, uerũ ẽt se ipsos mendaces esse demonstrant: cum amicum peregre in patriã rediisse ipsis non asserere, sed ab alio id se audijsse, dicere liceret. Qñquidem igitur hmõi rebus ipsorũ haud multo post mendacium declarantibus, nõ desistunt tñ propense nimis fidem adhibere, quid in abstrusis, atq; recõditis ipsis accidere putandũ sit, quas ꝓcipere sanè, q̃ difficile est? Facilius quidẽ fuerit unius rei sꝑ meminisse, q̃ in eius exacta cognitione euidẽter persistere: difficillimum ãt iccirco fuerit, qm̃ id ipsum facere pleriq; recusant. Mihi uerò huiusce p̃cipitis audaciæ cãm q̃renti oĩa hæc ipsi agere, ut reliquos ingenio p̃cellere censerentur, uisi sunt. Celeriter.n. quoduis aut sensu, aut intelligentia consequi laudabile est: qđ solum isti hoĩes intuentes sese uicino apprehensionis celeritate meliores, probaturos esse confidunt, cum tñ ignorantiæ potius celeritatẽ ostẽdãt.
D Hæc itaq; a me generatim aduersus omnes temere aliquid pronunciantes inuẽta dicere uolui.

Refelluntur rursus, qui de ignotis rebus apertas se rationes habere existimant, & in his laburtur, quorum clara, & euidens est comprobatio. CAP. 7.

CAeterũ ad istos rursum' philosophos reuertamur, q̃ incõsiderate de corporibus ĩ uacuo stãtibus, aut descendentibus sermocinantur. Architectus nãq; ita non affirmasset prius, q̃ ĩ ipsum vacuũ è mundo egressus rẽ experiẽtia cõprobasset, atq; unumqđq; in uacuo positũ corpꝰ aut eundẽ locum obtinere, aut in alium transmutari apertissime cõspexisset. Eiusmodi nãq; ad oñsiones cõstituẽdas principijs euidẽtibus, ac sine cõtrouersia ab oĩbus cõcessis ipsos uti cognoscimus: at uos de ijs philosophãtes, quorũ nullã certã notitiã hẽtis, ea, quàm clarissime dignosci posse cõtenditis. Proxime duos altercãtes philosophos audiui: alteri.n. eorũ aqua lignis grauior esse uidebat̃: cõtra, alter ligna grauiora esse defendebat: uterq; ãt sursum ac deorsum intuens lõgas rõnes afferebat. Caput, p̃cipuumq; alterius philosophi argm̃ erat, cõstrictã, densãq; subam grauiorẽ esse, quocirca ligna, q̃ aqua, grauiora esse; Alterius rõ potissima fuit, aquæ minus uacui, q̃ lignis inesse, iõ ipsã quoq; grauiorẽ esse debere. Hæc uero dicebãt prolixis sermonibꝰ, nõ demõstratiuis rõnibus snĩam suã roborantes, tanquàm ipsis rem sensui diiudicare (quemadmodum & nos facere nouisti) non liceret. Sed ipsum philosophi adhuc dicere uolentẽ interrogauerunt, quis nã esset modus, per quem euidenter apprehendi posset, utrum ipsorum grauius esset, neq; n. in lancibus id fieri posse dicebant, quemadmodum neq; ex uase pleno: etenim expẽ

dere

dere lignũ poſſumus, non tũ uas aliquod ipſo replere, quod rurſum aqua implere ualemus. Hæc igitur iſtis (vt ſoliti ſunt) garrientibus ridens architectus inquit, Nimirũ vos oẽs ſapientes videri volentes eiuſmodi ſemper eſtis, q̃ extra mundũ ſunt, de quibus coniectura notitiã accipere ſolũ contingit, ſcientifice aũt cõprehendi nequeunt, cognoſcere uobis p̃ſuadentes, hæc aũt, quæ ad manũ ſunt vel imperitis hoĩbus interdum patentia, penitus ignorãtes, quemadmodũ & id ipſum in præſentia ꝓpoſitum, aquæ. ſ. ac ligni ponderis exquiſitio. Omnibus igit̃, q̃ ibi aderãt, architectũ rogantibus, ut quo pacto ligni, & aquæ grauitas inter ſe cõparari, diiudicariq́; firma, ac certa ſcĩa poſſet, edoceret, ipſe quidẽ breui, & aperte, ut oẽs q̃ aderant p̃ter ſolos philoſophos, intelligerẽt, explanauit: ab illis uero bis, & ter eundẽ ſermonẽ repetere coactus eſt, uixq́; tandẽ ſic rem apprehendere potuerunt. Quocirca iure, inquit architectus, p̃multi nihil iſtis p̃ter inanem ſcĩæ perſuaſionẽ ineſſe p̃dicãt: ſtulti nãque, & ingenio hebetes in rebus oĩbus obſcuris, & reconditis cõuincuntur: at iſti vano ſapientiæ noĩe p̃diti, in notis & apertiſſimis hærent, atq; hallucinãtur. Tunc ego hęc eius ſermoni ſubijciẽs, haud iniuria ab ipſis accidere dixi, q̃nquidem, ut a per ſe notis ad ignota trãſeundum ſit, nunq̃ diſcere, laborarũt, neq; in illis ſeſe rebus exercere, q̃ recte inuenientiũ ueritatẽ cõprobare, nõ inuenientiũ aũt errorẽ coarguere queãt. Cæterum, ut rideatis, inquit, iſtorumq́; faſtus, quãtus ſit, cognoſcatis, unũ aut duo ex ijs, q̃ hmõi hoĩes ſupercilia cõtrahentes incõſiderate ꝓferunt, recitare decreui, primumq́; illud p̃cipue dixero. Poſtea quã Peripateticus quidã philoſophus acceſſit, unicum eſſe mundum aſſerens, eumq́; plenum, extra quẽ nullum eſſet uacuum, quemadmodum neq; intus: duplici dr̃ia, dixi, ab hoc philoſopho uterq́; iſtorũ diſcrepat, oſtendi aũt Stoicum philoſophum, & Epicureum: Stoicus. n. in mundo q̃dem nihil uacui, ſed extra mundum uacuum eſſe locum aſſerebat: ambo hæc Epicureus cõcedẽs, in alio quodã ab ipſo diſſentiebat: neq;. n. unum eſſe mundum, quemadmodum Stoicus, in hoc ſanè Peripateticis aſſentiens, opinat̃, ſed, quemadmodũ uacuum magnitudine infinitũ, & ita mundos ĩ ipſo multitudine infinitos eſſe cõtendit. Ego uero, q̃ iſti tres ſuis sõnijs patrocinari uolentes dicerẽt, audiui, ipſosq́; nulla rõne oſtẽſoria, ſed ꝓbabili & cõiectrice muniri exactiſſime cognoui: interdũ uerò neq; ſeſe, q̃ mentiãtur, aĩaduertere, cũ eos ſingulos, ut in hoc idem ꝓpoſitum aliquã demõſtrationẽ afferrẽt, ꝓuocaremus. Hoc mõ itaq; ea, q̃ in libris ipſorũ ſcripta eſſe nouimus, diſſerebãt: oĩbus ãt p̃ntibus clariſſime nullus ipſorũ rõnem neceſſariã, aut linearũ demõſtroni cõſimilẽ, ſed ex argumentatiunculis, q̃bus rhetores uti ſolent, cõpoſitã afferre uiſus eſt. Sed hactenus de diuitibus ſermo habitus eſt. Ad nos igit̃ ipſos, q̃cunq; diuites nõ ſumus, reuertamur, iterumq́; aliquem ex ſapientibus percunctemur, num æquum ſit ſeipſos ſolos ueritatem cognoſcentes p̃dicare, ab oĩbus alijs tum imperitis, tum philoſophis cognitã. Illud namq; grauiſſimum eſt (dicebã) ſingulos videlicet philoſophos extra propriũ gregem a nullo alio laudari. Quem igitur alium decet omnes philoſophos iudicem, quam ipſa ſenſibus euidentia expectare, atque ex omnibus rõnalibus artibus arithmeticos, rõcinatores, geometras, aſtronomos, architectos, iuriſcõſultos, rhetores, grãmaticos, muſicos? etenim, qui ſe ipſum iudicat, atq; coronat, aliorũ iudicũ ſi expectet ſnĩam, oĩbus ſuffragijs condemnabitur. Hæc in præſentia de peccatis abunde dicta ſunto.

GALENI DE CONSVETVDINIBVS LIBER

ab Auguſtino Gadaldino è Græco, ad verbum ferè latinè expreſſus.

ARGVMENTVM LIBRI

Conſuetudinum uires, & cauſæ explicantur.

Improbatur eorum opinio, qui ſcopum à conſuetudine ſumptum abrogare conabantur: probatur q̃, quantum conſuetudo poſsit, addito etiam Hippocratis, & Eraſiſtrati teſtimonio. CAP. 1.

CVm ex curatiuis ſcopis unum, & eum eſſe, qui a conſuetudinibus ſumitur, non optimi ſolum medici, ſed omnes etiã homines cenſeant: nonnulli tamen ex ijs, qui bona oĩa corrumpunt, deijcere eum conãtur: interrogãtes nos, cur læſus quis, verbi gratia, in primo uſu [a]* a bubularum carnium eſu, ac deinde coactus ſingulis diebus per totum [b]* annum eas comedere, vel nihil amplius lędatur, vel [c]* inſuetis minus: poſtea, quicquid nos dixerimus, verbis illi euertentes, exiſtimant unà cum ipſo, rei quoq; eſſentiã ſuſtuliſſe, non ſecus ac, ſi quis, vbi omnibus opinionibus de modo, quo videmus, contradixerit, minime etiã videre nos concedat. Quod igitur maxima portio ad remediorum inuentionem ſit ea quæ à conſuetudinibus capitur, euidẽter appareat: ob idq; ẽt Hippocrates in Aphoriſmis ſcripſit. [d] ‖ Aſſueti ſolitos labores ferre, quamuis imbecilles ſint, vel ſenes, inſuetis fortibus, & iuuenibus facilius ferunt: Fuſiusq́ue

A βοείων, de carnibus autẽ bubulis ſemper loquitur. uide cap. 2.*
B Al. menſẽ.*
C Aliquã ante. uide infra c. 2. non longe a prin cipio.*
D 2. apho. 49. Ext. ord. 19.

A ¶Fuſusq; etiam in libro De diæta acutorum expoſuit, tum læſiones, quæ ex inſolita fiunt diæta, † tum utilitates, q̃ ex ſolita. Eraſiſtratus itẽ in ſecundo De paralyſi libro, de oĩbus cõſuetudinibus eo, quo Hippocrates, mõ, ſentire vr̃. Ac p̃ter hos, antiquorũ medicorũ nullus eſt, q̃ cãm confeſſam, indubitatam q̃; tum horum, tum aliorum dixiſſe nõ uideatur. Nã q̃ ꝓbabilem cãm exiſtimãt inueniſſe, † in una ſanè materia, alij aliã inuenere, nonnulli q̃dẽ in cibarijs ſolis, nonnulli vero in exercitationibus, vel uitæ inſtitutis: in oĩbus autem materijs nullus. Enimuero de frigidæ quoq; exhibitione, quã in acute ægrotãtibus ſæpe numero facimus, nonnulli nobis aduerſantur ꝓhibẽtes ipſam dari febriẽtibus, ac iubẽtes nos illis indicationibus eſſe cõtentos, q̃ ab alijs ſcopis ſumuntur, quas & à locis affectis, & ab eorũ affectione, ætate q̃; & regione, & anni tp̃e, & ab ipſius laborãtis tp̃amento, & facultate uſurpare cõſueuimus: ridiculũ eſſe aſſerentes, ſi, dũ phlegmone laborat iecur, vel pulmo, vel uentriculus, vel aliqua alia ex ita p̃cipuis particulis: ei q̃ frigidę potator eſt, frigidũ offerri potũ nullã aliã ob cãm, niſi ob cõſuetudinẽ, ꝓmiſerimus. Aeque .n. hoc eſſe aiunt, ac ſi cõcedatur, aqua frigida lauari eos, q̃ ita aſſueti ſunt, licet febricitent: Quaſi oĩbus quocunq; mõ ęgrotãtibus, oĩa, q̃ ipſis cõſueta ſunt, facere permittamus, nec unà cum alijs oĩbus ſcopis, eum quoq; q̃ àcõſuetudinibus eſt, admittamus. Ariſtoteles igit̃ Mitylenæus, vir in
B ſpeculatione peripatetica primatũ tenens, cũ in morbũ quẽdã incidiſſet, q̃ à frigidæ ſanè potione iuuari poterat, q̃a tñ talẽ potũ nunq̃ ingeſſiſſet, medicis eũ bibere cõſulentibus repugnabat, manifeſto ſe ſcire affirmãs, ſe, frigida guſtata, ſpaſmo correptũ iri: nã & hoc ipſum aſſerebat ſe uidiſſe in alio, q̃ ſibi, & corporis habitu, & tp̃amento erat ſimilis, calidęq; potioni erat aſſuetus. Quòd ſi tali potui, ſicuti nonnulli, aſſueuiſſet, maxime quidẽ nec ipſe illius oblationẽ timuiſſet. tandem tñ medicis eum oĩno cõpellentibus, frigidã potauit. Ac ille quidem ita obijt, vt audiui. Cum aũt me interrogarent, q̃ illi morienti aderant, utrũ, ſicut in alijs, aliqñ quidẽ ꝓ totum morbũ, aliqñ aũt in aliquo tp̃e, frigidã dare auſus ſum, q̃uis cæteri medici eã dare uererent̃: ita quoq; & in illo auſus fuiſſem: & an recte ſuã ipſius naturã vir ille cõiectaſſet: Rñdi, eum ſanè exquiſitè cõiectaſſe: gracilis .n. admodum erat, osq; uẽtriculi frigidiſſimum ab initio hẽbat, ita ut ſingultu ſtatim corriperet̃, ſi qñ vel leuiter refrigeraretur. uerum, ſicuti hic frigidum potum nõ ſuſtinuit tum ꝓ cõſuetudinem, tum ꝓ corporis naturã, licet morbus indicaret: ita alijs ualde audẽs dedi, ſi febris cauſus exquiſitus eſſet, nullumq; uiſcus phlegmone tentari cõſpiceretur, nec ſolũ valde audens dedi, ſed unà ẽt familiaribus laborãtis p̃dicens, niſi frigidã biberit, moriturum oĩno eſſe hoĩem: ſin biberit, multã ſpem ſalutis habiturum, & oẽs (quod cum Deo dictum ſit) ſuperſti
C tes euaſere. Quare, poſtq̃ hoc remedium diuturno experimento cõprobatum eſt, ad cãæ inquiſitionem accedamus, in memoriã prius reuocãtes, tum q̃ Hippocrates in libro De diæta acutorũ, tum q̃ Eraſiſtratus in ſcdo De paralyſi ſcripſit: Ac ſeries quidẽ Hippocratis ita ſe hẽt. ¶At qui facile addiſci põt, ꝙ uitioſa diæta comeſtionis, & poſitionis, ipſa ſibi ipſi ſemꝑ ſimilis, tutiorut plurimum eſt ad ſanitatẽ, q̃, ſi quis repente magnã mutationem facit ad aliud melius: qñquidem, & ijs, qui bis cibũ capiunt in die, & ijs, qui ſemel cibũ capiunt, repentinę mutationes noxas, infirmitatemq; inferunt. Et ij ſanè, qui prandere nõ cõſueuerunt, ſi pranſi fuerint, ſtatim infirmi fiũt, & toto corpore graues, & imbecilli, & tardi: ſi uero ẽt ſupercęnauerint, acidum ructãtes: quibuſdã aũt ẽt ſpatile (hoc eſt humida deiectio) aduenit, qñ p̃ter cõſuetudinẽ onere grauatus eſt uentriculus, ſolitus ſuperficcari, & nõ bis intumeſcere, neque bis* elixare cibaria. Deinceps, cũ interim modum tradidiſſet quo quis horum noxã ſanet, ſermonem rurſus de ijs, qui cõſuetudinem trãſgrediuntur copulãs, ita ſcribit. ¶Adhuc uero magis laborauerit, ſi ter in die cibum capiat ad ſaturitatem: & adhuc ẽt magis, ſi pluries: q̃ q̃ ſanè multi ſunt, qui facile ferũt, ter in die cibum capientes, ad ſatietatem, ſi ſanè ita fuerint aſſueti. Quin, & qui bis cibũ in die capere conſueuerunt, niſi pranſi fuerint, imbecilli, & infirmi fiunt, & ad oẽ opus timidi, & cardialgici: pendere. n. vñr ipſis uiſcera, & mingunt calidum, & uiride, & ſtercus comburitur. ſunt & quibus os amareſcit, & oculi cauãtur, & tp̃a ſaliunt, & extrema refrigeſcunt, & plurimi quidẽ eorũ, qui pranſi non ſunt,
D cęnã comedere non pũt: ſi uero cęnauerint, uentriculum grauãt, ac multo magis ægre cubant, q̃ ſi pranſi fuiſſent. Cum ergo talia ſanis eueniãt ob dimidij diei mutationem diætæ præter cõſuetudinem, neq; addere cõmodum vĩ, neq; detrahere. Si igitur hic, qui p̃ter cõſuetudinẽ ſemel cibum capit, tota die exinanitis uaſis, cęnauerit qtñ ſolebat, veriſimile eſt ipſum (ſi cum imprãſus eſſet, laborauit, & infirmus redditus eſt, cum aũt cęnaſſet, grauis effectus eſt) multo magis grauari. Si uero longiori adhuc tp̃e, exinanitis uaſis, de repente * poſt cęnauerit, magis utiq; grauabitur. Poſt hæc ẽt rurſus Hippocrates (quemadmodum ẽt ſuperius) correctiones quaſdã genitæ leſionis in ijs, qui p̃ter conſuetudinẽ uaſa exinanita habent, ſcribens, deinceps rurſus ita inquit. ¶ Multa uero ẽt alia his germana de uentriculo quis utiq; dicat, ꝙ facile ferũt eſculenta, quibus aſſueti ſunt, & ſi nõ ſint bona natura: ſimiliter ãt & poculenta. Et q̃cunq; ſanè multus carniũ eſus p̃ter cõſuetudinem comeſtus facit, vel allia, vel ſilphium, vel ſuccus ipſius, aut caulis, vel alia quęcunq; huiuſcemodi, magnas uires peculiares habentia, minus utiq; quis mirabitur, ſi talia labores uentriculis, magis q̃ alia, faciant. At ꝛiuſte mirabitur ꝛſi didicerit, quantã maza turbationem, & tumores, & flatum, & torſionem uentriculo inferat præter conſuetudinem comeſta ei, qui panem comedere ſit ſolitus, vel qualem panis grauitatem, & tenſionem uentriculi ei, qui mazam comedere ſit ſolitus: vel ipſe quoq; panis calidus comeſtus qualem ſitim inferat, & repentinam plethoram,

Avide ſtra uerb. oppo. citata.

B † In cod. græco καὶ τὰς ἐν τῆς συνηθους ὠφελίας & omnino debent hæc verba deeſſe.

C † καλὰμιαν ὕλην eſt i græco

Cõm. 2. t. 21. 7. 119. c

* ἐφῶν. uide Gale. ibi in fine cõmenti.

Ibidem. t. 23.

* Quidam cod. habet μέγα δει πνησειεν, i. copioſe cænauerit.

Hæc erãt in antiquis græcis.

phletoram, ꝓpea ꝙ tum exiccatorius, tum tardi gradus ſit: & panes valde puri, & q cõfuſanei E
ſunt, (ſyncomiſtus appellãt) ꝓter conſuetudinem comeſti, q̃ diuerſa inter ſe faciant: & maza ẽt
ſicca ꝓter cõſuetudinẽ, aut humida, aut viſcida: & polentæ quale qd faciant recentes ijs, q non
ſint aſſueti, & aliæ ijs, qui recentibus ſint aſſueti: & uini potus, & aquæ potus ꝓter cõſuetudinem
in alterum repente permutata: & aquoſum uinum, & meracum præter conſuetudinẽ repẽte po
tatum: illud.n. pladon (.i. humiditatem) in ſuperiori uentre infert, & flatum in inferiori: hoc ãt ue
narum palpitationem, & capitis grauitatẽ, & ſitim, album item uinum, & nigrum ei, qui præter
conſuetudinem permutat, licet ambo uinoſa ſint, multa tñ in corpore alterarint: ut minus mirũ
quis utiq; dixerit, dulce, uinoſumq; uinum nõ idẽ poſſe, repente permutata. Ex Hippocrate qui-
dem ſatis ſint, q̃ hucuſq; ſcripta ſunt exempla de cõſuetudinũ facultate; Eraſiſtratus ãt in ſcdo
de paralyſi in hunc modũ ſcripſit. Oportet ãt uer, qui ex rõne curaturus eſt, multã admodũ cõſi-
derationem de conſuetudine, & inſuetudine faciat: dico ſanè hoc mõ. Qui aſſueti ſunt laboribus
ẽt ſi multum laborauerint, non laſſant: qui uerò inſueti ſunt, ẽt ſi parum laborauerint, ſublaſſan-
tur. Eduliaq; conſueta, licet concoctu difficilia ſint, nonnulli facilius cõcoquunt, q̃ inſueta, licet
faciliora ſint cõcoctu. Excretioneſq; cõſuetas, licet eæ incõmodæ ſint, quia tñ in cõſuetudinem
uenerunt, requirit corpus, atq; his priuatũ, in morbos incidit. Quale euenit & circa hæmorrhoi- F
dum fluores, & purgationes, quas nõnulli ſibi ipſis cõſuetas faciunt. Quale ẽt & ijs, quibus ulce-
ra per tꝑs erumpunt, ichoremq; fudunt. Quale item ijs, quibus per quædã tꝑa choleræ fiũt. Oẽs
.n. tales excretiones, licet incõmodæ ſint, requirit corpus, & ubi ipſæ conſuetis tꝑibus nõ fiãt in
affectus nõ exiguos incidunt ij, quibus talia erant cõſueta. Conſpiciuntur ẽt & talia quædã eueni
re per cõſuetudines in uerſibus iãbicis, quos ſciamus: ſiquis. n. nos iuſſerit ex medio uerſu duos,
uel tres uerſus recitare, noſq; huic rei inſueti ſumus, id haud prompte facere poſſumus: per con-
tinuatã ãt numerationem, ubi ad eoſdem uerſus peruenerimus, ex parato, facileq; recitamus: aſ
ſueſcentes ãt, tandem ẽt id prõpte facimus, quod prius difficulter præſtabamus. Accidit ẽt & ta
le quippiã. Nã qui ad diſcendũ ſunt inſueti, tardi & pauca diſcunt: qui aũt ſunt aſſueti, multo plu
ra diſcunt, faciliuſq;. Simile ẽt & circa inquiſitiones euenit. qui. n. prorſus inſueti ſunt ĩquirere,
in primis motionibus cogitatione occæcantur, obtenebranturq; ac ſtatim ab inquirendo deſi-
ſtunt, cogitatione nimirum fatigati, ac perimpotentes redditi: non ſecus, ac illi, qui cum curſui
ſint inſueti, ad currendum tñ accedunt. Qui uerò inquirere eſt aſſuetus, cogitatione per totũ pe-
netrans, inquirenſq; ac eã multos in locos transferens, ab inquiſitione nõ deſiſtit, ne dũ in una
die, ſed neq; in tota uita ab inquirendo quieſcens: ac ad alias notiones à re, quæ inquiritur non G
alienas, cogitationem transferens, progreditur quouſq; ad rẽ propoſitã perueniat. Ita ſanè vñr
hucuſq; ea, quæ in conſuetudine ſunt, pollere in oĩbus nr̃is affectibus, tã animalibus, q̃ corpora
libus. Ac de his quidem in pñti ſit dictum. In uniuerſalibus ãt ſermonibus de medicina habitis,
copioſius enumerata ſunt, quæ certe neceſſariam conſiderationem ab eo expoſtulant, qui no-
lit in multis, quæ ad medicinam ſpectant, claudicare. Hęc quidem celeberrimi medicorum Hip
pocrates, & Eraſiſtratus dixerunt de facultate conſuetudinum, non rationi inuẽtionem eorum
attribuentes, ſed ex ijs, quæ manifeſte apparent, edocti: quemadmodum profecto, & alij homi-
nes, quicunque non ſuum, aut aſinorũ more uiuunt, ſed mente aſſequuntur à quibus rebus ipſi,
uel iuuantur, uel læduntur. Licet enim ipſos quotidie audire dicentes, huic edulio, & huic potui
aſſuetos eſſe: ideoq; non poſſe ipſa relinquere, propterea ꝙ in mutationibus læduntur. Eo-
dem quoque modo, & de uitæ inſtitutis dicunt, uerbi gratia, lotione, illotione, equitatione, ue-
natione, curſu, lucta, uigilijs, inſolatione, refrigeratione, & quæcunque ſunt eiuſmodi.

Cauſa cur multum poſſit conſuetudo in ijs, quæ comeduntur, & bibuntur, vbi pulcherrima de concoctio ne ciborum, & de familiaritate corporis nutriendi cum nutriente traduntur. CAP. 2.

IGitur, & nos quoq; eos aſpernati, qui uel nihil, uel parum exiſtimant ad curationẽ conferre H
ſcopum, qui à conſuetudinibus ſumitur, conſideremus quænam ſit cã, cur multum poſſit con-
ſuetudo: & an una quædam ſit ʒ in omnibus, ʒ an ſm unamquamq; materiam alia ʒ atq; alia. ʒ dico
autem materiã, ex qua conſtitit conſuetudo, uerbi gratia (ut dixi) cibaria, uel potiones, uel exer-
citationes, uel aliud quippiã tale. Etenim initium ab ijs, quæ comedũtur, & bibuntur, faciemus.
Cur igitur qui bubularum carnium eſu aſſuete utuntur, aliqui quidem nullo mõ lædũtur, aliqui
ãt minus, q̃ ante? Aut ꝓp quid ſm naturam aliqui à principio (ut ipſe Eraſiſtratus ſcripſit) faci-
lius bubulas carnes concoquunt, q̃ ſaxatiles piſces? Sed huius quidem cã dicta eſt in tractatio-
ne de * Naturalibus facultatibus: dicetur tñ & hoc in libro paulo inferius, in ſermonis cõitate.
Nunc autem ab ijs, quæ ꝓp conſuetudinem, melius concoquunt quodcunque ex cibarijs, initiũ
doctrinæ faciam, cõem hypotheſim ſumens, tum ad alia omnia, tum ad ea, quæ naturaliter qui-
buſdam familiaria ſunt, & non familiaria. Ac dictum quidem eſt fuſius de his omnibus in tracta
tione de * Naturalibus facultatibus: de ij ſdẽ tñ & nunc ſermonẽ habebimus, concoctionis notio
ne prius ob oculos poſita: quẽadmodum. n. piſtores panem coquere dñt, non qñ triticũ cribra-
uerint, aut molentes in minimas particulas contriuerint; ſed qñ, his peractis, & affuſa aqua, fer
mentoq; admixto, pinſerint: ʒ & panes effecerint ʒ ac deinceps aliquo fouẽte cõtectos ſiuerint,
donec (ut ipſi uocant) fermẽtati fuerint, ac poſtea in clibano uel furno aſſauerint; Ita & ijs, q̃ in
uentrẽ deglutita ſunt, non poſtq̃ in ipſo contrita ac ſoluta fuerint, concocta eſſe dicimus: ſed qñ

(ueluti

* ϙυτικῶν eſt in græco cod. ſed arbitror legendum τροφῶν. i. Alimẽtorum. Nam non in libris de facultatibus Naturalibus hoc tradit, ꝙ ſciã, ſed in primo de Alim. facult. c. 1. & ita etiã paulo inferius.

A (veluti frumenta, quæ coquuntur) mutationem ſm qualitates adepta fuerint. Quemadmodum autem in pane frumentũ quod coquitur, in qualitatem nobis ueſcentibus familiarẽ redigi oportet. ita & in uentriculo, immo adhuc ẽt magis, in familiariorẽ: nomino aũt οἰκειοτέραν, i. familiariorem, alteram altera, ſm ſimilitudinem corporis, quod ex ipſa nutriri debet: aliud.n. nutriens, alij corpori nutriendo familiare eſt: ideoq; animantes ad familiaria nutrimenta à nullo docte, ſed à natura impulſę, accedunt: iumenta quidem ad herbas, paleam, fœnum, & hordeum; leones aũt ad carnes, ſicuti ẽt pardales, & lupi. Quemadmodum igitur in aĩalibus ſm genus non parua dria familiarium unicuiq; nutrimẽtorum eſt: ſic ẽt & ſm ſpeciem in generibus inueniuntur driæ magnæ, cum alij ne guſtare quidem unum poſſint, alij aũt quamplurimum ẽt innoxie bibant, & alij quidem, (vt dictum eſt) boum, & hircorum, & arietum carnes cum delectatione comedãt, innoxieq; concoquãt, alij nec odorem ipſorum ſuſtineãt, nec eſum: ſiq́ue per alterius eſcæ penuriam (vt in fame fit) eiuſmodi carnes ingerere cogãtur, concoquere ipſas nequeunt citra nocumentum, ac appetitum ex oblatione ſubuertunt, grauanturq; de repente: ſiq́ue ructus aliquis ipſis ſuperueniat, nec ipſum quoq; innoxie tolerant. Qm̃ aũt hæc ita ſe habere conſpiciuntur, primũ quidem illius meminiſſe oportet, homines aſſumere, quæ ſuauiora ſunt, alios alia ſm naturæ fa-
B miliaritatem, accedereq́; ad talium eſum libentius, tãquã ea ſibi ipſi concoctu faciliora uiſa ſint eſſe: auerſari aũt, & fugere quæ in ſuauia ſunt, concoctuq́; difficilia: Ita ut cõſuetudo ſignum ſit familiaritatis naturalis. Quòd aũt & ut cauſa ſæpe numero fiat, conſtat ex ijs, qui in principio quidem inſuauitate vel nocumẽto à quibuſdam ingeſtis afficiuntur: ſi aũt ipſi paulatim aſſueſcere ſuſtinuerint, inſuauitate aut nocumento non amplius afficiuntur. Cauſa aũt & huius rei talis eſt. Sicuti vnumquodq́; eorum, quę comeduntur & bibuntur, ſm * aliquam qualitatem alteratur, ita & ipſum quodammodo afficit id, quod alterat. Licet autem huic rei euidens capere argm̃ ex humorum ab unoquoq; cibario genitorum differentia. Nam alia quidem melancholicum gignũt ſanguinem, alia pituitoſum, vel qui pallidam flauamq́; nominatam bilem nõ paucam habeat, ſicuti non nulla purum ſanguinem: Differentiam ergo aliquam particulis, quæ nutriuntur inter ſe neceſſe eſt fieri ſecundum nutrientis ſanguinis ideam. Euidens autem argumentum aſſimilationis nutrientium ad id quod nutritur, eſt ipſa plantarum, & ſeminum tranſmutatio, eouſq; ſæpenumero facta, ut quæ maxime nocua in alia terra erat, ſi in alia tranſplantata fuerit, non ſolum innocua, ſed etiam utilis fiat. Frequens euim, & horum eſt experientia apud eos, qui & de agricultura, & de plantis commentarios compoſuerunt: quemadmodum & tranſmutationis ſm
C regiones factæ, apud eos, qui de animalium hiſtorijs ſcripſerunt. Qm̃ ergo non ſolum alteratur id quod nutrit ab eo quod nutritur. ſed & ipſum aliquo modo exigua quadam alteratione alterat, neceſſe eſt exiguam hanc alterationem, tractu temporis, notabilem fieri: ita ut ad æqualem vim cum familiaritate naturali ueniat ea, quæ ex diuturnis conſuetudinibus fit. Ac in ijs quidẽ, quæ comeduntur, & bibuntur, inuenta mihi eſſe videtur cauſa facultatis conſuetudinum.

De vi conſuetudinis ex alteratione externa. CAP. 3.

IN ijs autem quę extrinſecus nobis occurrunt, deinceps inſpiciamus. videntur enim, & hæc eãdem ſm genus habere cauſam cum prædictis. Alterationem igitur quandam efficiunt in corpore præcipue quidem earum particularum, quæ in ſuperficie ſunt, iam uero & earum, quę ſunt in profundo. Etenim primum quidem cutis ſtipatur, & contrahitur, & ſtringitur, & denſatur à re frigerantibus: deinde uero, & quæ illi proxima ſunt. Siq́; longiori tpe eandem alterationem patiatur corpus eis etiam, quæ in profundo ſunt, cõicatio fit tranſmutationis. † At per initia ſtatim, per accidens, non primo, mutatio, alteratioque, non minime ijs, quæ in profundo ſita ſunt, ab efficienti cauſa contingit: denſata enim cute, caliditas in profundo corporis colligitur. Sicuti autẽ refrigerans cauſa prædicta alterationes efficit, eadem ẽt ratione contrarias iſtis, calefaciens.
D Etenim natura comparatum eſt, ut à contrarijs contraria fiant, hæc quidem primo, hæc aũt per accidens. In qua ſanè re etiam, potiſſimum falluntur multi, videtes aliqua per accidens ſimiliter effici à contrarijs: ſicuti ſanè rurſus contraria ſæpenumero ab eiſdem cauſis fieri. Enimuero, & in calefacientibus ſimiliter decipi contingit: calida enim cauſa, verbi gratia, Sol, cum alicui corpori diutius inhæſerit, contrariam affectionem ei, quæ à principio fuerat inducta, circa ipſum efficit. In principio enim nos tepefaciens, humida fundit, cutim laxat, ac molliores efficit carnes. Si vero pluribus diebus æſtatis tpe in ipſo quis nudus uerſatus fuerit, ſquallida certe huic duraque fit cutis, ſiccæ item carnes. Sed hoc tm̃ talibus non ſolius diuturnæ caliditatis eſt opus, ſed & ſiccitatis ipſi coniunctæ. Ac ſepenumero ſanè in ratiocinationibus, quæ de cauſis habentur, hoc nos fallit, q cauſa cõplicata deſpecta ſit. oportebat enim nos animaduertere, aliud quidem agere humidam calditatem, aliud aũt ſiccam: quod certe interdum non facimus: ideoq; fallimur, dum familiarem actionẽ utrarumq; non perſpicimus. Si uero quis animum adhibuerit, utramq; ſciet diſcernere. Quemadmodum enim humiditas ſola ſine caliditate, vel frigiditate inſigni, humectat corpus, caliditate calefaciente: ita utrarumq; coitus utraq; facere conſpicitur. Ac in dulcium quidem aquarum lauacris hoc accidit: in ſolaribus aũt æſtibus ſiccans cauſa calefacienti complicatur, talis enim eſt æſtiuus Sol: ita ut æquum ſit, ut, qui nudi diutiſſime in ipſo uerſantur, veluti meſſores & nautæ, dura illis, & ſicca fiat cutis, qualis eſt animaliũ, quę in latibulis degunt. Sicuti igitur naturales corporum, & totius ſubſtantię proprietates, diuerſitatesq́; cutis in duritie,

† *Calaber videtur habuiſſe aliã lectionem cũ habeat: Et ſecundum principia, vel per ſe conſeſtim, vel ſecundum accidens non primo, &c.*

& mol-

& mollitie, denſitate, & raritate, diuerſis quidē tum cibarijs, tum potibus indigēt, non æque aūt inter ſe mutuo oēs efficiuntur incaleſcentes, & frigeſcentes: eodem modo, quæ ꝑ conſuetudinem fiunt naturalibus ſimiles, idē cum illis habent tum iuuamentū tum nocumentū ex comeſtorum, & bibitorum refrigerātium, & calefacientiū alteratione. Rarum etenim & molle corpus facile patitur, incaleſcens & frigeſcens: denſum aūt & durum tolerat, ſpernitq; oīa, quæ ipſi extrinſecus occurrunt, non ſolum ſi calefaciāt, vel refrigerent, ſed ēt ſi durum quippiā ſit & aſperum. Ideoq; eiuſmodi corpora cubationes humi factas tolerāt: cum quæ cōtrario modo ſunt affecta, has non ferant: facile enim, & contunduntur, & refrigerantur, & quodcunq; aliud patiuntur.

A* τριχῆ, quæ tamē dictio nec ī manuſcripto codice græco, quē habemus, nec in Calabri verſione reperitur.

B* αὐτοδαίμονα eſt in impreſſis: ī manuſcri. tamen legitur αὐτοδαίμονα, idem perſe dæmonem

C* σφοδρα, eſt in impreſſis, & ī manuſcripto. Calaber videtur legiſſe σφαλερὰ, ac cum ſequentibus verbis dictionem hanc coonexuiſſe hoc modo, σφαλερὰ πάντα τὰ δόγματα ἀνάγκει, ἢ θνητὰ γεγονέναι, quod vertat. fallacia oīa dogmata neceſſe eſt, & mortalia fieri, quam lectionē non improbo.

D* τὸ τοιοῦτον eſt ī impreſſis, hoc eſt, hoc mortale, ſeu mortalem hanc naturā, manuſcrip. tamen cod. hēt. τοσοῦτον, vt q tantopere hanc mortalem naturā auxerit.

E De ijs, quæ in med. ſiunt com. 2. t. 28. 7. 219. a

F* *Al. vſus.*

G 6. Epi. com. 4. t. 31. 3. 187. e

H Epi. com. 6. t. 33. 195. e

I 12. Apho. 48. Ext. ord. 19. a

K* *Al. in omni corporis motu.*

L* *Supra in c. primo.*

De vi conſuetudinis exercitationum corporis, & animi, ex Platone, & Hippocrate. CAP. 4.

TAlis quidem eſt & qui de his habitus eſt ſermo: de exercitationibus aūt, talis. Particulæ corporis, quæ exercentur, robuſtiores ſimul ac ſolidiores fiunt: & ob id familiares motiones ferre poſſunt magis, q̄ aliæ, quæcunq; ob inexercitationē molliores ſunt, & imbecilliores. Cōis aūt eſt hic ſermo & ad animi exercitationes: Exercemur. n. primum quidem in grāmaticis, cum adhuc pueri ſumus: deinde vero in rhetoricis, & arithmeticis, & geometricis, & logiſticis diſciplinis. Cum. n. ſint facultates in principe animæ vi ad oēs artes neceſſariæ: altera, per quā conſequens & repugnans cognoſcimus: altera, per quā meminimus: ſapientiores quidem per priorē ſi excolatur: memores aūt magis, per poſteriorem reddimur; qñquidem eam uniuerſæ facultates naturā habent, vt ab exercitationibus augeantur, roborentur q; ab ocio aūt lædantur, ſicuti & Plato in Timęo per hanc ſeriem oſtendit nominibus. ita inquiēs. Sicuti diximus multoties, ꝙ tres aīæ ſpecies [a]* trifariā in nobis inhabitant, ac una quæq; proprias motiones habet: ita & ſm eadem nunc breuiſſimis dicendum eſt: ꝙ quæ ex ipſis in ocio degit, ac ſuarum ipſius motionum quietē agit, imbecilliſſimam neceſſe eſt fieri: quæ vero in exercitationibus, robuſtiſſimā. Quare curandum eſt, vt habeāt motiones inter ſe cōmoderatas. Hæc cū dixiſſet, deinceps inquit: Enim verò de principaliſſima apud nos aīæ ſpecie cogitare oportet hoc modo: ꝙ uidelicet [b]* ipſam Dæmonem Deus unicuiq; dedit hanc, quā certe dicimus habitare in ſummo noſtro corpore, ac ad cognationem in cęlo à terra nos attollere, tanq̄ ſimus planta nō terreſtris, ſed cęleſtis, rectiſſime dicentes. Illinc. n. vnde prima aīæ gñatio prodijt, diuinum numen, caput, & radicem noſtrā ſuſpendens, erigit totū corpus. Ac ei quidē, qui circa cōcupiſcentias, & cōtentiones incubuerit, & in his elaborat [c]* vehementer, oīa dogmata mortalia neceſſe eſt inſerta eſſe, ac omnino (quantū maxime ipſi poſſibile eſt mortale fieri) huius ne exiguū deeſſe, utpote qui [d]* tale auxerit. Et uero, qui circa amorē diſciplinarū, ac ueritatis ſapientias ſtuduerit, & in his præcipue præoībus, q̄ in ipſo ſunt, ſe exercuerit, ſapere quidē immortalia & diuina, ſi ſanè veritatem attingat, neceſſe oīno eſt: quatenus aūt rurſus particeps fieri humana natura immortalitatis pōt, huius nullā partē deeſſe: vt q aūt ſemꝑ colat diuinū numē, habeatq; valde admodū ornatū ipſum Dęmonē cohabitatorē ī ſe ipſo inſigniter eudęmonē eſſe. Cultura aūt cuiuſq; oīno una eſt, ꝓprias vnicuiq; eſcas, & motiones attribuere. In his verbis Plato de tribus aīæ ſpeciebus nos docuit nō ſolum ad philoſophiā q̄d utile, ſed & ad corporis ſanitatē, Hippocratē & in hoc ſequutus, q̄ uniuerſaliter quidem dixerat, [e] ‖ [f]* Motus roborat, ociū tabefacit: ſm ſpēm uero in exercitationibus rurſus, [g] ‖ Labores cibos p̄cedant: de oībus aūt particularibus ſpeciebus: [h] Labores, cibi potus, ſomnus, venerea, oīa moderata. Quare & hoc loco accurate animaduertere ea, q̄ dicūtur, oportet: obauditionem. n. quandā habent, æque ac aliæ oēs orationes, ſiquis negligenter (quemadmodū nonnulli faciunt) audiuerit. Exerceri. n. unumquemq; uolumus, nō utiq; ſine terminis, mē ſurisq; congruis, exercitationibus eouſq; extenſis, vt facultatē diſſoluāt: ita quoq; & cibis, & potibus, & ſomnis, & venereis in congrua menſura uti, hoc eſt, q̄ nec deficiat, nec ſuperflua ſit. Exceſſus. n. facultates diſſoluit, defectus aūt in vnaquaq; re, tm̄ perfectā utilitatē impedit, quantum ipſe à mediocritate abeſt. Enunciatum aūt, & hoc ab Hippocrate eſt in uno tanq̄ in exemplo vbi inquit: [i] ‖ [k]* In exercitationibus, qñ quis laborare cęperit, ſi ſtatim requieſcat, laſſitudo tollitur. Et ſanè ſermo quodā modo iā ex rerum affinitate, aliquid ēt docuit de aīæ conſuetudinibus, quæ fiunt in memorijs, & meditationibus, & inquiſitionibus logicis, de quibus & ipſe Eraſiſtratus in [l]* ſermone de conſuetudinibus meminit, cauſam non addens: quamuis non ſolum Hippocrates, ſed etiam Plato ipſam dixerint. Nam vbi in congruis, commoderatisq; exercitationibus ſingulæ facultates agunt, εὐεξίαν, id eſt bonum robur ipſis comparatur.

Quod corpus euacuationibus aſſuetum euacuationes non requirat ob conſuetudinem, vt volebat Eraſiſtratus, ſed ob multitudinem, vel cacochymiam in corpore aceruatam. Et quomodo conſuetudo illi innoxie mutare poſſit. CAP. 5.

AChæ quidem ſunt dīæ conſuetudinum ſm materiarū, in q̄bus conſiſtunt, & ſm cauſarū, à quibus fiunt, facultatē. [m]* Qm̄ aūt Eraſiſtratus dixit, corpus ēt euacuationes requirere, vbi quis ipſis aſſuetus fuerit, de his quoq; eſt conſiderandum. Scimus. n. quoſdā ſanguinis eruptione per nares, vel per hæmorrhoidas tentatos, idq; vel circuitibus quibuſdā tpe æqualibus, vel inordinate: alios vomitibus, aut diarrhæis, aut choleris captos: aliquos aūt dedita opera ſanguinem ſibi effundentes, vel per uenæ ſectionem, vel per ſcarificationem in malleolis factā, vel ēt ꝑ nares: ſicuti ēt alios purgantibus medicamentis, tū uomitorijs, tū deiectorijs uſos. de quibus ipſis aliquid ſcrutari eſt utile. Mihi. n. non vñr corpora ꝑ conſuetudinem talibus euacuationibus indigere,

M* *vide uerba Eraſiſtrati ſuperius à Gale. poſita c. 1.*

A indigere: ſed propter quã cauſam prima indiguerũt euacutione, uel natura moliẽte ipſam, uel aliquo hoĩe per ſyllogiſmũ medicum, ita rurſus ãt pluries eiſdem ob eadẽ indigere. Nõ nulli.n. ob prauas diætas, nõ nulli ob prauã corporis cõſtitutionẽ, aceruãtes ſanguinis copiã, uel cacochymiã, à p̃dictis vacuationibus iuuant̃, natura, uel medio aliquo id, quod ſuperfluũ eſt, ante q̃ ægrotet homo, effudente. Aliquibus ẽt, dũ ęgrotarẽt, tũ criſis per eiuſmodi excretiones, tũ morbi ſanatio facta eſt. Quidã ãt à medico curati ſunt, ſimilibus remedijs uſo: deinde rurſus ſimili morbo correpti, eiſdẽq; remedijs curati, ſi qñ rurſus ipſis uel totius corporis grauitas, uel capitis ſolius inæqualitas aliqua, uel qđ aliud p̃ter naturã ſup̃appareat, de ipſis medicos cõſulũt, ſe uereri aſſerẽtes, ne eiſdẽ morbis corripiant̃, q̃b⁹ antea correpti fuerũt, ubi ſimilia ſymptomata p̃ceſſiſſent. Deinde ubi, p̃miſſa uel purgatione aliqua, uel ſanguinis detractione, imminẽtẽ morbũ euitarint, prõptius ad idẽ remediũ accedũt, quotieſcũq; aliqđ ſimile ſymptoma deinceps ſibi ipſis euenire ſentiãt. Quidã ẽt anteq̃ ſentiãt, p̃finitionẽ p̃uidẽtes tp̃is, in quo in determinato circuitu tale quidpiã paſſi ſũt, euacutione p̃ueniunt: eamq; euacuationẽ, prophylacticẽ, i. p̃ſeruatiuã noĩant, in conſuetudine ipſis factã, nullã ĩmutationẽ corpore ex hmõi euacutionibus ſuſcipiẽte, qualẽ oſtẽſũ eſt ſuſcipere poſt p̃dicta, ſed ab eadẽ cauſa eadẽ patiẽte. Si ergo dictã immu
B tarint, paucioribus cibis utẽtes, exerçitationibusq; addẽtes, morborũ expertes p̃manẽt, ex cõſuetudinũ ĩmutatione adiuti: nõ, ſicut ſuperiores, leſi. Nõ.n. cõſuetudinis rõne eueniebat, ut per euacutiones adiuuarent̃, ſed quia ex praua diæta & cacochymiã, & multitudinẽ cõgeſſiſſent.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBRI SEX.

Thoma Linacro Anglo interprete

Poſt diligentiſſimam Hieronymi Donzellini recognitionem, Ab Auguſtino Gadaldino, aliquot in locis, veterum exemplarium græcorum ope, emendati.

ARGVMENTVM LIBRI

Inſtituit rationem tuendæ ſanitatis in tota hominis uita, ac in primo libro ſummam quandam proponit earum rerum, quibus hæc ipſa ars tuendæ valetudinis continetur, & vitæ rationem vſque ad tertium ſeptennium aliqua ex parte præſcribit.

Quæ præcipuæ medicinæ partes, quid ſanitas. CAP. 1.

D [a] † Vm una ſit ars, quæ corpori hominis tuendo dicata ſit, ut alibi à nobis oſtẽſum eſt, eius primæ, ac maximæ partes ſunt duæ: quarum alteram [b] † ſanitatis tuendæ, alteram [c] † morbi profligandi facultatem appelles. Earum cõtraria inter ſe officia ſunt: ſiquidem illi tueri, huic immutare ſtatum corporis eſt propoſitum. Qm̃ autem & dignitate, & tp̃e ſanitas morbum præcedit, utiq; & nobis, quemadmodum hęc ſeruanda ſit, prius tractare conueniet: poſt autẽ quo pacto commodiſſime morbus ſit abigendus. Vtriuſque facultatis inueniẽdæ cõis [d] * rõ eſt, ut quidnam ea corporis affectio ſit, quæ ſanitas dr̃, liquido conſtet: qñquidem nec præſentem ſeruare, nec amiſſam reſtituere, ſi, quænam ea ſit, penitus ignores, licet. Scripſimus de hoc alibi, oſtendimuſq; ſimilarium, quas uocant, partium ſanitatem, calidi, frigidi, humidi, & ſicci ſymmetriam, id eſt conuenientiam inter ſe quandam eſſe: inſtrumentalium uerò, ex ſimilarium ipſarum compoſitione, numero, magnitudine, figuraq; conſtare. quare, quiſquis hæc commode tueri poſſit, is optimus ſanitatis cuſtos fuerit. Tuebitur hæc, qui modos omnes, quibus uitiantur, cõpertos prius habuerit. Sicuti.n. ſi impatibile nobis, nec ulli affectioni obnoxiũ corpus eſſet, nullã deſideraret artẽ, quæ eius tutelæ p̃eſſet, ita nunc, cum numeroſiſſimis affectibus expoſitum ſit, certã ſibi depoſcit artem, q̃ & oĩa eius incõmoda p̃ſpicere, & ipſum ab ijs tueri poſſit.

A † τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης μιᾶς οὔσης. Vide pag. 63. a

B † ὑγιεινὸν.

C † θεραπευτικὸν.

D * ὁδὸς.

De nutrimenti neceſsitate ex duplici cauſa noſtræ corruptionis. CAP. 2.

SAnè, quæ corpus noſtrũ lædunt, corrũpuntq́ue, ea ſunt genere duplicia: altera nobiſcũ cõgenita, & q̃ uitare nequeas, quæq; ex ipſis generationis principijs ueluti radice oriũtur: altera,

quæ

quæ & declinare poſſis,& orta à nobis non ſunt:quæ tñ non minus, q̃ illa, corpus nr̃m conficiũt: E
quorũ utraq; ita ſeorſum diſtinguemus.Sanguis,ſemenq́; genitale, generationis noſtræ primordia ſunt:ille,ceu materies quædam apta,cõcinnaq́; & opifici ad quiduis ſequax:hoc, opificis rationem obtinens.Conſtat horum utrunq; ex eiſdem gñe elementis,humido,ſicco,calido,& frigido:aut,ſi mauis ab eſſentia ſumptis noĩbus,q̃ à qualitate,nominaſſe, aqua,terra,igni, & aere: Sic.n.demonſtratum nobis eſt in eo libro, quem De elementis ex Hippocratis ſnĩa ſcripſimus.

* μίξεως. Diſſident hæc inter ſe ipſa * temperamenti menſura.Siquidem in ſemine plus eſt igneæ ſubſtãtiæ,atq; aereæ:in ſanguine,aqueæ,terreæq́;:quanquam præpollet in hoc quoq; & calidum frigido,& humidum ſicco,& ob eam exuperantiam fit,ut non ſiccus, ſicut oſſa, unguis, piluſve,ſed humidus merito dicatur.At ſemen ſanguine ſiccius quidem eſt:cæterum ipſum quoq; humidum fluxileq́; eſt.Atq; ita nobis utrinque ex humida ſubſtantia genituræ origo proficiſcitur. Hanc tñ humidam ſeruari conueniens nõ erat,ſi modo ex ea nerui, arteriæ,uenæ,oſſa, cartilagines,mẽbranulæ,& alia id genus fieri deberẽt. Ergo ſtatim a generationis initio coniectum * copioſius oportuit elementum id,quod ſiccãdi uim haberet. Eſt uerò id natura,quidem maxime ignis ſed tñ & terra;eſt.n.ea quoque res ſicca. Verum huius plus immiſceri principijs cõmodum nõ erat, †quod hæc magis humida erant futura.Ignis certe quo minus,plus,ſit admiſtum,nec obſtat quic F
quàm: & ſanè illius admiſtum eſt tanto planè plus in utroq; principio, quãtum nec iam torreat vratve,& tñ abunde ſiccet. quippe ẽt tãtus calor adhibitus agilitatem præſtare ad motiones ſat erat. Ab hoc igitur primum cogitur,paulumq́; concreſcit,quod in utero conceptum eſt: mox ſicius redditum,ueluti lineamenta quædam,& rudimenta cuiuſque membri obtinet. Vlterius uerò etiam ſiccẽſcens,non lineamenta,rudimentave modo, ſed etiam exactam uniuſcuiuſque ſpeciem oñdit.Iam uerò in lucem editum,[a] † & magnitudine proficit, § & tum ſiccius,tum ualentius ſe ipſo ſp efficitur,donec ad maturitatem ſummumq́; incrementum (ἀκμὴν Græci uocant)ſit puentum. Tum uerò & incrementum omne ſiſtitur, oſſibus nimirum ipſis per ſiccitatem nõ ultra ſequacibus:† & ſanguinis ſpirituſq́; uaſa, ſpiritus ipſius flatu in latum aguntur: cuncta deniq; mẽbra non ſolum robuſta fiunt, ſed ẽt uires ſuas ſummas obtinent. In eo uero, quod ſequitur, tpe, omnibus iam * partibus ſupra iuſtum ſicceſcentibus,non ſolum cuiuſq; officiũ minus probe adminiſtratur,ſed ẽt corpus ipſius macilentius,graciliuſq́;,q̃ ante,redditur. Ergo ultra ſiccatũ,non macilentius mõ,uerum ẽt rugoſum efficitur. Artus quoq; ipſi inualidi,atq; ad motus ſuos incerti,inconſtanteſq́; probãtur. Affectio hæc §in animalibus§ ſenium appellatur,ei, quæ in ſtirpibus ἄνανσις græce dr̃, proportione rñdens.eſt.n. & illa ſtirps ſenium, ſiccitatis exceſſu proueniens. G
Vna igitur hæc eſt oĩ genito corpori corruptelę interituſq́; connata neceſſitas. Altera eſt,q̃ ẽt in aĩalibus præcipue cernitur,totius ſubæ fluor,quem inſitus calor excitat. Hæc itaq; incommoda nullum,quod genitum ſit,corpus effugere poteſt:reliqua,quæ hæc ſequuntur,prouidentia,conſilioq́; certe poteſt.Porrò his quoq; non aliunde origo eſt, q̃ ex ipſis iam dictis neceſſarijs incõmodis corrigendis,atq; ſarciendis. Nam,cum tota moles aĩalium in perpetuo fluore ſit,nĩ ſimilis altera ſuba pro ea, quæ defluxit, reſtituta ſit, euaporabitur certe,atq; diſſipabitur uniuerſum corpus.Quo factũ arbitror,ut natura non aĩalibus modo,uerum ẽt ſtirpibus inſitas quaſdam uires deficientis,ac deſiderati ſp appetentes,ab initio ſtatim dederit.Nõ.n.ueſci,bibere,aut reſpirare,à quoquam uſq; diſcimus,ſed ſtatim à principio facultates in nobis habemus,quæ hæc oĩa citra docentem perficiant.Cibo igitur,quicquid ſiccioris ſubæ effluxit,reſtituimus: potione,q̃ quid humidioris:atq; ad priſtinam ita ſymmetriã ambo reducimus.Iam uerò & aereæ,igneę́q; ſubæ modum reſpiratu,& arteriarum pulſu tuemur. De quibus oĩbus ẽt ſingulatim dictũ nõbis in alijs uoluminibus eſt,nec à præſenti diſputatione alienum cenſemus,ut, quæ ibi demonſtrata ſunt,ad ſanitatis tuendæ artem hypotheſeos loco poſitis,ſic,quæ deinceps ſunt,aggrediamur.

* ἰσχυρότερον ἐν τῇ κράσει, i. ualidius, aut efficacius in temperamento,ſeu mixtione.

† quod humidiora eſſe principia oporteret.

A † Tria hęc uerba in græcis codicibus non reperiuntur.

B † τῶν ἀγγείων δὲ ἕκαστον εἰς εὖρος διαφυσᾶται, i. & uas unumquodque extenditur.

C * ὀργάνων, i. inſtrumentis,

De neceſſitate generationis excrementorum. CAP. 3. H

CVm enim quotidie p̃p inſitum ipſis calorem,cunctis animalibus multa ſubſtantiæ portiõ defluat,nec ſit alter huius iuſtum ſeruaſſe modum,q̃ cibi,potionis,reſpirationis,& arteriarum motus ope,neceſſe eſt ex ijs contrahi excrementorum prouẽtum. Nam,ſi,quale erat ipſũ, quod effluxit,tale prorſus adiungere, agglutinareq́; ei per totum liceret;optimum id,ſaluberrimumq́; planè eſſet.Verum,ubi,quod ſingulis particulis defluit,tale natura eſt,qualis ipſa eſt particula,nihil aũt eorũ,quæ eduntur bibunturve,eiuſmodi prorſus eſt, neceſſariũ naturæ fuit prius ea mutare,& concoquere,&, q̃ fieri maxime potuit efficere corpori alendo, reſtituendoq́; ſimilia.In quo opere ſiquid nec confectum,nec prorſus aſſimilatũ eſt,id corpori non adnaſcitur, accreſcitve,& per ipſius laxiora intus ſpatia tanquam ſuperuacaneum errat: unde nomẽ quoque recte à maioribus ei rei περίττωμα græce eſt inditum. Cum igitur eſſe, bibereq́; neceſſaria animantibus ſint;has autem ſubſequatur excrementorum generatio;natura non ſolum ipſis excernendis,excludendiſque inſtrumenta inſtituit;uerum etiam inſtrumentis ipſis facultates inſeruit, quibus incitata,quædam ad ſe trahunt excrementa,quædam aliis tranſmittunt, quædam expellunt.Porrò hæc,quo corpus ſemper mundum,atque excrementis uacuum ſeruetur, nec obſtrui aliquatenus,nec ad proprias functiones imbecilla eſſe oportet. Atque ita geminum iam ſcopũ

ſalubris

A salubris victus sermo noster exposuit: alterum, eius, quod exhaustum est, reficiendi: alterum, excrementa expellendi. Tertius nanque, qui huc spectat, ne animal præpropere senescat, duos iam dictos necessario comitatur. Si enim in neutro sit erratum: nec, quod exhaustum est, restituendo, nec excrementis expellendis, & sanitate interim corpus fruetur, & vigoris tenorem quàm longissime seruabit. Verum de hoc postea procedente sermone dicetur.

Fundamenta, & hypotheses pro constituenda arte sanitatis tuendæ. CAP. 4.

NVnc, quod reliquum est eorum, quæ ab initio differere proposuimus, adijciã, quò sanitatis tuendæ scopos, quot, qualesq; sint, clarius distinguam. Illud (arbitror) iam diximus. Si corpus nostrum impatibile, omnisq; affectionis expers esset, sicut adamas, aut quiduis id genus; minime arte vllam requireret, q̃ ei tuendo præsideret: sed, qm̃ duplices corruptionis causas, alteras internas & à se, alteras extrinsecus incidentes habet; necesse est, curã prouidẽtiamq; non paruã desideret. Et ex se quidem duplici primo modo consumi corpus indicauimus: vno, q̃ vel ætatis cursu, vel assiduo substantiæ fluore, ad interitũ tendat: altero, qui vtiq; esum potionemq; consequitur, ipso excrementorũ prouentu. Atq; ex se quidẽ ita corrumpitur. Eorum vero, quæ extrinsecus incidunt, vnum certe est, quod separari ab eo non põt, quodq; illi p̃petuo, & (ut ita dicã)
B veluti connatum adhæret, aer ipse ambiẽs. Alia nec necessario, & incertis tẽporibus, nobis accedunt. Ille nempe, q̃ circũfunditur, aer nos lædit, vel q̃ calidos immodice, vel q̃ frigidos, vel q̃ siccos, vel q̃ humidos efficit. Hæc, q̃ contundunt, q̃ diuellunt, q̃ vulnerant, vel q̃ articulum aliquẽ loco mouẽt. Oritur hoc loco logica quædam disputatio, quæ in vtranq; partem rationes habet, alijs, horum oĩum curam † ad sanitatis tuendæ artẽ pertinere ξ affirmantibus, alijs, eorũ tñ, quæ calfaciant, refrigerent, humectent, aut siccent: non. n. siquid collisu, vulnere, aut simili quopiam affectu, à naturali habitu sit emotum, id aut nosse, aut declinasse, vllius esse artis munus. Ego vero de problematis id genus agendum mihi nõ statui: sed, q̃d vtraq; pars vltro cõcedit, eo accepto, ad propositũ reuertar. Illud ergo confessum vtriq; arbitror, q̃ vulnere, vel illisu, vel simili aliqua rõne, lædunt, aut corrumpunt sanitatẽ, omnibus hoĩbus esse nota; quę calfaciẽdo, vel refrigerando, vel madefaciendo, vel siccando, non omnibus. Ergo ne nos quidẽ quicq̃ ab officio alienum fecisse videbimur, si, q̃ oĩbus nota sunt, prætermissis, ad ea, q̃ parum nota sunt, potius vertamur: qñ minime propositũ est, hoc saltẽ opere, sophisticos cauillos diluere, sed potius quo pacto quis in inualetudinem minime incidat, docere. Rursus igit̃ ad proprium initium sermonem reuocemus, ac diligentius adhuc, quæ pro hypothesi sunt habenda, cõmemoremus. Primũ ergo ad prę-
C sentium contemplationem pro hypothesi prę̃sumptum esto, sanitatem non esse absolute elemẽtorum, ex quibus constamus, aut mediũ temperamentum (quam eucrasian vocant,) aut debitã conuenientiã (quã symmetriam appellant,) quẽadmodum oĩbus ferè, q̃ ante nos scripserunt, visum est: sed eã duntaxat, q̃ similariũ est partiũ, vt alibi demonstrauimus. Secundo loco illud quoque, q̃d alibi non minus demonstrauimus, p̃sumptum pro hypothesi esto, nempe instralium sanitatem in figura, numero, magnitudine, ac cõpositione similariũ consistere. Tertio, functionib⁹ fm naturam obeundis, sanitatis habitum discerni: Postremo sanitatem quãdam optimam esse, & (vt sic dicam) consummatã atq; summam: quãdam ceu deficientẽ ab hac, nec planè absolutã perfectamve: atq; hanc ẽt latitudinem hr̃e non paruam: hæc quoq; pro hypothesi hoc loco sint, quæ alibi nobis certissimis rationibus iam firmata, nunc quoq; nihilo secius sunt demonstrãda. Maxime vero velim, qui his studere voluerit, eum librũ legat, in quo illud inuestigamus, cuius artis pars sit, ea, q̃ sanitatis tuẽdæ curã profitet: is liber inscriptus Thrasybulus est: pręterea eum, quẽ de optimo corporis nostri statu scripsimus: item, quẽ de euexia, id est bono corporis habitu. Sunt hi breues ambo libelli: quos si perlegerit, qui ad hæc accedet, facillime consequetur quæ mox dicentur. Dictum iam antea nobis est etiam eum librum, qui De elementis secundum Hip-
D pocratem scriptus est, necessarium ad præsentem disputationem esse. quod opus sequuntur, tum id, quod De optima corporis constitutione, tum id, quod De euexia conscripsimus.

† τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης. vide pag. 62. c

Sanitatem magnam habere latitudinem: ac unde ipsa & morbus dignoscatur. CAP. 5.

AB his hypothesibus veluti fundamentis operis iactis, hinc alicunde sanitatis tuendæ tractatio incipienda erit. Cum sanitas symmetria q̃dam sit, symmetria vero oĩs duplici ratione non solum perficiatur, sed ẽt dicatur, aliàs quæ ad summum peruenit, & vere, prorsusq; symmetria est: aliàs quę ab huius absolutione, p̃fectioneq; paulum deficit: Vtiq; & sanitatis symmetria duplex quædam fuerit: hæc quidẽ exacta, optima, absoluta, & summa: illa paulo ab hac deficiẽs, non tñ eatenus, ut animali sit grauis. Existit & hoc loco logica potius, q̃ ex vsu artis dubitatio quędam, negantibus quibusdam, alium alio magis esse sanũ; aut esse eius affectus corporis, quam sanitatem dicimus, notabilẽ vllam latitudinem; sed vnicam esse eã affirmãtibus, & quæ ad vnguẽ sit exacta, nec maioris minorisq; rõne diuidua. Mihi vero, sicuti albũ corpus aliud magis, aliud minus album cernitur, ita & quod sanũ dicimus, magis minusq; tale esse videtur. Cuius rei duplex demonstratio est, vna, quæ ex ea mutatione accipitur, quæ per ætatũ vices cernitur. Postea nanq; q̃ editum animal in lucẽ est, perpetuo mutari eius tẽperamẽtum (vt ante proposuimus) est necesse. Quare, si in temperamenti qualitate sanitas constituitur, qualitas autẽ ipsa non per-

manet eadem, nec ipſam ſanitatẽ eandem ſeruari eſt poſſibile. Altera non minus euidens demõ E
ſtratio ab ipſa ſumitur actionis dria. Siquidem, nec qui ſani ſunt oẽs oculis æque cernũt, ſed alij perſpicacius, alij obtuſius: nec auribus pari modo audiunt, immo hic quoq; magna eſt in exceſſu defectuq́; diuerſitas. Sed nec pedibus ſimiliter currunt: nec manibus apprehendunt: nec reliquorum deniq; inſtrorum munia ſimiliter obeunt, ſed hic probius, ille deterius. Si itaq; actionũ diuerſitas pro temperamenti modo reſpondet, cogit planè ratio, vt totidem ſint temperamẽtorum diuerſitates, quot ſunt functionum driæ. Quòd ſiquis κατασκευῶν, ideſt conſtitutionum, vel ſtatuum potius, q̃ temperamentorum, dicendum putat, quò vtiq; in oẽm ſectam ratio quadret, ita nimirum colligat, licet. Sanitas omni ſectæ ſymmetria quædam eſt. Nobis, calidi, frigidi, humidi, ſicci: Alijs, corpuſculorũ, & meatuum, quos ὄγκους, καὶ πόρους græce vocant: Aljs, inſectilium, vel incompactilium, vel minimorũ, ſimilariumve, vel deniq; primorum elementorum cuiuſcunque. Sed ſm cuiuſque ſectæ opinionẽ, pro ipſorum modo, mẽbrorum noſtrorũ actiones reddimus. Si itaq; varia eduntur opera, vtiq; varia eſt & elementorũ in ſingulis ſymmetria, quã eſſe ſanitatẽ ſupra propoſuimus. Quin & citra oẽm elementi mentionem hoc pacto colligas, licet. Si membrorum conſtitutioni functiones ſuæ rñdent, quotquot harum varietates dabuntur, totidẽ nimirũ & conſtitutiones erunt: atqui rñdent conſtitutionibus opera: erunt ergo, neceſſe F
eſt, tot conſtitutionum diſcrimina, quot ſunt functionum driæ. Sunt vero hæ numeroſæ: quare erunt & conſtitutiones § æque multæ. § Si ergo oĩum, qui ſani ſunt, membrorum conſtitutio in ſymmetria conſiſtit: conſtitutiones aũt ipſæ uariæ ſunt, qñquidem functiones ſunt variæ: vtique multæ variæq́; ipſarum conſtitutionum ſymmetriæ erunt. † Quare ẽt ſanitates multæ variæque, non ipſa cõi omnium forma, vnde dictæ ſanitates ſunt, ſed maioris minorisque ratione inter ſe diſſidentes. Sicuti.n. niuis candor ab eo, qui in lacte viſitur, quatenus candor eſt, non diſſidet, ſed maioris minorisq́; rõne diſſidet, ita & Achillis, verbi gratia, ſanitas ab ipſa, q̃ in Therſite eſt, quatenus ſanitas, non differt, ſed eſt cũ ipſa eadẽ: at altero quopiã ab ea differt, id vero alterũ aliud planè nihil eſt, q̃ maioris minorisq́; rõ. Neq;.n. eſt qđ quisq̃ dicat non edi ab oĩbus hominibus varias actiones, neq; aliunde diſſimilitudinẽ hanc naſci, q̃ ex ipſa conſtõne, vnde actio proficiſcitur. Quòd ſiquis eos duntaxat ſanos eſſe contendat, quorum ſingula membra functiones ſuas obeunt abſolutiſſime: nos vero cæteros, q minus probe ſumus affecti, non eſſe ſanos: ſciat is ſe vniuerſę tractationis, q̃ de ſanitate tuẽda inſtituit, fundamentũ ſubuertere. Si.n. huic propoſitum eſt ſeruare, tueriq́; eam, quã ab initio accepit ſanitatẽ: nemo aũt noſtrum ſanus eſt: luce clarius fit, inutilem irritamq́; fore, quã nunc de ſanitate tuenda artem inſtituimus. Itaq; nec q̃renda no- G
bis talis ulla eſt, ſed planè ſilentio prætereunda, ſermoq́; iamiam finiendus. Omnes ergo eiuſmodi difficultates ſubmouet ipſius veritatis cognitio. Non.n. abſoluta ipſa tũ, quæ inſectilis eſt, ſimul eſt & dr ſanitas, verum etiã quæ ab hac deficit, modo tñ vſibus noſtris adhuc non ſit inepta. Quippe ſanitatem oẽs requirimus, tum ad vitæ functiones, quas planè morbi impediunt, aut interrumpunt, atq; auferunt: tum vero vt moleſtia careamus. Vexamur.n. in doloribus non leuiter, eam vero corporis conſtitutionem, in qua nec doloribus cruciamur, nec in vitæ actionibus impedimur, ſanitatẽ appellamus. Quã ſiquis alio noĩe appellare malit, nihilo plus ex ea re cõſequetur: ſicut nec qui ἀειπάθειαν, i. perpetuam inualetudinẽ, inuehunt. Quippe ſi hanc propterea inueherent, ꝙ omne genitum corpus, ſicuti genituræ, ſic ẽt interitus, cauſas ab initio ſecum natas hẽt, ſicuti à nobis ante demonſtratum eſt, vtiq; laudati à nobis eſſent, tanq̃ & vera ſimul, & antiqua dogmata ꝓfeſſi: nunc, cum iuxta ſanorũ, ægrotantiumq́; corporũ conſtõnes eaſdem eſſe ſpecie decernunt, nec authores laudo, nec placitũ probo: cũ longe melius exiſtimẽ ſatis amplam latitudinẽ ſanitati tribuere, q̃ nos oẽs homines perpetuo vrgẽtibus morbis premi. Qui, etſi eſſe in nobis oĩum morborum ſemina dicant, tñ fatentur ipſi ea tam eſſe parua, vt ſenſum noſtrũ omnino effugiant. Eſto igit̃ (ſi velint) doloris quiſpiã in nobis affectus, verũ tã exiguus, inſenſibilisque, vt H
minime officiat ei, quẽ corripuit hoĩem. Sunto, ſi libet, & febres, ſed adeo leues, vt neq; ſenſum ſui vllũ afferant, liceatq́; per eas & negocijs publicis, priuatisq́; ꝓfungi, & balneo vti, eſſeq́; & bibere, ac reliqua, q̃ opus ſunt, peragere. Quippe facultas ad neceſſarios uſus minime impedita, ſanitatẽ potius determinat. Non.n. ſunctionũ imbecillitas, morbi ſtatim nota eſt, abſolute ita, citraq́; exceptionẽ loquenti, niſi adiectum ſit, q̃ præter naturã cuiuſq; ſit. Siquidem oẽs (arbitror) & cernimus male, ſi cũ aquilis & lynce comparemur: & confuſe obleſeq́; audimus, ſi cũ Melampode: & pedibus parum valemus, ſi cũ Iphiclo: & manibus, ſi cum Milone conferamur. Quouis deniq; mẽbro propè mutili videamur, ſi cũ ijs, qui hoc ipſo maxime valent, cõparemur. Quis igitur noſtrum ſe non probe oculatum exiſtimet, ſi formicas duum ſtadiorũ interuallo non cernat? Aut q̃s auritum ſe parum recte putet, ſi quod ſexaginta ſtadijs abeſt, non exaudiat? At, ſiquis literas hac pagella deſcriptas recte nõ cernat, is iam oculos merito accuſet: non tñ, ſi quatuor has ipſas cubitis abiunctas non peruideat: niſi forte ea prius oculorum acie fuit, qua vel has cerneret. Sic.n. (arbitror) accuſet, dicatq́; merito, quod omnibus hominibus dici aſſolet, nempe hoc prius feciſſe, nunc idem facere non poſſe. hunc.n. morbo aliquo teneri dicemus, ſiquidem ſenectutis initio imbecillitas ea non incidit: quamuis ſunt, qui ſenectutem quoq; ipſam morbum eſſe

uelint

† *Cod. manuſcriptus uetuſtiſſimus hoc in loco habet*, καὶ μὴν εἰ διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ κατὰ μέρος ὑγιείαι, ἤ τοι κατὰ τὸ κοινὸν ἐν ἁπάσαις εἶδος, ἀφ' οὗ περ ὑγίειαι λέγονται δι' οἰσουσιν, ἢ κατὰ τὸ μᾶλλον τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν, ἀλλὰ μὴν οὐ κατὰ τὸ κοινόν, εἰ διάφοροι γάρ εἰσιν αἱ ὑγίειαι: κατὰ τὸ μᾶλλον ἄρα καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν, *i. ſanè, ſi inter ſe differunt particulares ſanitates, uel ſecundũ cõem in omnibus formã differẽt, à qua ſane ſanitates dicuntur: uel ſecũdum magis & minus inter ſe differunt: at non ſecundum cõem formam, indifferentes.n. ſunt ipſæ ſanitates: ſecundũ ergo magis & minus inter ſe differunt.*

A velint. Cæteros, q̃bus natura non dedit, vt acute videant, aut audiant, aut celeriter currant, aut alia id genus valide ſtrenueq́; obeant, neq; morbo teneri, neq; in totum præter naturam ſe habere cenſebimus. Omnis ſiquidē morbus p̃ter naturam eſt, hi ſe præter naturam planè non habēt, ſicuti nec ſenes. Non igitur abſolute, citraq́; exceptionem ſanos, ægrosq́; functionum firmitate infirmitateq́; iudicandum: ſed ſanis verba illa, ſecundum naturam: ægris illa, præter naturam, adijci oportebit: vt ſit nimirum ſanitas, affectio naturalis actionē p̃ficiens: contra, morbus, affectio præter naturā actionem impediens. Neq; n. ſi affectus ſecundum naturam ſe habeat, continuo etiam ſanitas exiſtit. Eſt n. affectus ſecundum naturam tum Aegyptiorū nigritia, tum Gallorum candor, tum Scytharum rufus color, quorum tñ nullum eſt ſanitas, cum ea omnino in colore non conſiſtat. Neq; ſi præter naturam ſe habeat, protinus morbus eſt: qñ ita vel ex Sole nigritia, vel diutina umbratili conſuetudine contractus candor, morbus ſit. Sed adieciſſe oportet ſanitatis notioni, q̃ cauſæ rationem ad opus edendum obtineat: morbi uerò notioni, q̃ actioni incommodet. Verum de his alibi dictum à nobis locupletius eſt. Ad præſentem diſputationem illud ſolum ſumpſiſſe ſufficiat, permagnam ſanitatis latitudinem eſſe, nec eam in omnibus nobis æqualiter prorſus ineſſe. Quòd ſicui violētum appareat εὐκρασίας id eſt medij temperamēti no

A.l.1.f.1.d.1. 61 ſo ;.e

B mine cenſeri, quod medio ad vnguem temperamento non ſit, is, quæſo, reliquorum in vita nomīnum vſum ad memoriam reuocet: vbi & potionem, & balneum εὔκρατον, hoc eſt, temperatū dicimus, non ſolum cum alterum huic, alterum illi tale eſt, ſed etiam cum ad eundem hominem in latitudine tale eſt. Nam ſi auerſo paululum qui biberit, iniecerit quis in calicem calidæ, frigideve exiguum, nullam mediocris temperamenti mutationem deprehendet. Atqui, ſi, quod temperatum eſt, ita exigis ad vnguem, vt omnino indiuiſibile inſectileq́; ſit, haud qua quam iniecto vel calidæ, vel gelidæ minimo, temperatum adhuc eſſe videbitur. Ad eundem modum neque ſi quis in natationem temperatam frigidæ puſillum iniecerit, * vtilitatem eius protinus corrupe-

* Aliqui legunt non χρείαν, i. uſū ſed εὐκρασίαν, i. temperiē ſeu mediocritatem.

rit. Quin ambientem quoq; nos aerem temperatum dicimus, etiam ſi in alterutram partem paululum ſit propenſus. Deniq; quid miri, ſi eucraſian in ſatis amplam latitudinē extendunt vniuerſi, qñ & in lyris conſonantiam ipſam, quæ ſumma exactiſſimaq́; ſit, vnicam, atq; inſectilem eſſe probabile ſit: quæ in vſus hominum veniat, certe latitudinem habeat? Sæpe nanq; quam percō mode temperaſſe videaris lyram, alter ſuperueniens muſicus exactius temperauit. Siquidem nobis ad omnia vitæ munera ſenſus vbiq; iudex eſt. quare ipſo etiam eucraſian dyſcraſianq́; iudicabimus. Pari modo actionis vitium cuiuſq; præter naturam ſuam male habentis membri, non

C ante morbum decernemus, q̃ ad ſenſibilem magnitudinem peruenerit. Nec quicquam, vt ad rē propoſitam, ne hic quidem referat, ipſam ne læſam actionem, an affectū, cuius vitio lædit, morbum dixeris: ſicuti nec, ſiue quis affectionem, ſiue conſtitutionē appellaſſe malit. Dictum à nobis alibi & de his eſt, & ſimul euidentibus rationibus confirmatum, tum morbum, tum ſanitatem in corporis affectione, conſtitutioneque conſiſtere, minime in actione, actionisve læſione. Cæterum ex horum moroſa perpenſione, diſcuſſioneque parum vel ad valetudinem tuendam, uel ad morbum ſummouendum iuuamur: cum illud modo nouiſſe ſatis ſit, corporis conſtitutionē, quæ cauſæ rationem reſpectu actionis obtinet, vtriuſq; facultatis ſcopum eſſe, & eius, quæ ſanitatem tuendam, & eius, quæ morbum profligandum profitetur, quippe cum hanc & præſentem ſeruare, & amiſſam reſtituere propoſitum nobis ſit: actiones vero conſtitutionem corporis neceſſario ſequuntur: eam, quæ proba eſt, inculpatæ probæq́;: quæ contra eſt, culpabiles ac vitioſæ. Quare, qm̃ id, quod ope noſtra ſeruatur reſtituiturq́; affectio quædam corporis conſtitutioque eſt, eam vero ex neceſſitate functionum ſequitur § bonitas, § ad præſentem certe diſputationem parum attinet, functionumne, an conſtitutionum in genere morbus ſanitasq́; collocanda ſit, inquiras: id potius attinet, vt illud pro hypoteſi ſumentes, quod in naturali corporis noſtri conſtitutione illa

D ſeruanda maxime ſunt, quorum beneficio functiones obeamus: ac illud memoria repetentes, q̃ ſimilarium quidem partium eucraſia, inſtrumentalium forma, poſitura, numerus, & magnitudo, functionum ſunt cauſæ: præterea q̃ hæc omnia in latitudine quadam ſpectantur, etiam in ſingulis hominibus ſeorſum: quæ reliqua ſunt, perſequamur. Ad quæ ſanè non paruam commoditatē affert latitudo horum perſpecta. Nam, cum eucraſia duplex omnino ſit, altera, quæ in animantiū ſaltem corpore cogitatione potius vſurpetur, quàm ſolide ſubſiſtat: altera, quæ in ſanis omnibus ſubſiſtit atq; apparet, hanc rurſus conſpicuam à nobis diuidi par eſt, quippe in qua non parua diuerſitas inuenietur. Id q̃ ſit verum, vel ex ipſis ætatibus maxime deprehendas. Cum. n. ad omnē volūtate ſuſceptam actionē adoleſcētium ætas ſit aptiſſima, infantium certe, ſenumq́; minus ad hanc eſt apta, propterea, q̃ illis humor, his ſiccitas frigiditasq́; nimis abundat. In alijs tñ functionibus, quas naturales appellamus, veluti auctione, concoctione, diſtributione, & nutritione, infantes planè cæteris ætatibus lōge p̃ſtant. Neq; tñ eo ſecius omnibus per oēs ætates licet eſſe ſanis. Ergo, quemadmodum in ętatibus ſe habet, ita ēt in naturis immenſum eſſe temperamentorum diſcrimen inuenies: vt duorum, exempli gratia, ſimilis ætatis puerorum, hunc altero longe humidiorem, illum ſicciorem: pari modo hunc calidiorem, illum frigidiorem. Quibuſcunque igitur corporibus multo ſupra iuſtum cąlidis, frigidis, humidis, aut ſiccis eſſe contingit, ijs planè

optima temperies non eſt. In quibus autem ab eo, quod abſolutiſſime temperatum eſt, diuerſi- E
tas quædam intelligitur, minor tñ, quàm q̃ ſenſu diſcerni poſſit, hæc certe, quod ad vſum perti-
net, pro abſolutiſſimis accipimus: ita, vt ſanitatis, quam in latitudine contemplamur, hæc quidē
medij ſit tēperamenti, nec vlli vitio obnoxia, quod ſaltem ſenſu percipiatur: hæc, ceu intempe-
rata, vitioq́; expoſita. Huius ſnīæ euidētiſſima indicia ſunt diſcrimina, quę in gracilibus, corpu-
lentisq́; notantur: quippe quorum contrarias habitudines ex contrarijs temperamentis ortas
eſſe neceſſe eſt. Sicuti igit̄ nec nimium gracile corpus ꝓbamus, nec quod valde eſt obeſum, ita
nec temperamenta eorū planè laudabimus, tametſi vtrunq; q̃ maxime ſanum eſſe cōſpicimus.
* συμμετρίαν. Sed, q̃ in medio horum habitudines ſunt, εὐσαρκοι græcis dictæ, ſicuti ipſæ debitā partium * con-
uenientiam, ſpeciemq́; inculpatam habent, ita ſequuntur mediocria, & nulli vitio obnoxia tem
peramenta. Tales ergo corporū habitus, ſi veritatem ipſam ad vnguem exigas, abſoluta ſaltem,
exactaq́; tēperie ne ipſos quidem temperatos dixeris: verum, quod ſenſu iudicet̄, atq; ad vſum
ſit ſatis, non inculpabiles ſolum, ſed ēt optimos cenſueris. Sane indicium euidentiſſimum eſt ne
ipſos quidem exactiſſimum tēperamentum conſecutos, ex eo, ꝙ nunquam eodem ſtatu perma-
neant, ſed primum ętatum ipſarum mutationē recipiunt, nulla harum eundē perpetuo tenorem
* γηραίτερον. ſeruante, ſed ſemper ad * ſiccius tendente. Deinde eam, q̃ ſomni, ac vigiliarum, quietis & motus, F
hoc eſt ſenilem magis ætatem. tum motus ipſius dr̄iarum, ad hæc bibendi, ſitiendi, edendi, eſuriendi, ciborum, potionisque co-
* φροντίδες, i. curarum. piæ aut inopiæ, præterea balnei, iracundię, ſtudij, * doloris, omniumque talium occaſione proue
* λύπαι, i. triſtitiæ, aut moleſtiæ. nit, quæ tantum non omni momento temperamentum immutant. Quis igitur in tanta mutatio-
ne optimum vndecunque temperamentum inuenire ſperet? quippe quod, ſicui vnquam opti-
ma natura prædito contingit, certe ne momento quidem durauit. Adeo mihi ſanè admirari
ſubit eorum opinionem, qui ſanitatem eucraſiamque citra omnem latitudinem, vnicamque eſ-
ſe, & ſi quid ab hac paulo diſceſſit, vtique ſanitatem non eſſe contendunt. Qua nimirum ſenten-
tia ἀειπάθειαν obiter imprudentes inuehunt: diſputantque de re aut nunquam planè viſa in ani-
malis corpore: aut, ſi quando viſa eſt, ne minimum quidem tempus durante.

Quæ ſit optima corporis conſtitutio. CAP. 6.

HIs ergo quam ſomniāt ſanitatē, ipſis ſeruandam linquimus: nos interim ad eas, q̃ in aper-
to ſunt, reuertimur. Quarum cū duplicē ſtatuamus ſubam, ſ vnam, de qua planè queri non
ſit, alteram de qua queri liceat ſ de qua modo verba fecimus, ſuum vtriq; ſcopum reddamus: nē
pe ei, quam inculpatam diximus, exactam, abſolutamq́; planè, quod vtique ſenſu aduerti poſſit,
cuſtodiam: alteri, de qua conquerare, nō exactam. Quippe intemperies, quæ intra ſanitatis ſunt G
terminos, corrigere oportebit ita, vt, q̃ iuſto ſicciores naturæ ſunt, humidiores reddas: quę humi
diores ſunt, ſicciores: pari modo q̃ frigidiores ſunt, vt harum exceſſum caſtiges: quæ calidiores,
earum ſuperantiam ad moderatius reuoces. Hęc qua ſalubris victus ratione fiant, procedēte ſer
mone docebimus. Prius.n. tradendū arbitror, quēadmodum optimæ naturæ conſeruanda ſit ſa-
nitas. Ante id verò, quænam ſit optima corporis conſtō, exponemus. Eſt igitur ea ſm ſubſtan-
tiam ipſam rei enarrantibus, & quæ optimo temperamento ſit, & quæ figuram partium egregie
ad functiones comparatam habet: ad hæc, quę oēm tum numerum tum magnitudinem, tum o-
mnium earū inter ſe contextum ad actiones idoneū exhibet: ſi vero indicia, notasq́; reſpicias, cu-
ius corpus carnis exquiſitā mediocritatē p̄fert: tale eſt, quod inter gracile & obeſum, mediū eſſe
* πολύσαρκον, i. multa carne prædito. docuimus. Nec refert, ſi pro * obeſo, corpulentove craſſum dixeris. Idē reliquorum quoq; exceſ-
ſuum in medio planè eſt ſitum ita, vt nec hirſutum id merito dixeris, nec glabrum: ſed nec molle,
nec durū: nec nigrum, nec candidum: adde ēt nec venis amplis nec obſcuris: nec iracundum, nec
ignauū: nec ſomnolentū, nec peruigilē: nec hebetē, nec calidū: nec in venerē pronū, nec à vene-
re alienum. Quòd ſi oībus quoq; corporis partibus planè medium oīs exceſſus teneat, pulcher-
rimum id viſu nimirum fuerit, vtpote ſymmetron. Erit nō minus ad labores oēs planè idoneū, H
nec reliquis eucraſiæ, id eſt boni tēperamenti, cuiuſq; membri notis, quas in ſecundo de tēpera-
mentis retulimus, deſtitutum. Nam multos videas, verbi gratia, quibus caput attemperatū com-
mode ſit: thorax, venter ve, & quæ gignendo tributæ partes ſunt, parum proſpera temperie ſint.
Quorundā vero in artubus intēperies eſt. Non deſunt & quorū vnum aliq d viſcerum, aut alia
quæpiā particula una, pluresve, interim uero plura aliqua uiſcera parū ſalubri ſint tēperamēto.
* Multi codices græci habent δύο κράσεις, i. duo temperamenta. Ego vero in vnica inſtrumentaliū partium * intemperiē, idq́; in non paucis notaui ita, vt, verbi
gr̄a, reliqua omnis ventriculi concauitas vno tēperamento cōmodo, incōmodove eſſet, alio ip-
ſum duntaxat vētriculi os. Cæterū de his, vbi de vitioſis corporū ſtatibus diſceptabimus, agetur.

Ratio tuendæ valetudinis infantis temperati: ac aduerſus eos, qui infantes ſiccandos aſſerebant. CAP. 7.

DE optima vero, cuius ſingulæ particulæ vniuerſam ſubſtantiam inculpatam habēt, nunc di
cetur. Huius ergo ſortis homo, cum arti ſanitatis tuēdæ traditur educandus, fortunatus vti-
que ſit, ſi ſtatim editus in lucem ei committatur. Ita nanq; ad animi quoq; affectus nō nihil lucri
faciet, ipſa nimirum recta victus ratione mores quoq; probos reddente. Cæterum, ſi qua etiam
ſequentium ætatum eius ſe moderationi ſummittat, ſic quoq; commoda ſentiet nō mediocria.

Sanè

A Sanè primum dicetur, quemadmodum, ſi huiuſcemodi hoïem ab initio ſuſceperis, eundem per oẽm vitæ curſum ſanum cuſtodias: modo nequid violẽtum extrinſecus illi incidat: id quod vtique ad ſanitatis tuendę artificem nihil attinet. Secundo loco, quemadmodum, ſi non recẽs natũ puellum acceperis, ſed qui iam prẽceptoribus dari ſit habilis, eius quoq; curam agas. Poſtremo, quemadmodum reliquarum ętatum cuiuslibet. Ergo recens is natus infantulus, cuius corporis cõſtitutio omni nota uacat, primum quidem faſcijs deliget, ſed corpori prius toti ſale modice
A.l.1.f.3.d.1. c.1.fol 56.h inſperſo, quo cutis eius denſior ſolidiorq; ijs, quæ intus ſunt partibus, reddatur. In vtero.n. æque cum reliquis mollis erat, cum nec durius vllum externũ corpus inibi cõtigerit, nec aer illi vſquã frigidus inciderit, quorum cõmercio cõtracta denſataq; & q̃ ipſamet prius, & quàm reliqua mẽbra, denſior duriorq; fieret. At, qm̃ iam editus infans, in frigore, calore, atq; inter corpora multo ſe duriora verſetur, neceſſe eſt, ob hæc ipſa nimirum naturale eius tegmen prẽparari quodãmodo à nobis, reddiq; ad * indolentiam & tolerantiam q̃ aptiſſimum par eſt. Ita vero, qui ſecundũ * δυσπάθειαν.
naturam ſe habẽt infantes, vel ſolo ſale præparati munitiq; abunde fuerint: qm̃, qui ſiccorũ myrti foliorum, aut aliorum id genus inſperſione egẽt, ijs planè vitioſus ſtatus ſit. Nobis vero ad prę ſens de ijs, qui optimo ſtatu ſunt, differere propoſitum eſt. Ergo hi faſcijs (vt dictum eſt) inuolu
B ti, lacte pro alimento vtantur, & balneis ſalubrium aquarum. Vniuerſam nanq; victus rationẽ
A.l.1.f.3.d.1. c.2.fol.58.c humidam ſibi adhiberi poſtulant, vt qui cæteris ætatibus temperamento ſint humidiore. Atq; ex ijs, quę ad ſanorum victus rationem ſunt neceſſaria, primum hoc ſe ad diſquiſitionẽ ſtatim offert. Nam ſunt, qui humidiores naturas ſiccandas ſemper putent: ſicuti è diuerſo, quę frigidiores ſunt, calefieri debere: madefieri, quę ſicciores: frigefieri, quę calidiores. Quippe ſimilibus quẽli bet exceſſum augeſcere, contrarijs remitti, ac minui: vnoq; verbo, contraria contrariorum eſſe remedia. Oportuit vero non id modo Hippocratis legiſſe eos, meminiſſeq; q ‖ contraria ſint cõ In lib. de Flatibus non longe à principio. 1. Aph. 16. Ext. ord. 8. h
trariorum remedia, ſed & illa quoq; in quibus ait ‖ humidam oẽm victus rationem febricitantibus eſſe vtilem, præcipuè vero puellis, & ijs, qui tali refici victu ſunt aſſueti. Videtur.n. in hiſtria deinceps pari inter ſe iure poſuiſſe, morbum, ætatem, conſuetudinẽ. Atq; à morbo quidem con
trarij adhibendi indicationem accipit, ab ętate & conſuetudine ſimilium. Febri nanq; ceu morbo calido & ſicco, humida conueniunt. Puellis, vt quibus ea ætas non morbus, ſed ſecundum naturam ſit, id maxime eſt vtile, quod planè eſt ſimillimum. Pari modo conſuetudini, vtpote quæ adſcititiam, acquiſititiamq; naturam in corporibus gignit, contraria dediſſe in primis eſt noxiũ: atq; hæc merito. Quæ.n. corpora ſecundum naturam ſe habent, ijs ſeruari cuſtodiriq; ſuum ha-
C bitum decet: quæ morbo aliquo premuntur, iis contra alterari, & ad contrarium habitum trahi expedit. Ac ſeruatur quidẽ ſimilibus vnumquodque; alteratur cõtrariis, Haudquaq̃ itaq; ſiccandi pueri ſunt, ſi modo in his nulla prẽter naturam humiditas ſubeſt, qualis in raucedine, grauedine, catarrhoq; conſpicitur; ſed pro naturæ ratione alendi, ac dulcium aquarum balneis humectãdi: (quæ.n. medicamuim aliquam præ ſe ferunt, oẽs planè ſiccant, ueluti quæ ſulphuris aliquid, bituminis, aluminisve repræſentant) tum cibo eo, potioneq; nutriendi, qui humidæ quàm maxime naturæ ſint. Ad hunc modum & natura ipſa pueris conſuluit, & lac matris in humẽtis alimẽti uſum præparauit. Atque optimum quidem eſt etiam reliquis fortaſſe omnibus infantibus ipſum lac matris, modo nullo morbo ſit corruptum: maxime uero ei, qui optimo eſt temperamẽ-
A.l.1.f.3.d.1 c.2.fol.57.c to, de quo nunc ſermo inſtituitur, quippe cuius maternum non corpus modo totum, ſed etiã lac à uitio eſſe alienum non ſit abſimile. Ac ſanguine quidẽ, dum adhuc in utero geſtamur, alinos conſtat: ex ſanguine uero lac gignitur, † exiguam in mammillis mutationẽ adepto. Quare, qui † Græce. ἐλαχίστην. i. pauciſſimam.
matris lacte pueri aluntur, ij iam non ſolum conſueto, uerumetiam maxime proprio utuntur alimento. Videtur autem non modo nutrimentum id natura infantibus prẽparaſſe, uerumetiam facultates quaſdam naturales, quibus eo vtantur, ab initio protinus contuliſſe: quãdo, ſi modo na
D tis papillam ſtatim in os inferas, & ſugunt lac ipſum, & deglutiunt prõptiſſime. Quin, ſicubi forte offenduntur plorantve, non minimum iis doloris lenimen eſt nutricis papilla ori indita: quippe, tria hæc doloris infantium remedia nutricibus ipſo vſu edoctis inuenta videmus: vnum quod modo retulimus: & altera duo, motum mediocrem, & uocis modulationem. quibus perpetuo vſæ non ſolum mitigant, ſed etiam ſomnum conciliãt, uel hoc ipſo teſtificante natura, ad muſicam eos & exercitia ſuopte ingenio eſſe propenſos. Adeo, quiſquis his artibus probe vti ſciet, is nimirum & corpus, & animum optime inſtituet.

De infantium exercitatione, ac de cura, quæ circa eorum mores, ac animi motus adhibenda eſt. CAP. 8.

NVtricibus igitur triplex puellis excogitata dimotio eſt, in cunis, in lectulis pendentibus, in ſuis ipſarum vlnis: ubi iam hoc aliud quoq; nobis æſtimandum oritur, ad ſanitatis tutelam vel in primis neceſſariũ: cũ Aſclepiades planè, aperteq; exercitationes damnet: Eraſiſtratus uerecundius, timidiusq; decernat, cæterũ idem cum Aſclepiade ſentiat: reliqui ferè medici non ſolum ad euexian, id eſt bonã corporis habitudinem, ſed ẽt ad ſanitatẽ eas p̃dicent. Porrò exercitationum tria ſaltẽ prima notantur genera, vtiq; quot motionũ differentię: quippe aut à nobis ipſis mouemur, aut ab alijs, aut medicamento. Horum tñ tertia ſpecies ad ſanos nequaquã pertinet.

tinet. Sed, qui ab altero præſtatur motus, nauigando, equitãdo, uehendo, atque ut paulo ante dictum eſt, in cunis, lectulis, vlniſque obitur. Recens tñ nati puelli tam ualentem motum, q̃ eſt, qui vehiculis, nauigijs, equiſve præſtatur, adhuc non deſiderant. At, qui iam tertium aut quartũ annum à natali agunt, his uehiculo nauigioq́; modice agitari licet. Septennes uerò etiam ualentiores motus tolerant, ita ut equitare iam aſſueſcant. Per ſe uerò moueri tum primum pueris licet, cum iam repere cæperunt, magiſq́; etiam, cum ingredi. Immaturè uerò cogendi non ſunt, ne eorum artus diſtorqueantur. Sanè uel hac ætate facile declaratur, quanta ſit naturæ noſtræ cum exercitijs ſocietas, cum pueros, nec ſi concluſeris loco aliquo, prohibeas, quo minus diſcurrãt, ac pullorum, vitulorumq́; ritu laſciuiant. Quippe ſua cuique aĩanti natura ſatis eſt ad proprias conuenienteſq́; excitandas appetitiones, quibus ſanitatem ſalutemq́; tueatur. Verum Aſclepiades nihil horum cogitans, per magnum ocium captiũculas texit, quibus docere conetur, nihil ad bonam ualetudinem exercitia conferre. Verum huic poſtea, quod par eſt, rñdebitur, ceu garrulitate ad finem potiſſimum taxanda. Eſt. n. nobis hoc loco propoſitum nõ ſophiſtarum nugas refellere, ſed, quod ad ſanitatem tuendam conducat, præcipere. Itaq; ad infantes redeo, qui optimo corporis habitu ſunt. Porrò his animi quoq; mores citra uitium eſſe par eſt. † Qui. n. iuſto ſunt ad iram magis″ procliues, aut aĩo plane demiſſo, aut ſenſiles magis, aut inſenſiles, aut præter modum guloſi, nos parum idoneo temperamento eſſe ijs partibus, quibus prædictorum ſingula ad miniſtrãt, neceſſe eſt. Proditũ vero de his fuſius eſt in ijs libris, quos De Hippocratis Platoniſq́; placitis ſcripſimus. Verum, qui nunc in nr̃a diſputatione, propoſitus infans eſt, vndecunq; abſolutus eſt. Huius ergo ſicut nullum ex aĩ moribus corrigere, ſic eoſdem ſeruare, ne quo uitientur, oportet. Seruatur vero quidq; ijſdem planè* generibus, quibus corrumpitur. Corrumpuntur ãt aĩ mores praua conſuetudine cuiuſq; horum, cibi, potionis, exercitationis, uidendi, audiendi, tactus deniq; muſices. Itaque peritum horum oĩum eſſe eum medicum oportet, qui ſanitatis tuendæ curam ſuſcipiet, nec ea opinione eſſe, quaſi ad ſolum ſpectet philoſophum aĩ mores effingere. Quippe huic ob aliud oĩno maius id muneris tribuitur, nempe aĩ ſanitatem: medico verò, ne corpus facilius in morbos dilabatur, qñ iracundia, fletus, ira, triſtitia, cura immodica, & multæ ſuper his vigiliæ, febres accendunt, ac grauiſſimis valetudinibus initia præbent: veluti e diuerſo cogitationis mentisq́; ſegnitia, ac animus oĩno deſes, decoloratos, ac ſæpe ex atrophia, id eſt nutriendi defectu, graciles, ob naturalis caloris imbecillitatem reddunt. Hunc. n. calorem præter cætera intra ſanitatis fines cuſtodire oportet: cuſtoditur aũt modicis tum corporis, tum aĩ exercitijs. Qui nanque motus modum non ſeruant, ſiue ij ex rationali, ſiue ex appetitoria, ſiue ex animoſa aĩ parte cientur, ſi modum nimium exceſſerunt, bilioſum animans reddunt: Si intra modum nimium ſubſiſtunt pituitoſum, frigidumque efficiunt. Quinetiam priorem habitudinem febres, & qui calidiores * affectus ſunt: poſteriorem iecinoris, & viſcerum obſtructiones, comitiales morbi, apoplexiæ, in ſumma deſtillationum, fluxionumq́; morbi plerunque excipiunt. Et nos ob aĩ mores ægros * quotannis non paucos perſanauimus, ſolis animi motibus ad debitum modum reuocatis. Eſt vero non ſpernendus huius ſnĩæ teſtis, ipſum partium nobis numen Aeſculapius, qui multas ſcribi cantilenas, mimosque ridicularum rerum fieri, & melodias quaſdam inſtituit. Alijs, q̃bus vehementiores aĩoſę partis motus, corporis tẽperamentũ iuſto calidius efficerent. Alijs quibuſdã, neq; ijs paucis, uenari, equitare, atq; armatos exercitari iuſſit, ijſdemq́; ſtatim tum motuũ ipſorũ ſpẽm, vtiq; q̃bus motus iniunxit: tũ armorũ, quibus armatis exerceri præcepit, definiuit. Non. n. quo pacto excitetur, erigaturque aĩoſa pars, cum imbecilla ſit, prẽcipere ſat habuit, niſi ẽt menſuram eius ab exercitationum idea definiret. Non. n. pari modo excitatur ea animi portio, vbi cum apris, vrſis, tauris, & alijs id genus præualentibus robore belluis agitãdis ſumus attẽti: & cum leporẽ, capream, & id genus fugacia ac timida ſectamur: Nec ſimiliter, cum in leui armatura, & graui exercemur: nec pariter, cũ citato curſu dimouemur, & cũ medio-cri motu agimur: nec, vbi cum alijs contẽdimus, & vbi ſoli agimus: Iam, clamore, an tacitus ad labores inhorteris, irritesque non parum ſanè intereſt. Verum de his latius dicẽt in ſequentibus. Sed infantes, qui optimũ ſortiti ſunt temperamentum, (de his. n. ſermo erat) non leui cura egẽt, ne quos animi motus immodicos incurrant. Quippe loquelæ adhuc expertes, ploratu, clamore, iracundia, & inordinato ſui motu dolorem indicant. Noſtrum igitur officium ſit, coniectantes quid deſiderẽt, aſſidue″ id ſuppeditare prius, q̃ auctus dolor in nimiũ, atq; inordinatum motum vnà cum corpore etiam animum ipſum vniuerſum conijciat: ſiquidẽ dentientes, aut ab externo quopiam offenſi, aut aluum exonerare, aut meiere, aut eſſe bibere ve cupiẽtes perinde, ac diſcruciati, plorant, atq; enormiter mouẽtur. Fieri etiam poteſt, vt frigore offenſi, teporem deſiderẽt: ſicuti contra æſtu immodico afflicti refrigerationem. Eſt, quando multitudinem inſtratarum ueſtium non tolerat. Quippe* multos offendit id quoq; non minimum, maxime verò cum aut totum corpus uertere, aut ẽt artus mouere cupiunt. Quinetiam ipſa quies, ſi ſit diuturnior, non parum moleſta eſſe ſolet: quãdo nullũ animans immodico vllo delectatur, ſed ſemp medium modum expetit. Porro medius ipſe módus nõ unus omnibus eſt, ſed omnis mediocritas ex eorum ſemper eſt numero, quæ in collatione ad aliud ſpectantur. Quocirca, qui curam infantis educãdi ſuſcipiet,

† Cũ hoc in loco triũ animarũ, quæ in corde, cerebro, & hepate locãtur, Galenus afferat exempla, nõ inepte quidã putãt uoces illas ſenſiles, & inſenſiles, & guloſi, aliter uertendas eſſe, ut dicãtur, intelligentes, & ſtupidi, & cupidi, quæ ad animam, non ad corpus referuntur: huic autẽ uerſioni græca etiam lectio ſubſcribit, & Galeni uerba inferius circa mediũ iſtius capitis id palã oſtendunt.

* παθήματα.

* In Aldino codice legitur πολλὰ in manuſcriptis πολλάκις, multoties.

A. li. 1. f. 1. c. 46. 53.

A. ibidem.

A di ſuſcipiet, hunc planè ut acrem mediocritatis, conuenientisq; cõiectorem eſſe, ita hæc ſemper p̃bere oportet prius, q̃ ex deſiderio cuiuſuis auctus dolor, ſimul cum corpore aĩum quoq; in motus immodicos conijciat. Quòd ſiq̃, quod infeſtat, imprudentibus, inſcientibusq; nobis auctum eſſe contigerit, corrigere moleſtiam tentabimus ilico vel p̃bito, quod expetit, vel ſublato, quod offendit, ẽt motu per vlnas nutricis adhibito, ac vocis modulamine, quibus uti prudẽtiores nutricum conſueuerunt. Ego nanq; puello quodã totum diẽ irato, plorãteq; ac immodice ſe, inordinateq; iactante, nutrice ipſa oĩs conſilij inope, deprehendi qđ offendit. quippe vt neq; papilla in os immiſſa, neq; à nutrice ꝓlatus, ſi forte meiere, aut aluũ exonerare vellet, lenitus eſt, ſed nec cũ ab vlnarũ agitatu reclinari eſt cœptꝰ: aduerti aũt tum lectũ, tũ inuolucra, tum veſtes ipſas ſordidiores, p̃terea puellũ ipſum immundum, atq; illotũ: lauare detergereq; iuſſi, tum lectulum mutare, ac veſtẽ oẽm terſam mundamq; p̃bere. Quibus ꝓactis, ꝓtinus ab immodico agitatu cõquieuit, ilicoq; dormiuit nõ ſuauiſſimũ mõ, verumetiã lõgiſſimum ſomnum. Vt uerò recte cõijcias, q̃ puello officiant, non modo ſolertia eſt opus, ſed ẽt aſſidua de ipſo, q nutriẽ, experientia.

A.l.1.f.3.d.1. c.2.fo.57.d

Quales oporteat nutrices eſſe. CAP. 9.

B HAec igitur oĩa uſq; in tertium à natali annũ circa puellum ꝓagenda cenſeo. In primisq; de nutrice ipſa nõ minimã habendam eſſe curã, quid edat, q̃d bibat, quo pacto in ſomno, venere, exercitatione ſe hẽat: vt videlicet lac eius egregie ſit tẽperatum, quale certe erit, ſi ſanguis eius quã optimus ſit: porrò is talis eſt, q̃ nec flaua abũdat bile, nec atra, nec pituitoſus eſt, nec ſeroſus, nec aquoſo liquore ꝓmiſtus. Naſcit aũt eiuſmodi ſanguis ab exercitatione moderata, & cibis tum boni ſucci, tũ iuſto tꝑe, modoq; aſſumptis, p̃terea potione tempeſtiua, modicaq; ſumpta. De quibus oĩbus in ijs, q̃ poſt dicentur, diligenter ageẽ. A venere oĩno abſtinendã eſſe, quæ cunq; lac p̃bebit, moneo. Nam & menſes viri conſuetudine prouocantur, & lac odoris gr̃am in deterius mutat. Quinetiã aliquẽ in vtero concipiunt, quo nocentius puello adhuc lactenti nihil eſt. Interim. n. quicquid ſanguinis eſt optimum, in fœtum abſumitur. quippe is, cum proprium in ſe vitæ principium contineat, & huius moderamine agitur, & aſſidue conueniens ſibi alimentũ trahit, †vtero ipſi veluti radici adhærens, nec vſquam ab eo nocte dieve diſcedẽs. Interim verò non minor modo, verumetiam deterior rationabiliter reddit ipſius grauidæ ſanguis. Quo fit vt lac ipſum tum peius, tum vero exiguum in mammillas colligat. Quare ſi, quæ infantẽ lactat, vterum gerit, ego magnopere ſuaſerim aliam inueniendam nutricem. Cuius ẽt lac guſtu, odoratu, viſu conſiderandum, explorandumq; diligenter ſit. ſiquidem, quod optimum eſt, id guſtanti olC facientiq; planè ſuaue, intuẽti candidum, æquabile, ac liquidi craſſiq; medium apparebit. Quod vitioſum eſt, e diuerſo aut craſſum & caſeoſum, aut liquidum & ſeroſum, ac liuidum, tum, conſiſtentia ipſa, coloreq; inęquabile uidebit. Idem guſtantibus amarorem, aut ſalſedinem, aut qualitatẽ quampiam extraneam exhibebit: tale verò nec olfaciẽti ſuaue erit. Atq; lactis probi improbiq; hæc ſunto indicia, q̃ coniectans, cum * mater aut iam cõcepit, aut morbo aliquo eſt affecta, ad aliamq; nutricem trãſire eſt neceſſarium, lactis iudicium atq; electionem facere quis poſſet.

† ἐῤῥιζομένων ϑεϑῆ μήτρᾳ. i. inſertis in utero radicibus ad nexum.

De cibo, frictione, & balneis, quæ puello poſt lactis uſum conueniunt. CAP. 10.

A. ibidem. g

TVm verò puellum, quoad primores dentes emiſerit, ſolo lacte alendum. quo tꝑe eum ſolidiori quodammodo iam cibo aſſuefacere conueniet, quod etiam experientia planè docte mulieres faciunt: primum panem, mox legumina, ac carnẽ, & ſimilia, oĩa prius commanſa puellorum oſculis immittentes. Corpus autem infantium confricare oportet oleo dulci: ſicuti idipſum recte peragunt nutrices pleræque, ſtatim ipſas corporis partes modulantes atq; fingentes. Verum in eo, quem propoſuimus, puero, qui corporis ſtatu eſt optimo, qđ ad mẽbrorum * modulum ſaltem attinet, nihil eſt, ꝙ curioſa nutrix ſit, ſed tm̃ fricet quotidie mediocriter, ac lauet: idq; q̃ fieri maxime poteſt, lacte in ventriculo minime adhuc hærente crudo, quippe ꝙ periculD um eſt, ne prius, q̃ probe ſit concoctum, in totum corpus infantis digerat. Multo verò maxime ſiquis ventriculum ipſum adhuc lactis plenum infricet, tum corpus crudo alimento implebit, tũ caput onerabit. Quo magis proſpiciendum in primis eſt, nequid nutrimẽti neq; ante balneum, neq; ante frictionem puerulo præbeatur. Id fiet, ſi ad hæc adminiſtranda nutrix poſt longiſſimũ ſomnum diligenter tꝑs obſeruet. Id. n. maxime temporis eſt, in quo vel inanẽ planè vẽtriculum inuenias, vel certe concoctum iam alimentum in ſe continentẽ. Quæ autem, ut hodie fit, faciunt, ſanè lædunt, aliæ vnum, & certum diei tꝑs p̃ſcribentes, aliæ, cum ipſæ à negociis vacẽt, tum demum curãtes. Quo fit, vt ſæpius lædi, q̃ iuuari, puellos neceſſe ſit: quippe quod à nobis p̃ſcriptum tꝑs eſt, alias in aliud diei, noctisve tempus incidit. Maiorum tm̃ puerorum, qui videlicet plagis, minis, obiurgationi, monitis parere norunt, ijs duplex cum fricandi, tum lauandi temporis occaſio eſt: prior ac commodiſſima, cum à matutino ſomno ſurrexerint, deinde luſerint, ac iam cibum petant. tum. n. maxime vocandi ad hæc ſunt, ac corpus quidem ad ſanitatem pariter & bonam habitudinem, animus ad obſequelam & temperantiam exercendus: interminandumque non aliter nos cibum præbituros, niſi, quantum ipſi velimus, frictioni balneoq; ſe permiſerint. Atque optimum quidem tempus hoc fuerit. Quòd ſiqua occupatione, qui puellum alit, auocetur, modico pane præbito, ludere permittat, quãtum velit: deiu, cum rurſus cibum petierit, tum

* εὐρυθμίαν. concinnitatem.

A. l. 1. f. 3. d. 1. c. 4. fo. 51. f.

fricet,lauetq;.Minime tñ bibere ei permittendum poſt cibum eſt,quem balneum excipit: qñ ita E
præcipitatior eorum, quæ uentriculus continet,diſtributio in corpus fiet. Id verò in corporibus
prorſus ſanis cauere oportet. Quippe quibus vtilius ſit ante balneum cibum dediſſe,horum pla-
nè improbandi tum affectus ſunt, tum corporum ſtatus. De his uerò in ſequentibus dicemus:
nunc p̃mendum nobis ꝓpoſitum eſt: nempe vt puellum, cui optime affectũ corpus ſit, ſic educe-
mus,vt talis ꝓpetuo ſeruetur: huic expedit, vt cibus balneum ſequatur. Quòd ſi,quo loco puellus
alitur,balnei copia non ſit,(fortaſſe uero nec iſta vnq̃ legent, q̃ ibi habitant) in concha pueros
lauant,donec alterum,iam,tertiumve ætatis annum attigerint. Qui uerò hos annos exceſſerint,
eos,ſi non quotidie,at certe tertio quoque die quartove vnguntatq; infricant. Quòd ſi anni tp̃s
non ꝓhibeat,ſtagna amneſq; his lauacra ſunt,ueluti nobis balneum. Apud Germanos.n.planè
* Græce eſt. παρὰ μὲν γε τοῖς γερμανοῖς οὐδαμῶς τρέφεται τὰ παιδία. quo loco ſi pro τρέφεται legas τρίβεται. ſic uertes (apud Germanos eñ nullo mõ fricantur infantes.) lõge meliori ſenſu, quam ſi pro οὐδαμῶς legas ut aliqui uolunt οὐ καλῶς τρέφεται. non bene nutriuntur.
* πεῖραν, i. experientiam.
ne * nutriri q̃dem infantes cõtẽderim. Verum nos neq; Germanis, neq; alijs agreſtibus,aut bar
baris hoĩbus hæc prodimus,non magis equidem q̃ urſis, apris,leonibus,aut alijs id genus feris,
ſed Græcis,& ijs,q̃,tametſi gñe ſunt barbari, Græcorum tñ æmulantur ſtudia. Nam quis,quæſo,
eorum hoĩum,qui apud nos degunt, tulerit modo editum infantulum, etiam ab utero calentem,
ad flumen deferre,ibiq; (ſicuti Germanos aiunt) ceu candens ſit ferrum, in frigidum humorem
mergendo,ſimul de naturæ uigore periculum facere,ſimul corpus ipſum roborare? Quippe,ſi ci- F
tra noxam id tolerauit,&, q̃ propriæ naturæ robur oñdit, & nouum p̃terea robur ex frigidæ cõ-
mercio comparauit,nulli non patet. Cæterum, ſi ab externo frigore naturalis calor ſit uictus, q̃
ꝓtinus interire neceſſe ſit,id quoq; neminem latet. Quis igitur mentis compos,nec oĩno ferus,
Scythave proprium pignus in id agere diſcrimen * ſuſtineat,in quo errorem mors ſequit̃,potiſ-
ſimum cum ex eo ꝓiculo non magnum ſit futurum,q̃d lucrifaciet;aſino.n.fortaſſis, aut id genus
experti rationis animanti utiliſſimum fuerit denſum ita tergus, durumq; effici, ut citra dolorem
frigus toleret,homini uerò rõne prædito,cuinam,quæſo,tam magno ſit uſui? Non.n.ſi quis abſo
lute,citraq; exceptionem pronunciet,cutem denſiſſimam duriſſimamq; vtilem ad ſanitatẽ eſſe,
is recte dicat. Cum nanque aĩalis corpori duplex inſtet incommodum,alterum ab externis, alte-
rum ab internis occaſionibus;quorum certe rara molliſq; cutis eſt,ij ab extrinſecus imminenti-
bus malis facile tentantur:quorum denſa ac dura,ab internis. Itaq; etiam Hippocrates, vbi de
ijs præcipit, quæ in nobis ab alimẽto ad commodum incommodumve cedunt, poſt alia multa,
In libr. de Aliment. ad med.
hæc ſcripſit: ‖ Raritas corporis ad tranſpiratum ijs,quibus plurimũ auferẽ,ſalubrius: q̃bus minus, „
inſalubrius. Præſtat ergo utrunq; declinaſſe exceſſum, nec adeo aut dẽſam reddidiſſe cutem, ut „
corporis tranſpiratum ꝓhibeat; aut raram, ut facile à qualibet extrinſecus incidenti occaſione G
læ̃datur. Tale porrò natura eſt propoſiti nobis hoc loco puelli corpus,cum ſit medium oĩs exceſ-
* ἀρετὴν.
ſus. Eſt ergo id ea ratione alendum,ut ſtatus ſui * gr̃am perpetuo ſeruet. Seruabit aũt,ſi primis qui
dem annis ſolo lacte nutrias,ac balneo dulcis aquæ & calentis utare: quò uidelicet corpus eius
molle,q̃ diutiſſime ſeruatum,ad plurimum augmenti ꝓueniat. Ab his annis,cũ iã mitti in ludum A.l.1.ſ.3.
eſt habilis,non neceſſe erit aſſiduis p̃terea balneis uti; ſed interim,dum luctari condiſcit, media- c.4.fol.91
criter inibi añ cibum exercitari ſat erit,ac balneo plerũq; abſtinere. Modũ uero in labore exceſ-
ſiſſe,quod non nulli pædotribæ pueros cogunt, prorſus alimentum eſt: ſi quidem intempeſtiua
duritie corporis inhibetur auctio, etiam ſi natura ſit ad auctum quàm maxime comparatum.

De uino puellis uitando, ac de aqua, & aere optimo comparando. CAP. II.

SAnè vinum q̃ diutiſſime, qui ea natura puer eſt, ne guſtare quidẽ ſuaſerim: q̃ppe qđ hauſtũ A.ibidem.
& humectat nimiũ,& calfacit corpus, tum caput halitu replet ijs, q̃ humido calidoq; tempe-
ramento ſunt,quale eſt eiuſmodi puerorũ. Atqui nec repleri his caput eſt utile, nec ipſos ſupra,
q̃ par eſt,humidos calidosq; fieri: qm̃ eo iã caloris humoriſq; peruenerunt,ut,ſi paululũ utrãuis
qualitatem auxeris,iam modum exceſſerint. Cum aũt ſit oĩs exceſſus fugiendus, maxime hunc
fugere expedit,ex quo non corpori mõ,verumetiã aĩo damnum accedit. Quare neq; iam adul- H
tis uinum,niſi modice ſumptũ,exiſtimandum eſt utile eſſe: q̃ uidelicet ad irã p̃cipites, & ad iniu-
riam incontinentes facit,& partẽ animi rationalem hebetẽ,turbidamq; reddit. Cæterum his ip-
ſis ad bilis excrementa uel mitiganda,uel expellenda eſt ſanè non inutile: non minime uerò ad
eam ſiccitatem,q̃ in ſolidis partibus,aut ex immodicis laboribus,aut ex ꝓprio ætatis tẽperamẽ-
to prouenit,idoneum eſt uinum. Humectat nanq;, ac nutrit,quicquid immodice ſiccatum eſt: tũ
bilis amaræ acrimoniã mitigat,ac frãgit: p̃terea per ſudores,urinaſq; uacuat. Pueri uerò,ceu qui
talem ſuccum minime colligunt, quiq; naturalẽ humiditatẽ plurimã obtinent, ut cõmodorum,
† Aliqui in codice græco legũt non ἐξουσιν ἀυτοὶ πρὸς τὸ ψυχρὸν, i. affecti fuerunt ipſi erga frigidã, ſed ἢ ἔξουσιν &c. ideſt uenerint ipſi ad aquam frigidam.
q̃ uini potio largiẽ, planè non egent,ita incõmoda,q̃ affert, tñ ſentiunt. Nemo itaq; rationis cõ-
pos ea uti potione pueros ſinet,quam,præterq̃ q̃ nullum affert cõmodum,immenſum ẽt ſequiẽ
incommodum. A frigidæ potione oĩno prohibendos hmõi pueros non cenſeo,quod tñ aliq; fa-
ciunt: uerum à cibo plerunq;,& per calores,† cum ipſis cordi erit, uti permitto, potiſſimum uero
(ſi copia eius ſit) fontanæ recẽtis,cui nulla qualitas uitioſa aliunde ſit contracta: ea ſi non eſt,re-
liquarum. Cauendæ uerò ſunt,quæ ex ſtagnis hauriuntur,& q̃ turbidæ,& quæ maleolentes, &
quæ ſalſæ,deniq; in quibus qualitas aliqua guſtu deprehenditur: quando quæ optima eſt,ea pe
nitus non guſtui modo horum,uerumetiam olfactui omnis qualitatis expers uidebitur. Eadem

quoque

A quoque tũ potui iucũdiſſima erit,tum planè pura.Quod ſi* præcordia quoq; celeriter tranſit,nihil eſt, q̃ magis idoneam requiras: qñ,ſiqua pura,lympidaq́; eſt,nec potu inſuauis,nihilo ſecius tñ circa præcordia hæret, hæc † vitio nõ caret:atq; abſtinendum ab ea cenſeo vtiq; cum prorſus eſt frigida: cæterum à calefacta non deterreo. Ac tutiſſimum quidẽ ſit experiẽtia ipſa de huiuſmodi aqua iudicium fieri. Quòd ſiquis eſt, qui ex notis potius vim eius prænoſſe malit: Cuius fons è petra ſcaturiens, contra Septentriones fluit, Solemq́; auerſum hẽt,hanc ægre concoctum iri,tardiq́; tranſitus eſſe putandum eſt: eadem nimirum calefiet,frigefietq́; tarde. Contra, cuius ad orientem Solem fons erumpit, quæq́; per meatum aliquem mundum,aut purã colatur terram, eademq́; calefit ac refrigeratur ocyſſime, hanc oĩ ætati vtiliſſimam eſſe exiſtimandum eſt.Non.n.ſicuti vino,eſcis,exercitatione,vigilijs,ſomno,ac venere,alijs alias vti pro rõne ętatis expedit, ita de aqua quoq; ſtatuendum eſt, ſed quam nunc optimã indicauimus, hac vti puero, iuueni,ſeni,conducit.Idem de aere iudicandum,quem optimum in pulmones trahere oĩbus iuxta ſalubre eſt. Optimum aerem cenſeo, qui prorſus ſit purus. Eiuſmodi vero fuerit, qui nec ſtagni, nec paludis halitu ſit perturbatus, nec ex profundo ſpecu peſtilentem auram ſpirãte infectus,qualis circa Sardes,& Hierapolim,alibiq́; terrarũ ſępenumero viſitur.Nec,q̃ ex cloacis,

B quæ magnam aliquam vrbẽ,aut numeroſum exercitũ purgent,vitium cõtraxit. Nec,qui ex aĩalium, olerum, aut leguminũ putredine,aut fimo coinquinatur. Nec,qui ob ſtagnum,vel flumen vicinum nebuloſus eſt. Nec,qui editis undiq; montibus in cauo loco clauſus,nullũ recipit p̃flatum. Suffocans.n.putrisq́; eſt,ſimilis eis,qui in domibus quibuſdam eſt incluſus,in quibus ob putredinem, & perflatus defectum plurimus aceruatur ſitus. Huiuſcemodi ergo aer oĩ planè ætati eſt noxius:ſicut e diuerſo,qui purus omnino eſt,nulli non ętati eſt vtilis.At verò,quæ ex calore, frigore, ſiccitate, humiditate diuerſitas aeris contingit, nõ proinde ſe ad oẽs homines hẽt.Sed corporibus, quæ optimo temperamento ſunt ẽt optime temperatus aer eſt ſaluberrimus. In q̃bus vero aliqua exuperans qualitas dominatur,ijs vtiliſſimus aer eſt,qui ei qualitati maximè eſt aduerſus, frigidus calidæ, calidus frigidæ, humidiori ſiccus, ſicciori, quàm par eſt, tanto humidior,quanto ſiccitas ipſa modũ exceſſit. Atq; hæc quidem hoc loco intellexiſſe ſat eſt.Quemadmodum verò incommoda, quæ ex vitioſis aere,aquisq́ue prouenit, corrigas,alio volumine dicetur.Nunc enim optimum corporis ſtatum,ſimul cum optima victus ratione,ceu ſcopum ac regulam quandam tractare conſtitui. Quę enim uitioſa in aliquo corpore ſunt, horum varietates omnes vnà cum idonea ipſis victus ratione in ſequentibus libris proſequemur.

C *Ratio tuendæ ſanitatis ſecundi, & tertij ſeptenarij, ac de vijs ſingulorum corporis excrementorum.* CAP. 12.

QVare rurſus ad optimi ſtatus puerum reuerſi, ſecundum ſeptennium eius explicemus, & cuius temperamenti ſit,& quod nam poſtulet victus genus.Ergo temperamentum eius(ut in libris,quos De temperamentis ſcripſimus,euidenter oſtendimus)calidum eſt eodem gradu, quo prius, humidum verò non eodem. Qñquidẽ oẽ animans ab ipſo ſtatim ortu ſiccius in dies efficitur;minime tamẽ per oẽs ætates aut calidus,aut frigidus euadit.Sed quorum optime ſe habent corpora, ijs calor ſimilis quodammodo vſq; ad ſummum incrementum manet;quorũ verò humida,frigidaq́ue ſupra optimæ conditionis corpus ſunt,horum calor augetur.Sed non eſt

A.lib.3.d. ra. 4.fol.59.g nunc de his ſermo.Cui verò optimi ſtatus corpus cõtigit,is ad quartumdecimum vſque annum iam traditam victus rationem obſeruet, illo tñ in exercitatione ſeruato modo,vt neq; immodice ſe, neq; violenter exerciteť:ne corporis id incremento ſit in mora. Lauetur ãt calida potius, q̃ gelida: vt qui nondum hanc citra noxam tolerauit.Hoc ætatis,animum quoq; finxiſſe aptiſſimum eſt, idq́; potiſſimũ probis cõſuetudinibus, & grauibus diſciplinis, quę animo modeſtiam pariant.Quippe cũ ad ea,q̃ ſequente ætate circa corpus eius moliri oportebit,maximo compẽ-

D dio ſit animi modeſtia,& ad parendum facilitas.A ſecundo verò ſeptennio vſq; ad expletũ tertium, ſi quidẽ ad robuſtiſſimum corporis habitum prouehere hominem cupis, aut militem eum ſtrenuum, aut luctatorem, aut aliàs viribus inſignem deſtinans, utiq; de ijs animi dotibus, q̃ ad ſcientiam,ſapientiamq́; pertinent,minus laborabis.Quæ.n.ad mores ſpectant,hac maxima ętate perfici abſoluiq́; conuenit.Sin corporis membra roborare hactenus cupis,dum ſanum quendam habitum,& incrementum iis compares,animi verò rationalem partem ornare adoleſcentis ſtudes, non eſt vtrobiq́; eadẽ victus rõ ex vſu. Quanq̃ ẽt tertiam, quartamq́; vitæ formulam licet inuenire:aliis ſordidarum cuilibet artium deditis,idq́; vel ei quæ corpus exerceat,vel alie nũ ab exercitio id teneat:alijs ad agriculturam,vel mercaturam,vel tale quippiam ſe conferentibus: q̃ genera tot numero ſunt,vt difficile certe videatur oẽs vitę ſpecies certo numero cõplecti. Ac ars quidem, quæ ſanitatem tuendam profitetur, omnibus profecto hominibus ſanitatis tuendæ documenta pollicetur, aut ſingulorum propria, aut omnium communia: aut hæc quidem propria,illa verò cõia.Veruntamen fieri nequit,ut de omnibus ſimul differatur,ſed primo loco quemadmodum quis ad longiſſimum prolata vita, ẽt bona valetudine perpetuo vtatur. (Sanè hanc vitã ab omni,quod neceſſitate ſe ingerit,negocio liberam eſſe oportet,ac ſoli corpori vacare.)Secundo loco,ut de iis,quæ cum arte aliqua,aut opere,aut*exercitio,aut miniſte-

rio

* ὑποχονδρίων.

† ἡμιμοχθηρὰν i.ſemi vitioſam.

* ἐπιτηδεύματος i. vitæ inſtituto, aut uiuendi ratione.

rio priuato, publicove, in ſumma, quæ cum premente aliquo negocio coniunctæ ſunt. Sic vtiq; E
fieri poteſt, vt de omnibus diſſeratur. Neq; n. aliter aut dilucidus, aut memoratu facilis, aut certa methodo traditus ſermo noſter videatur, niſi hũc ordinem ſequatur. Sed ad id, quod primo loco propoſitum eſt, reuertendum, docendumq; quemadmodum, qui optimum corporis habitum eſt nactus, ab oĩbus, quæ ad publicũ in vita ſpectant, ſecedens, ac ſibi ſoli viuens, nec morbo vno, quoad fieri põt, vnquam tentetur, nec ante lõgiſſimum vitæ tps morte occupetur. Immortale nanq; fieri quod genitum eſt, planè non põt: tametſi noſtri temporis philoſophus quidam in egregio. ſ. opere illo, in quo immortalitatis viam docet, id oſtendere ſit aggreſſus. † Vt vero corpus in plurimum perduret tps, id verò fieri poſſe profecto conuenit, ꝛ præſertim eius, qui optima ſit natura. Sunt enim qui ab ipſo ortu, adeo improſpero corporis ſint ſtatu, vt, ne ſi Aeſculapiũ quidem ipſum ijs præfeceris, vel ſexageſimum annum videant. Sed non eſt nũc de his locus. Quare ad illum hominem potius, qui optimo eſt habitu, reuerſi, repetamus ea, quæ inter initia præmonſtrauimus, nempe q comeſſe bibereq; nobis neceſſe eſt propterea, q è corpore noſtro aliquid ſemper defluit. Cum verò edendum nobis, bibendumq; ſit, neceſſe rurſus eſt excrementorum excernendorum curam rationemq; haberi. Horũ verò cum variæ ſint ſpecies, aliæ eorum, quæ in ventriculo ꝓficiuntur, aliæ eorum, q̃ in iecinore, arterijs, & venis, aliæ F
eius, qđ per ſingula membra diſtribuitur, alimẽti, ſanè cuiuſq; ſuam eſſe vacuationẽ oportet: ſi cuti idipſum ab initio inſtituiſſe natura vr, quæ inſtrumenta aĩalibus contulit, alia, quæ excremẽta ipſa expurgent ac ſeparent, alia, quæ deducant, alia, quæ in vnum colligant, alia, quæ excernant. de quibus oĩbus tractatum nobis fuſius eſt in ijs commẽtarijs, quos De naturalibus facultatibus, & quos De particularum aĩalis vſu inſcripſimus. Nunc hypotheſeos loco hęc preſumẽda ſunt ad ea, quæ paramus. Primum nanque excrementum & à ſyncero ſeparatur, & paulatim A. I. t. f. 1. d. c. 2. fol. 8. impellitur per omnia inteſtina vſq; ad ſatis capax ſpatiũ, quod in eo inteſtino viſitur, qđ ab argumento rectum vocant: ad cuius exitum muſculi quidam ſunt inſerti, qui ipſum coerceant, intusq; detineant, ac ne immature effluat, vetent. Poſtea verò, q̃ plurimum congeſtum iam graue animali fuerit, tum foras agi ſinunt, ad celeritatem emiſſionis ẽt abdominis muſculis vna cum tranſuerſo ſepto adiuuantibus. Iecinoris excrementorum aliud eſt, quale quod florem in vino appellant, aliud, quale quod fex dr: Atrahitur alterum à veſicula, quæ iecinori ſubijcitur, alterũ à liene. In his collecta, cernuntur, alterum in priorem tenuis inteſtini partẽ, alterum in ventriculum: ab hisq; iam per oĩa inteſtina, vnaq; cum ſicciori alimẽti excremẽto permeant. Quod ãt in uenis, & arterijs excrementum aceruatur, eiuſmodi planè eſt, quale in lacte concreto ſerum. G
Hoc renes à ſanguine ſecernẽtes, ad veſicam tranſmittunt. Ea porro id colligit, ſeruatq; ad eũ-
* ἐπίκειται. dẽ fermè modũ, quẽ de ſicco excremẽto ſupra retulimus. Quippe * adnaſcitur hic quoq; ad exitum ipſum muſculus quidam tranſuerſus, qui oſculum veſicæ ita ad vnguem comprimit, vt inde nihil effluat. Poſtq̃ verò huius quoq; collecta iam copia animal vrget, ilico ſe remittens, laxâsq; ſtatione cedit. Veſica uerò oẽ excrementum excernit, rurſus hic quoq; vt ad celeritatem exitus ſiccorum excrementorum, auxiliantibus muſculis ijs, qui in abdomine ſunt ſiti. Reliquum excrementorum genus in ſingulis animalis naſcitur particulis ex ipſo vñ aluntur ſucco: aliud quidem ceu ſemicoctæ quæpiam reliquiæ, quæ aſſimilari nutriendæ parti nequierunt: aliud quod prius tranſmittẽdi alimenti fuit vehiculũ, nunc functum officio, humidũ tenueq; ſupereſt: quale nimirum ſeroſum illud iam dictũ, qđ exuaſis (i. uenis, & arterijs) in ueſicam defluit. Huic excremento nullus certus à natura præſcriptus meatus eſt, expellitur tñ partim actũ ꝓ ipſa molliora corpora, quæ fluẽtis eius uiolẽtiæ cedunt, potiſſimum cum a ſpiritu maiore impetu irruẽte impellitur: partim ẽt ꝓ exiguos oẽs corporeæ molis meatus, πόρους Græci vocant, quorum nõ modo reliquũ corpus uniuerſum, ſed ẽt tota cutis plena eſt. Dictum ãt nobis de generatione horum eſt in libris, quos De tẽperamẽtis edidimus. Ergo tenuiſſimũ huius generis excrementũ facile ſanè H
eijcitur, partim in ſpeciem halitus ab inſito calore ſolutum, partim uiolẽto motu cõfertim erũpens. Appellant uero, quod ita excernitur, ſudorẽ. Alterum uero, cui nullum publice nomẽ eſt, quod uidelicet nec uulgo eſt cognitum, ut quod conſpectum præ tenuitate effugiat, ab ijs, qui id ratione contemplati ſunt, ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ Græce, id eſt trãſpiratio, uel perſpiratio, uel perflatus ſenſum latẽs uocatur. In hoc inſenſibili perflatu ẽt craſſioris excrementi non nihil excernitur. Huic ãt & uehementiore deducente calore, & impetu impellente maiore opus eſt: cũ alioqui periculum ſit, ne ante itineris finem ſiſtatur, ſaltem ad cutim. Ab hoc excremento tũ pilis originem eſſe oſtenſum nobis eſt: tum uerò ijs, quæ circa oĩum cutim ſemper aceruãtur, ſordibus. Ac dicta ferme nobis uniuerſa ſunt tum generationis, tũ ẽt expulſionis excrementorum neceſſaria capita: q̃ in alijs noſtris operibus, quorũ proximè meminimus, euidenti demonſtratione aſſerta, hypotheſes opportunę ſunt ijs, quæ nũc molimur. Nã, qm̃ eijci hæc oportet, utpotè q̃ uitioſa qualitate ſint, tametſi Aſclepiades reclamet, conuenit (arbitror) primũ nouiſſe, qui bus maxime cauſis remorentur: dein rõnem inire, qua nec in ipſas incidatur: ac, ſiqñ inciditur, q̃ primũ error corrigaẽ. Atq; ne incidatur q dẽ, hinc, licet, aſſequamur, utiq; ſi, excreta abũde ſint necne, compertum habuerimus: ut uero erratum iam corrigatur, alia quadã methodo eſt opus.

† *Al. Clarius ex antiquis: id uero fieri profecto poteſt.*

Cauſæ

Cauſæ retentionis ſingulorum corporis excrementorum. CAP. 13.

A Dicamus itaq; primum, a quibus maxime remorentur memoratorũ excrementorum ſingula: mox quo pacto, quod retentum eſt, expediatur. Ergo ijs, quæ in ventriculo continentur excrementis mora contingit, aut ipſius cibi potionisq; culpa, aut ipſius ventriculi vnà cum inteſtinis. Et cibi quidem potionisq; vitio, aut ꝑꝑ qualitatem eorum, aut quantitatem: ad hæc ordinem, vtendiq; modum. Et propter qualitatem quidem, ſi acerba, auſtera, aut ſiccæ naturę fuerint. Propter quantitatem, ſi iuſto plura, aut pauciora ſunt aſſumpta. Ordinis culpa, ſi, quæ ſicca adſtringentiave ſunt, primo: q̃ humida pinguia, & dulcia, ſecũdo loco ſunt ſumpta. Modi vſus ratione, ſi, cum bis fuit edendum, totum ſemel ſumpſerit alimentum. Quæ verò ventriculi inteſtinorumve vitium ſequitur excrementi mora, vel ob naturalem eorum affectũ accidit, vel certe acquiſititiũ. Ac, quæ quidem naturæ eorum vitio cauſæ proueniunt, ex prauis corporis habitibus ſunt: ſicuti, ubi de his agemus, dicet. De acquiſititijs hoc loco agemus. Recentium ventris affectionum octo ſunt differẽtiæ, ſingulę ipſo genere intemperies: & quatuor quidem ſimplices, calor, frigiditas, ſiccitas, humiditas: quatuor compoſitæ, calor vnà cum ſiccitate, idem cũ humiditate: frigus adiunctum ſiccitati, idem cum humiditate. Sanè eo creuiſſe magnitudinis harum
B quamlibet oportet, vt iam inualidam reddiderit impultricem vim, aut ventriculi tantũ, aut gracilium inteſtinorum, aut craſſiorum, aut ẽt omnium ſimul, aut ex his quorundam. Creantur porrò eiuſmodi intemperies modo ab ijs, quę intrò in corpus ſumuntur: modo ab ijs, quæ foris incidunt. Et ab ijs, q̃ in corpus ſumuntur, cum in cibo, vel potione vis quæpiã medicinalis eſt immiſta ex earum genere, quę vel calfaciunt, vel refrigerãt, vel ſiccant, vel humectant, vel vna calfaciunt & ſiccant, aliave quampiam connexione harum qualitatum afficiunt. Ab ijs quę foris incidũt, vel ambientis nos aeris vitio, (cum is immodice calfacit, aut refrigerat: aut ſiccat, aut humectat: aut copula quauis harum qualitatum afficit) vel aquæ, qua lauerimus, vel unctionis, qua vncti ſimus, vel deniq; alterius cuiuſquam, qd̃, cum foris vẽtriculo adhæſerit, aut calfaciẽdi immodice hunc, aut refrigerandi, aut ſiccandi, aut humectãdi uim habuit. His igitur de cauſis ſupprimitur excrementum ventris. At flauæ bilis excrementum moratur, aut ꝑꝑ attrahẽtis expellentisve facultatis infirmitatem, aut ꝑꝑ vaſorum, quibus deducitur, atq; excernitur, anguſtiam. Porrò infirmitas tum ueſiculæ totius, quæ iecinori ſubijcitur, tum eorum meatuum, qui ab ea in iecur ſubeunt, tum eorum quibus in inteſtinum bilis euomitur, ex recenti intemperantia prouenire põt, tali vtique quali inteſtinorum ventris q; impultricem vim lædi diximus. Anguſtia verò
C uaſorum aut phlegmones vitio fit, aut ꝑꝑ ſcirrhos, (hi ſunt durities quædam non ſenſiles) aut obſtructionem, aut circumiacentium partium innixum, aut oſculorum conniuentiam. Iam ipſa à proximis partibus compreſſio, aut propter immodicam copiam eorum, quæ in ſe continent, aut propter phlegmonẽ, aut ſcirrhũ accidit, eque & oſcillorum conniuentia, aut ꝑꝑ horum quippiã, aut ẽt ſiccitatem. Porrò ſiccitatem accidere faciunt, & quæ valenter adſtringunt, & q̃ pariter calfaciunt & ſiccant. Illa nanq; humorẽ exprimendo, & q̃ patebant, contrahendo conſtringendoq; ac denſando, hæc eliciendo per habitum humore, ſiccitatem inducunt. Phlegmone nanq; & ſcirrhus, qm̃ morbi planè ſunt, ad præſentem diſputationem non pertinẽt, & alioqui de ipſis commodius agetur in ſequentibus. Pari ratione atræ bilis excrementum aliqm̃ ſiſtetur, ſi lienis ad amaræ bilis veſicam: vena verò, quæ ad illum a porta iecinoris pertinet, ad vaſcula illa, quæ amarum excremẽtum attrahunt: quæ verò ex liene in ventriculum fertur, ad meatum illum, qui amaram egerit, proportione ſit affecta. At excrementum, qd̃ per ſingulas aãlis, q̃ nutriuntur, particulas congeritur, & copia ſua, & craſſitudine, & prẽterea lentore remorantur: ad hęc, ob imbecillitatẽ caloris, qui id diſſecet ſoluatq;: præterea trãſitus anguſtiam. Ac copia quidem, craſſitudo, & lentor vel ex cibi potionisq; natura prouenit, vel recenti quapiam alteratricis facultaD tis in ea parte, q̃ nutritur, infirmitate. Imbecillitas uerò caloris, qui non id excrementum reſoluat, ac tenuet, ab exercitandi defectu prouenit. Anguſtia trãſitus, aut ob ſcirrhum, aut phlegmonẽ, aut obſtructionẽ, aut cõpreſſum alicuius, aut conniuentiã euenit. Quorum cuiuſq; originis rationẽ paulo ante retulimus. Sunt tñ partes, quę ꝑter latentes hos meatus, alios quoſdam apertos & conſpicuos obtinent, ſicuti cerebrum, & oculus: Id ãt inſtitutum a natura eſt, aut ꝑꝑ * eminẽtiam particulæ, aut ꝑꝑ actionẽ exquiſitius obeundam, aut ꝑꝑ continentiũ corporum ſpiſſitudinem. Eſt nanque cerebrum rationalis animę ceu domicilium: quod, cum oſſe ſolido undique ſit ſeptum, plurimis, maximisque canalibus expurgatur: primum per nares, & palatum: ſecundo per utranque aurem: tertio per caluę commiſſuras. Nec abſimile eſt etiam aliquid ab eo confluere ad oculos. Oculus uerò ipſe non tanquàm * primatum aliquem inter partes obtinens, ſed uelut qui purus eſſe omnino poſtulet, quo videlicet probe munus ſuum obeat, per euidentes meatus eijcit, quicquid in eo excrementi gignitur, nempe per nares * genasque.

* κύριον.

* κύριον.

* βλέφαρα i. palpebras.

Quo pacto educenda ſint ſingula corporis excrementa. CAP. 14.

ERgo excrementorum tum cauſas, tum inſtrumenta iam diximus: Quæ quemadmodũ quis retenta expediat atq; euocet, deinceps docendum: initio rurſus à uẽtre ſumpto. Ergo illud cõe omnium excremẽtorum documẽtum ſit, ut retentionis cauſæ cõtrariam cauſam ſemper admoueas,

moueas, ſpeciale verò per ſingulas, hoc, ſi comeſtorum paucitate & ſiccitate reſtricta aluus ſit, E vt cum plura, tum humidiora exhibeas. Si ſiccitate, plura quidem non offeras, ſed humidiora. Si auſteritate & acerbitate, dulcibus & pinguibus cibes. Quòd ſi in ordine ſumptorum erratũ ſit, vt eum errorem corrigas. Si cum bis edendum erat, ſemel comedit, vt non bis modo, ſed ẽt ſæpius paſcas. Eodem planè modo & recens contractas intemperies contrarijs remedijs ſarcias: nempe, quod ſiccatum eſt, humectans, qđ refrigeratũ eſt, calfacians, ac reliquos affectus ſimili rõne corrigens. Quibus uerò hæc fiant, in ijs, quæ de medicamentis ſcripſimus, proditæ materię ſunt. At flaua bile retẽta, ſi quidẽ obſtructionis culpa id accidat, eo qui extenuet victu utendum: cuius materia ſingulari uolumine a nobis eſt tradita. Sin ex cõpreſſu id eueniat corporum, quæ & eius bilis meatibus uicina ſunt, & immodice ſunt referta: ſiquidem ex craſſitudine ſucci id incidit, ex tenuante uictu eſt utendum: ſin ex multitudine, præſidijs, quę uacuent. Quòd ſi ob phlegmonem, ſcirrhum ve id cõtigit, iam res ſanitatis tuendę profeſſionem exceſſit. Sin propter recens contractam intemperiem, quęcunq; victa qualitas eſt, hanc reſtituere tentandum. Ad eãdem formulã, conniuẽtiam oſcillorum aperire cõueniet. Si ab auſteris facta eſt, pinguibus & dulcibus aſſumi iuſſis. Sin ijs, quæ calfaciunt, & ſiccant, ſucceſſit, adhibitis, quæ refrigerẽt & humectent. Dicetur & talium materia in ſequentibus libris. Idem expurgandi modus ẽt tertio excrementorũ gene- F re retento, & quod per ſingulas animalis partes colligi diximus, conueniet. Nã ſi contracta ſint, & tanquam conniueant meatuum ora, per aduerſa ijs, quæ ſic affecerunt, ſuccurendum eſt: nempe quæ ex frigidis cauſis ortæ coarctationes, conſtipationesq́; carneæ molis ſunt, ueluti q̃ ex ambientis frigore corporibus noſtris inciderunt, eas calfaciendo. Rurſus eas, quæ calori ſiccitatiq́; ſuperuenerunt, veluti quę feruoribus ſolis euenerunt, refrigerando & humectando. Pari modo, & quæ aſtringentium uitio prouenere, cuius generis ſunt aluminoſæ aquæ, has pingui ac molli frictione vna cum dulcis aquæ balneo reparando. Quòd ſi uel craſſitudinis, uel abundantiæ, uel lentoris excrementorum vitio obſtructi meatus ſunt, tenuatoria victus ratio his apta erit, prętera medicamenta, quæ calfaciunt ac diſſecant, quædam intro devorata, quædam foris admota: anteq́; hæc omnia exercitatio. Nam ea quoq; tum ſoluere excremẽta põt, tum per ſudoris meatus eijcere, tantoq́; tam cibis, q̃ medicamentis tenuantibus præſtat, quanto ſatius eſt nullo corporis noſtri habitu incommodo exigi, quæ redundant, q̃ pariter & carne liquanda, & ſolidis extenuandis. Hæc nanq; incommoda calidis, attenuantibusq́; medicamentis ſuccedunt. Exercitationibus vero adeo nihil tale ſuccedit, ut ẽt firmitas quędam membris accedat, cum & naturalis
* δυσπαθείας. ipſe calor accenditur, & ex partium inter ſe attritu duritia quædam * indolẽtia q́ue comparatur. G Quemadmodum verò ſe aliquis debito tempore, menſuraq́; exercitet, ac ſingularum actionum ordine decenti, qualitateq́; utatur, nunc equidem exequi non ſtatui: ſicut nec de alimenti ipſius
* μέτρου. tpe * modo ordine, qualitate: ſed nec de tenuantibus cibis, ac potionibus, nec de ijs medicamẽtis, q̃ qualitate immutant. nullus.n horum hactenus particularem uſum diximus, contenti ſummatim & per capita tantum attigiſſe. Verum in ſequentibus libris de omnibus fuſius agetur.

Compendium primorum generum quibus ars ſanitatis tuendæ continetur. CAP. 15.

NVnc enim in compẽdium redigere totum opus placuit, quatenus nulla materia lateret, cuius eſſe peritum deceat, qui omnẽ ſanitatis tuendæ artem profitetur: hunc γυμνὸν Græcè uoces, ſicuti gymnaſten, qui tantum, q̃ ad exercitationes pertinent, callet: quin Eraſiſtratus quoque ita eum appellauit. In ſequentibus uerò voluminibus dictarum iam materiarum cuiuſque
† Addendũ ex antiquis codicũ quantitatem. tum tempus quo exhibebitur, tum qualitatem, † tum vſus rationem trademus, ita ut non iam materia tantum ſit, ſed ſanitatis conſeruandæ cauſa. Etenim in tribus hiſce primis generibus conſiſtit ſanitatis tuẽdæ ſtudium æque, ac medendi methodus, nempe corporibus, cauſis, ſignis. Corporibus quidem ijs, quæ & ſana iam ſunt, & eo ſtatu ſeruari debent. Signis uero, quæ ipſis accidunt, ex quibus corpora ipſa dignoſcũtur. Cauſis ãt, ex quibus cuſtodia ſanitatis perficitur. Ha- H rum materiam quatuor generibus iuniorum probatiſſimi ſunt complexi, admouendis, educendis, faciendis, extrinſecus incidentibus. Et admouendorum quidẽ noïe, cibus, potio, † & ſi quid medicamentorum intrò ſumitur, etiam aer attractus intelligitur. Faciẽdorum vero, frictio, ambulatio, vectio, equitatio, deniq; omnis motus. Quòd ſi non quiuis motus exercitatio eſt, ſed ſolum, qui valentior eſt, adijciatur motui exercitatio, vt ſint facienda tum motus, tum exercitatio. referuntur ad hoc cauſæ genus, ſomnus, vigilia, & venus. Ex foris incidentibus primus eſt circundatus nobis aer, deinde quæcunque lauantium ungentiumve † cuti propinquant, etiam ſiquod medicamentum ſanitatis tuendę fines non exceſſit, ueluti ſal, myrta, nitrum, aphronitrum, & aquarum aliquæ ſponte natarum, & calentium. Educendorum uerò materia prædicta paulo ſupra eſt. An uero recte tribus prædictis cauſarum generibus ſimul diuiſa ſit, non facilè dixerim: cum melius fortaſſe ſit admouendis, faciẽdis, & foris incidentibus alterari, immutariq́ue corpus dicere: mutationem uerò aut in qualitate fieri, aut quantitate. In qualitate, dum aut incaleſcit, aut refrigeratur, aut ſicceſcit, aut humectum redditur. In quantitate, dum alitur, aut inanitur: Iam inanitionem ipſam duplicem quoque eſſe, alteram excrementorum, de quibus paulo ante diximus: alteram naturalis ſubſtantiæ noſtrę aſſidue defluentis, quæ nutritioni ex aduerſo opponitur.

† καὶ εἴ δή τινα τῶν φαρμάκων. i. & aliqua genera medicamẽtorũ: intelligit autem ea quæ cibi ſimul rationem habent.

† Quidã Græci codices addũt ἢ διαπαλαίουσι ἐν κόνει. i. aut exercentium ſe in puluere.

A ponitur. Notasse hoc loco operæprecium fuerit homonymiam, quã Hippocrates in opusculo De alimento distinxit his verbis: ‖ Alimentum aliud est, quod nutrit: aliud, qđ quasi est nutriẽs: aliud, quod nutriturum est. Quippe ei, quod prima significatione alimentum siue nutritio est, substantiæ ipsius fluorem recte opponas: ei uerò, quod in secunda significatione accipitur, tum hæmorrhagiã, ideſt sanguinis profluuium, tum uno uerbo oẽm sanguinis inanitionem: ei verò, quod tertio significato dr̃, vomitum, & lienteriam i. intestinorum leuitatem. Verum de talibus diuisionibus statuere pro arbitrio cuiuis liceat. Quisquis autem propositam artem rite administrabit, hunc omnis materię, quæ ad salubrem victus rationem pertinet, vires habere compertas, est necesse: quando hinc demum dexter eius oritur vsus. Contingit autem dexter eius vsus, vbi opportunum cuiusque tempus ac* modum quis inuenerit. Quare huc potius censeo properandum, quàm prauis opinionibus refellendis immorandum. Sed, quoniam satis verborum primum hoc volumen cõtinet, claudetur hoc loco. Quod reliquũ operis est, in cęteris exequemur.

in libr de Alimento. haud longe a principio.

* μέτρον.

GAL. DE SANITATE TVENDA

B

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI

Differentias omnes, ac vires frictionis, & exercitationis explicat, ac docet, quo pacto sanitatem in tertio septennio tueamur.

Præscribi hæc præcepta homini, qui animo, & optione sit liber. CAP. 1.

ARtis, quæ de sanitate tuenda instituitur, summa, scoposque proximum volumen edocuit. Nunc singula membratim distinguere tentandum, initio rursus ab ijs sumpto, in quibus proximus liber est finitus. Proponatur itaque nobis in hoc libro saluberrimæ naturæ puer, qui iam tertium ætatis suæ septennium ingreditur: cuius corpus effingere, componereque, quoad fieri potest, quàm optime, propositum sit. Ac primum hoc ipsum definiendum, quid sibi velit, quòd adiecimus, optime: vult autem nimirum illud. Veluti corporum

C ipsorum numerosa sanè diuersitas tradita est, ita vitæ rationum, quibus viuimus, species sunt diuersæ. Ergo fieri nequit, vt in qualibet proposita vita optimam corporis nostri curam administres: sed, quę cuique optima sit, hanc utique licet. Quæ absoluto sermone optima sit, in oĩ exequi vita non est: nam maxima hoĩum pars implicitam negocijs vitam agit, quos ẽt lædi ab ijs, q̃ tractant est necesse: nec tñ mutare conditionem licet. Alij. n. per inopiam in eiusmodi vitæ sortem incidũt: alii seruitute, quam aut à parẽtibus hęreditariam acceperunt, aut aliàs per vim aliquã capti, raptive: quas ẽt solas seruitutes vulgus existimat. Mihi verò, & q̃ ambitionis, aut cuiusuis cupiditatis gratia negocijs impeditam vitam delegerunt, quo minus corpori curando uacare queant, ij quoq; seruire vltro dñis, & quidem pessimis, videntur. Quare his optimam prorsus corporis curam scripsisse superuacuũ sit. Verum, siquis planè tũ aĩo, * tum optione, sit liber, huic præcepisse fas est, quemadmodum & sanitate plurimum fruatur, & morbis minime tẽtetur, & commodissime, citraq̃; molestiam senescat. Quin ẽt sanitatis tuẽdæ methodus, sicut alia planè quælibet ratio viaq̃; eiusmodi docendi initium postulat. Siquidem, quod simplex, inculpatumque est in oĩ genere, id cæteris oĩbus, quæ nec simplicia sunt, nec culpa vacant, ccu regula q̃dã, pręponi postulat. Sanè simplex, inculpatumq̃; in corporibus quidẽ est, quod optimo est habitu:

D in vitæ generibus, quod oĩno liberũ est. Primum igitur hoc libro duo hęc coniuncta tractemus. Deinde cuique uitioso corporis statui uita libera sit adiuncta. Mox optimæ corporis constitutioni, singulę seruilis vitę species copulentur. Postremo vitiosos corporum habitus cum * seruilibus uiuendi generibus maritabimus: liquidem plenus nobis, absolutusque sermo futurus est.

* Interpres vĩ legisse ψυχῆ, uerũ emendatiora exemplaria hãt τύχῃ i. casu, fortuna, sorte, aut cuentu opponit autem Galenus duplicem hanc libertatẽ duplici seruituti paulo ante positę.

* μοχθηροῖς i. prauis.

Qui differat à labore & motu exercitatio, tum de eius vsu, & tempore, ac præparatoria frictione. CAP. 2.

QVodnam igitur propositę artis initium cœperimus ad eius tutelam corporis, quod & optimæ sit notæ, & tertium ætatis septennium iam ingressum, & cæteris posthabitis omnibus vni corporis curæ vacet? Mihi sanè videtur id, quod ab Hippocrate traditum est tum in Apho-

" rismis, cum ait: ‖ Labor cibum præcedat: tum in popularium morborum sexto volumine, vbi ita

" ad verbum præcipit: ‖ Labor, cibus, potio, somnus, venus, omnia mediocria. Nam & modum ipsum singulorum definiuit, addito ad finem dictionis epitheto, mediocria: & tempus æque signauit ipso sermonis ordine. Quippe ad sanitatis tutelam à labore est auspicandũ, quem excipere debent cibus, potio, deinde somnus, mox venus, in ijs videlicet, quibus venere est utendum. Nam reliqua certe omniã cuiusque ætatis sunt communia, uenus ætate tantum florentium est, utique quo tempore etiam eius usus est, quæ enim hanc uel præcedunt ætates, uel sequuntur, aut

Hanc sententiã non legi in lib. Aph. sed 6. Epid. com 4. t. 31. 3. 187. e 6. Epid com. 6 t. 3. 3. 195. e

planè

planè ſemen non effundunt, aut certe infœcundum, aut male fœcundum effundunt. Verum di E
ſceptatio de venere in ſuum locum differatur. A laboribus verò ordiendum, illo ante omnia di
ſcuſſo, an idem ſint labor, motus, & exercitatio: an labor & motus idem, aliud verò ab his exer-
citatio: an motus res diuerſa, labor & exercitatio neutiquam differant. Ac mihi quidē non qui-
uis motus exercitatio vī, ſed tantum, ſiquis vehementior eſt. Quoniam autem eorum, quæ ad ali
quid dicuntur, eſt, quod vehementius dicitur, fieri poteſt, vt idem motus alteri ſit exercitatio, al-
teri non ſit. Terminus igitur vehementiæ eſto anhelitus alteratio: qñ, in quibus motibus nulla fit
anhelitus mutatio, has nondum exercitationes vocamus. Quòd ſiquis maius minusve, celerius,
aut crebrius iam ex motu aliquo reſpirare cogitur, huic certè tantus motus exercitatio fuerit.
Ea igitur communiter exercitatio vocatur. Proprie verò à loco Græce denominatur, quē gym-
naſion ipſi appellant. Is locus eſt in publica aliqua urbis regione extructus, quo ungendi, fricandi, luctaturi, diſcum iacturi, aut tale quippiam facturi cōfluunt. Laboris appellatio idem mihi ſignificare uidetur cum priore ſignificatione nominis gymnaſij, ſiue exercitationis nempe cōi illo, quod prædiximus: quippe cum, & qui fodiunt, & qui metunt, & qui equitant, non laborent modò, ſed etiam exercitentur, communi ſaltem exercitationis appellatione. Et de nominibus quidem ita nobis determinatum ſit: atque ad hæc ſignificata omnis mihi deinceps ſermo inau- F
diatur. Nec tamen, ſi quis eſt, qui aliter uti uelit, prohibeo: quando non huc de recto nominum uſu diſputaturus acceſſi, ſed, quemadmodū ſanitas cuſtodiri maxime poſſit. Ad id uerò, cum per commodum erat de exercitatione, labore, omni denique motu diſtinguere, nominum ſignificatus definire ſum coactus. Atq; exercitationis cōmoda, & ſi in priore uolumine tradita ſunt, non inutile tamen ſit hic quoq; paucis ea denuo repetere: qñ ea non ſolum ſcopus, ſed etiam ueluti iudices ſunt omnium, quæ ſingillatim in exercitationis arte geruntur. Fuere autem (arbitror) genera duplicia, hæc quidem ad excrementorum inanitionem, illa uerò ad euexian, id eſt commodam † corporis habitudinem efficacia. Nam, quoniā vehementior motus exercitatio eſt, ne
† Al. ſolidarum partium. ceſſe quidem eſt, tria hæc ab ea perfici in corpore exercitando membrorum duritiem ex mutuo ipſorum attritu, genuini caloris augmentum, & ſpiritus citatiorem motum. Sequi uerò hæc reliqua oīa priuatim commoda, quæ corpus exercitijs accepta refert: utiq; ex membrorum duritia, tum ut minus ex labore afficiantur, tum ad actiones robur: ex calore, tum deducendorum in corpus, ualidum attractum, tum immutationem magis expeditam, tum nutritionē magis fœlicem, tum ut ſingulæ corporis partes ſint (ut ita dicā) perſuſæ. cuius ſuſionis beneficio & ſolida molleſcere, & humida tenuari, & exiguos corporeæ molis meatus laxiores fieri accidit. At ex G
ſpiritus ualentiore impetu & purgari hos omnes meatus neceſſe eſt, & excrementa expelli. Atqui, ſi exercitatio hæc præſtat, haud difficile ſanè ſit tempus utendæ eius ſtatuiſſe. Nam, quo-
A. Lr ſup. c. 3. fol. 10. niam digeſtionem in corpus adiuuat, non debet, cū adminiſtratur, crudi, incoctiq; cibi, aut ſucci multitudo uel in uentriculo, uel in uaſis contineri, unde periculum ſit, ne prius, q̄ per maturam concoctionem utilis ſit, in omnes animalis partes rapiatur. Qm̄ uerò & exiguos meatus expurgat, & excrementa expellit, utilius eſt ante comedendum eam adhiberi. ſiquidem, quæ impura corpora ſunt, atq; ab excrementis parum purgata, hæc quo magis nutries, magis lędes. Ex his itaque patere arbitror, tum eſſe ad exercitationem commodiſſimum tempus, cum heſternus cibus duplici concoctionem iam prorſus ſit confectus, & ea, quæ in uentriculo, & ea, quæ in uaſis ſanguinis agitur, ac iam denuo cibandi tempus inſtet. Quòd ſi aut prius, aut poſterius exercitatione utere, aut crudis humoribus hominem impleueris, aut pallidæ bilis prouentum auxeris. Sane huiuſce temporis nota, color eſt urinæ. Quæ enim aquæ ſpeciem præfert, crudum adhuc in uenis eſſe indicat ſuccum, qui à uentriculo ſubmittitur: quę uerò rufa biliosaque eſt, iam dudum concoctū eſſe huiuſmodi ſuccum: quæ modice pallet, peractæ modo ſecundæ concoctionis eſt ſignum. Cum nanq; bili infecta urina nondum eſt, aquæ ſpeciem aliquem q; præfert. Cum ue- H
rò plus iuſto eius bilis acceperit, rufa cernitur. Ergo, cum mediocriter eſt rufa, mediocriterve pallens, tum exercitatio adeunda, ſed expulſis prius excrementis, quæ in veſica, vel inferioribus inteſtinis continentur. Verendum enim ne quid ex his in habitum corporis rapiatur, correptum videlicet caloris vi, qui per exercitationem accēditur. Ergo ſiquis poſita iam veſte protinus ad ualentiores motus accedat prius, quàm totum corpus molliatur, & excrementa extenuentur, & exigui carnis meatus laxentur, timor eſt ſolidarum partium quampiam ruptum, aut conuulſum iri. Timendum præterea eſt, ne excrementa ſpiritus impetu impulſa prædictos meatus obturent. Sin ſenſim prius calefaciēdo, & ſolidas ipſas præmollieris, & humores tenuaueris, & exiguos meatus laxaueris, nullum periculum nec rumpendi alicuius, nec obſtruendi, exercitato imminebit. Vt ergo hæc fiant, oportet linteolo totum corpus mediocriter fricando prius calfacere, mox oleo fricare. Neque enim protinus accedendum ad pingue cenſeo, ante videlicet quàm cutis incaluerit, & meatus laxentur, &, vt ſemel dicam, q̄ præparatum aptumque corpus ſit ad oleum capiendum. Ei rei ſatis omnino ſunt pauci manuū circumactus, qui nullo compreſſu ſint graues, & modice celeres, huc demum veluti ad metam directi, ut corpus citra compreſſum cale faciant. Siquidem peractis his cernere licebit floridū ruborem per totam diffundi cutem. Tum

igitur

A igitur pingue inducendum,& nudis manibus,quæ medium inter,molle durumque modum ſeruent,infricandum,quatenus neque coactũ conſtrictumq; corpus ſit,neq; ultra,quàm par eſt,laxum reſolutumq; fiat,ſed legitimum naturæ modum ſeruet. Infricandum uero primo contrecta tu blandius,inde ſenſim paulo fortius, eatenus aucta ſemper ad ualentius frictione, quoad iam carnem manifeſte premat,citra tamẽ læſionem: haudquaquam tamen tam ualida frictione diu utendum,ſed ſemel,aut bis in,qua que parte:quandoquidem nõ eò ad hunc modum fricatur huius pueri corpus,ut iam duretur,cum id iam ad exercitationem producimus,ſed potius quo tum promptitudo ad actiones excitetur,tum robur colligatur,ac raritas laxitaſq; quę mollem frictionem conſecuta eſt,conſtringatur ac cogatur. Quippe medio temperamento ſeruari huius pueri corpus oportet,nec * vſquam durum molleve effici,ne cubi naturale eius incrementum inhibeatur. At procedente tempore, quando iam nobis fit adoleſcens, tum vero duriore frictione utemur,præterea frigida ab exercitando lauatione. Verum de his poſt agendum. * *Impreſſi habent* ξηρὸν, *id eſt ſiccum.*

De proprijs frictionum differentijs,& viribus, ac longe melius de his tractatum fuiſſe ab Hippocrate, quàm à Theone Alexandrino. CAP. 3.

B IN præparatoria uerò ante exercendum frictione, quæ huc ſpectat, ut corpus molliat,mollis, duræq; mediam qualitatem dominari oportet,ac pro eiuſdẽ qualitatis ratione,quicquid reliquum eſt,exigi. Variæ autem q̃ maxime ex manuum iniectu circumactuq; frictiones eſſe debebunt:nec ſuperne modo deorſum, aut inferne ſurſum adhibitæ, ſed ẽt tum in ſubrectum, tum in obliquum,tum in tranſuerſum,tum in ſubtranſuerſum. Voco tranſuerſum,quod recto eſt cõtrarium.id græcè ἐγκάρσιον appello. Subtranſuerſum uero,quod paululum ab hoc in utranque partem declinat, quod σιμὸν dico. Rurſus ſubrectum, quod a recto paululum utroque uerſus recedit. Obliquum,quod recti trãſuerſiq; planè eſt medium. illud πλάγιον, hoc λοξὸν græce nomino.

C 

D Quinetiam τρίψιν, aut ἀνάτριψιν græce dicere,nullum diſcrimen faciet, modo ne lateat ἀνατρίψεως nomen ueteribus vſitatius,τρίψεως recentioribus magis vſurpari. ξ Nos latine frictione,fricto,perfrictione,promiſcue legentium uenia utemur. ξ Varium aũt fieri manuum tum iniectum, tum circumactum uelim,quo videlicet vniuerſæ,quoad fieri poteſt, muſculorum fibræ omni ex parte fricentur. Siquidem eius ſententiæ eſſe,quaſi tranſuerſa frictio(quam etiam rotundam ali qui vocant)duret,denſet,contrahat,& conſtringat:recta contra rarefaciat,laxet, molliat,& reſoluat corpora,eiuſdẽ planè inſcitiæ eſt,cuius cætera,quæ pleriſq; gymnaſtarũ de frictione traduntur. Nã,qui plus de frictionum virtute afferat,q̃ quæ Hippocrates in eo libro prodidit, quã κατ' ἰητρεῖον inſcripſit,nemo planè eſt. Ait enim‖dura frictione ligari corpus, molli ſolui, multa extenuari,mediocri craſſeſcere. Habent verò ſe eius verba ad hunc modum: Frictio vim habet ſoluendi,ligandi,carnem augendi,minuendi. Nempe dura ligandi, mollis ſoluendi, multa minuendi,mediocris carnem augendi. Quatuor.n. hæ genere differentiæ in quadruplici omnis frictionis tum virtute,tum vſu ſunt. Quòd ſi medias quoque harum,quæ vna cum his intelligendas ſe exhibent,annumeres,ſex in vniuerſum differentiæ exiſtent. Vnde nam igitur plurimis neotericorum gymnaſtarum ſuccurrit, tam neruoſas frictionum differentias prodere, quas vel numero comprehendere facile non eſt? Non aliunde certe, quàm quòd logicæ contemplationis plane expertes, cum proprijs frictionum differentijs externa, alienaque imprudentes non-

De ijs, quæ in medicat. com. 3. c. 25. 7. 218. d

nunquam

nunq̃ confundunt. Interim ẽt quod cauſas frictiones ſingulas efficientes, adijciunt. Interim tum E
*γνησίας, i. legitimas aut ueras. *iuſtas ipſas inter ſe frictionum dr̃ias connectunt, tum uero cum his ẽt, quas ipſi perperam excogitarunt. Cum.n. dicant frictiones inter ſe diſtare, q̃ aliæ ſub dio fiant, aliæ ſub tecto, aliæ in admiſta umbra: rurſus aliæ perflato loco, aliæ in tranquillo: item aliæ in calido, aliæ in frigido, aliæ in
† ſed eas ſine quarũ aliqua. Sole, aliæ in balneo, aliæ ante balneum, aliæ in paleſtra, talemq̃; catalogũ faciant: ſane non prias frictionum dr̃ias afferunt, † ſed ea, ſine quibus, qui fricatur, eſſe non poteſt, inculcant: quippe quem neceſſe oĩno eſt in aliquo terrarũ loco eſſe, præterq̃; locum, uel æſtate, uel hyeme, vel alio anni tpe. Cum uero ita diſſidere dicant inter ſe frictiones, q̃ aliæ cum copioſo oleo, aliæ exiguo fiant: aut prorſus ſine oleo, idq̃; vel manibus tm̃, uel ẽt cum puluere: uel per linteũ, atq; hoc uel aſperum, uel lene: cauſarum planè, quibus frictio dura molliſve efficitur, enumerationem faciunt. Ex quo nimirum cauſarum eſt genere, & q̃ ipſæ fricãtium manus duræ aut molles ſint: itẽ valide premant, blandeve ſint admotæ. Tertia ſpecies, quam afferunt ij, qui multas frictionum dr̃ias autumant, inde naſcitur, q̃ omnia iam dicta inter ſe per coniugationes quaſdam copulãt. Qui itaq; ex his aut externas rerum circunſtantias, aut uerarũ dr̃iarum cauſas, inter ſe copulant, facile deprehenduntur parum recte ſentire, Qui uero ex proprijs & ſynceris differentijs coniugationes nectunt, horum non adeo facile deprehenditur error: immo nonnulli ſapientiæ quo- F
que laudem retulerunt, Hippocrate ipſo plus aliquid inueniſſe crediti: quorum eſt Theon gymnaſtes, qui rectius, q̃ Hippocrates, ſenſiſſe de frictione eſtuiſus. Nam, cum is in modo comprehenſis uerbis in ea dr̃ia, quæ ex qualitate ſpectatur, mollem & duram: in ea uero, quæ ex quantitate, multam & mediocrem collocet: Theon qualitatis, quantitatiſve minime faciendam mentionem ſeorſum cenſet, ſcribens cum alibi, tum uero in tertio Gymnaſticorum, hũc in modum; »
De frictione præcipientes, placet quantitates ſemper cũ qualitatibus coaptandas eſſe: per ſe nã »
que imperfectiores ſunt, q̃ ut aliquis ſucceſſus ex ipſis proueniat. Quippe mollis frictio pro q̃ti- »
*ποσῦς. tatis modo triplex opus efficit. Pauca enim * leuiter carnem remittit, ac facile contrectabilem, »
ſiue tactu mollem reddit: multa euaporat, & liquat: mediocris laxa & fluida carne implet. Simili »
modo dura pro quantitatis ratione totidem numero effectus reddit. Multa nanque adhibita cõ »
trahit conſtringitque corpora, & phlegmonæ perſimile quippiam relinquit: mediocris implet »
imminuta, & euidenter circumſcripta, expreſſaque carne: exigua uero in ſumma cute ruborẽ ad »
tempus excitat. Non cenſet autem de dura per ſe & ſeorſum quicquam gymnaſtæ præcipien- »
dum, ſed ei quantitatem adiungi debere, ſiquis paulo commodior ex artis opere ſucceſſus ſit futurus. Pari modo nec de molli per ſe & ſeorſum quicquam nunc tradendum exiſtimat: neque.n. G
adhiberi uſquam poſſe mollem frictionem tantum, & quæ nec multa, nec exigua, nec mediocris ſit. Deinde memorat, quecunque per coniugationem in corporibus noſtris naturaliter efficitur: utique pauca cum molli, carnem remittere leuiter, & tactu mollem reddere pronuncians. Vbi aliud planè nihil, quàm quod Hippocrates uerbo, ſoluere, ſignificauit, alijs uerbis interpretatur. Quippe laxare carnem, & mollem tactu reddere, quid aliud eſt, quam, ſoluere, quæ colligata & coacta fuere? Adiecit uero ſermoni, * leuiter, ſiue quodammodo, non genus actionis immutans, ſed quantitatem eius definiens. Mollit enim exigue, cum adhibetur, eiuſmodi frictio; quandoquidem, ſi amplius ſit adhibita, mollit quidem & tunc, cæterum largius, quam antea. Quòd ergo nec magnopere, nec mediocriter, ſed exigue, remittit mollitque corpora exigua ac mollis frictio, per uerbum illud, leuiter * quod adiecit, declarat: ne hic quidem per hoc ſaltem, ijs, quæ Hippocrates præcipit, quicquam tradens magis amplum: æque nec, cum mediocrem & mollem addere corpori inquit laxam & fluidam carnem. Nam quoniam mediocris, idcirco carnem augebit: quoniam mollis, ſoluet, hoc eſt molliet. Id quod tantũdem eſt, ac laxam & fluidam carnem efficere. Erat autem huius officium, ſicuti de his recte præcipit, & ſic cum de multa ſimul & molli diſputat, non id modo dicere, quòd halitu digerere ac liquare poteſt, ſed æqualem etiam H
carnem relinquat, apponere. Non enim ritu ignis uniuerſam ſubſtantiam exhaurit liquatque, ſed aliquid omnino relinquit. Id igitur, quod relictum eſt, quale nam demum ſpecie ſit, a dictũ
†de ijs quę i medicat. fiunt com. 3. t. 25. 7. 218. d (arbitror) ſermoni oportuit, neque tantum multæ frictionis proprio effectu poſito, mollis opus omiſſum. Quòd igitur † multa euaporat, etiam ab Hippocrate prius dictum eſt. Verum non abſolute de multa Theon ſermonem inſtituit, ſed per coniugationem docendum eſſe cenſuit, utique
†Locũ hunc deprauatũ eſſe oportet, qui tñ facile reſtituitur, ſi οὐδὲν dictio addatur in eũ *quidem modũ, πρὸς σέρχεται δὲ αὐτῇ οὐδὲν τι παρὰ τῆς ποσότητος ἕτερον. i. accedit uero illi ex quantitate nihil diuerſum. à prima auſpicatus, nempe exigua & molli: poſt ſecundam aggreſſus, mollem & multam: inde tertiam memorans, mollem ſcilicet & mediocrem. Sicuti igitur in prima coniugatione & tertia proprium qualitatis effectum non diſſimulauit, ita nec in ſecunda ſuppreſſiſſe eum decuit: quin hic quoque docuiſſet multam ſimul & mollem frictionem nõ modo euaporare, ſed etiam mollem carnem reddere: niſi forte id, quod liquare dixit, pro mollire audiendum eſt. Atque ita quidem uerum ſit, quod dicit. Cæterum ſic non modo Hippocratis doctrinam non accuſat, ſed multo maxime confirmat: etenim, ſi mollis frictio ſemper molle tenerumque corpus reddit, ſiue ea exigua, ſiue multa, ſiue mediocris ſit, † tum illi ex quantitate aliquid accedit diuerſum, ξ inſeparabilis planè à molli frictione erit molliendi facultas: ſicuti à dura certe uis durãdi, cogẽdi, cõſtringendi, ligandi, denſandi, aut tactu durã carnem reddendi, aut quomodocunq; aliter eandẽ rem

inter-

A interpretari malis. Quippe primum & propriũ nomen ita affectæ carnis eſt duritia, ut, eius, quæ diuerſe afficitur, mollities: quanquam ẽt reliquorum, quæ dixi, nominum quolibet uti licet. Et rationem quidem, cur tam varijs nominibus unam interpretari rem liceat, paulo poſt apponemus. Nunc, qm̃ controuerſa res non eſt, cauſam eius ad præſens ſaltem differamus. Quòd autem mollem frictionem neceſſario cõſequitur, ut corpora molliat, id planè clarum ex iam dictis eſt. Nam, ſi nec qui multa ea, nec qui exigua, nec q̃ mediocri uſus fuerit, durũ unquam corpus reddiderit, perſpicuũ eſt molliendi uim nuſquam ab ea ſeiungi: ſicuti nec à dura colligãdi & durandi. quippe cum hanc quoq; ſiue paucam, ſiue multam, ſiue mediocrẽ adhibeas, nunquã quantitatis ullius ratione corpus mollias, ſed ſemper duritati plus minusve adijcias: ſcilicet uberius perfricans, plus: parcius uero, minus. Quod ſi paucis omnino, durisq; manuũ iniectionibus contentus fueris, duritia quoq; proportione reſpondebit. Sicuti. n. qui igni ſe admouit, ſemper calefit, ſiue exiguo tpe id facit, ſiue diu, ſed magis, q̃ diutius appropinquat, minus qui breui ſpatio, minime uero, qui tm̃ acceſſit; ita in frictione quoq; corpus ſemp pro ratione afficitur, à molli mollitum, à dura duratum, non tm̃ pari ſemper mẽſura, ſed à pluſcula magis: à parciore minus, à plurima maxime, à minima minime. Theon ergo, cum de molli ſimul & copioſa frictione diſputãs,
B euaporare, liquareq; eam dixit, ſi quidẽ per liquare verbũ, inanire intelligit, aliud planè nihil ſignificauerit, quam euaporare: quare bis idẽ dixerit, ptermiſerit aũt, quod neceſſario fuerat addendum, nẽpe eum affectum, qui ex molli frictione in corpore relinquitur. Sin mollire, ſoluere, remittere, aut aliud quippiam eiuſmodi dicere uelit, ſic ſane reliquerit quidẽ nihil, cæterum, cũ ea, q̃ Hippocratis ſunt, dicit, ob minus idoneã docendi rationem in furto deprehẽdetur. Quòd itaq; eiuſmodi docendi modus deterior ſit eo, quo uſus Hippocrates eſt, paulo poſt oſtendam. Quòd uero, ſi liquare pro eo, quod eſt mollire, accipit, nihil ijs, quæ Hippocrates ante prædixit, amplius prodidit, planè manifeſtũ eſt. Nam, cum ille dicat mollem ſoluere, multam extenuare, quis non facile colligat, qui præſertim mentis ſit compos, eam, quæ ex molli, multaq; pariter cõpoſita ſit, extenuare ſimul ac mollire? Verum non vr̃ ita ſenſiſſe Theon: ſed quod in primo Gymnaſticorũ unico uerbo extenuare dixit, id in tertio duobus extulit, nẽpe euaporare, ac liquare.
« Habent uero ſe eius uerba in primo ad hunc modum: Contrariorũ uero mollem quidem, ſi mul
« ta ſit, extenuare corpora: ſin mediocris, carne implere, utiq; delicata & fluida. Aperte. n. hoc loco mollẽ ſimul & multam frictionem extenuare corpora cõfirmat. Quòd aũt neceſſe fuerat nõ ſolum multæ frictionis propriũ effectum, ſed ẽt mollis tradere, ipſe quoq; Theon per ea, q̃ ſubie
C cit, oſtendit: in quibus, cum de dura præcipit, conſtringere multam, coarctareq;, & phlegmone ſimile quippiã parere ait. Quippe quod moderata quantitate adhibita poſſedit, id copioſius adaucta, magis obtinuit. Oẽs ergo duram mediocriter adhibitam, dura carne implere fatenr̃ ita, ut e diuerſo mollẽ mediocriter adhibitam, ipſam quoq; carne implere, ſe ea molli. * Accidit uerò Theoni, cum de molli ſimul & multa frictione ſermonem faceret, nullum mollis effectum prodidiſſe: rurſus, cum de multa ſimul & dura, nullum* duræ expoſuiſſe. Nam, ſi liquare pro eodẽ, qd̃ eſt inanire, & digerere, acceperimus, de multa quidẽ aliquid dixerit, de molli planè nihil: quem admodum ẽt in eo, quod de dura multaq; ſcribit, duram quidẽ conſtringere, ligare, & phlegmone aliquid perſimile facere affirmat, quantitatis uero planè nihil meminit: tametſi par fuerat de hac quoq; aliquid dixiſſe: nam illud confeſſus eſt, ſi mediocriter ſit adhibita, obeſitatem facere. Quid igitur efficiet multa, ſi ſupra mediocrem ſit adhibita? prorſus. n. aut illius effectum tuebitur, aut alterabit. Sed, ſi quidem ſeruabit, certe multa frictio ſupra mediocritatẽ adhibita nihil plus adijciet. Sin plus aliquid efficiet, aut minuet carnẽ, aut adijciet. Verum, ſi minuet, extenuabit. Si adijciet, carne implebit. Atqui non adijcit carnem: extenuet ergo, neceſſe eſt. Verum Theon de hac differentia nihil meminit omnino, ſed ſubticuit, minime plane definiens, extenuetne dura
D copioſe adhibita, an carnem augeat, an ſeruet eundem, quem ex mediocri accepit, carnis modum, ſed tantum, quòd conſtringit coarctatq;ue, & phlegmone ſimile quid faciat, confirmans. Conueniebat autem non hoc modo dicere, ſed etiam quòd emaciat.

Quo pacto Hippocrates, nihil omiſerit in recenſendis differentijs, & uiribus frictionum, quas Theon & reliqui gymnaſtici imperfecte tradiderunt. CAP. 4.

APparet ergo Theonem aut Hippocratis artem hoc loco nõ intellexiſſe, aut hominẽ laudare noluiſſe, qui tam breui ſermone oẽs non ſolum differẽtias frictionum dixerit, ſed etiam uniuſcuiuſq; opus & uires. Nam, qui tranſeunter uerba eius delibat, quatuor eum duntaxat meminiſſe arbitretur. Verũ non ita ſe res habet: immo alias duas neceſſario in ijs, quas dixit, ſubauditas inſinuauit: in qualitatis dr̃ia, duræ mollisq; mediam, quæ nimirũ mediocris eſt: in ea uero, quæ à quantitate accipitur, exiguam: qm̃ exiguam aliquam neceſſe eſt copioſæ eſſe contrariam. Porrò antiquæ interpretationis formula ita eſt breuis, ut nõ pauca ſæpe ipſa ſaltẽ dictione præterire uideatur, quę tm̃ neceſſario dicta ipſa ſequuntur. Quamobrem (arbitror) * etiam enarrationes ſcribimus, quæ ueluti præeant ijs, qui parum exercitati antiquæ dictionis celeritatẽ aſſequi non ualent: ueluti in hoc ipſo loco facimus. Si nanq; dura ligandi, mollis ſoluendi uim hẽt; quæ ſupra modũ ſoluta corpora ſunt, ea duriter planè fricanda ſunt: contra q̃ conſtricta ſunt, molli-

* κίνδυνεύει δέ ὁ θέων.

* Al τῆς παλλῆς, i. multa, & melius, ut ſequẽtia mox uerba indicant.

* earum.

ter: quæ modice ſe habent, nec molliter nec duriter, ſed, quatenus fieri poteſt, vtroq; declinato E
extremo. Egregius vero videlicet Theon primũ in eo fallitur, q̃ neq; mediocris qualitate frictio
nis vires tradidit, neq; vſum: ſed ſemper ita prę̃terit, tanquam nulla ſit. verum de hoc paulo poſt
agemus. Sicuti vero in ijs, differentijs quę in quantitate ſpectantur, non ſolum dura mollisq; cõ
ſiſtunt, ſed ẽt media; ita & in ijs, quæ ex quantitate dicuntur, non ſolum multa, & pauca, ſed etiam
media noſcitur. Cur igit̃ in ijs, quæ ex qualitate trahuntur, mediã omiſit Hippocrates: in ijs, quę
ex quantitate, exiguam? Temere id feciſſe videri fortaſſe cuipiam poteſt: oportere. n. in ijs, quæ
compendio tradantur, ſummis inter ſe contrarijs res definire: quod horum medium ſit atq; me
diocre, tranſire: vtpote quod ex ſummis ipſis vltro ſit noſcendum. Ipſe igitur tum hoc docere,
tum ſenis ſnĩam clariorem reddere conabor, rem planè hoc loco non neceſſariam: cum qõnes
id genus in enarratorijs libris ſoluere ſoleam. Sed, qm̃ ſemel huc deſcẽdi, vt pro Hippocrate im
peritis iſtis reſpondeam, in quibus ipſi falſi recte præcipientem calumniantur, non pigebit hoc
quoq; adeciſſe. Cum igitur duo ſint toto genere inter ſe diuerſa atq; diſiuncta, ſi modo id, quod
facit, ab eo, quod fit, genere diſpeſcitur; frictiones quidem ex eorum numero ſunt, quæ faciunt;
qui vero ab his in corpore relinquuntur affectus, ex ijs, quæ fiunt: ‖ Quare contrarietates quoq; F
alias in frictionum genere, alias in affectuum, qui ab his proueniunt, neceſſe eſt ſtatui. In frictio-
num genere tum duram & mollem, tum multam & paucam: in affectibus verò & eam, quę velu
ti colligatio & ſolutio corporum eſt, & gracilitatem ac craſſitudinem. Ac prior quidem affectuũ
contrarietas ex priore frictionum contrarietate naſcitur; ſecunda non item. Eucnit. n. in hac, vt
gracilitas proueniat ex multa, carnis incrementum ex mediocri: quippe pauca augendæ carni
nondum ſufficit, q̃ videlicet id quod carnis incremẽtum accipiet, & ſanguinis moderato acceſ-
ſu, & valida virtute eget. quorum vtrunq; mediocris frictio commode præſtat: pauca neutrum,
nec abunde, nec ſatis. Qm̃ igitur non in idem coibant frictionum, affectionumq; contratietates,
coegit vero eum compendiaria docendi ratio per contrarietates poſitas ſermonem abſoluere,
utiliore contrarietate accepta, minus vtilem conſulto omiſit. Porrò vtilior ea eſt, quę in affecti-
bus, quàm quæ in frictionibus ſpectatur: Idq; duplici ratione aſſeritur, una quidem & prima, quæ
ab artis fine ſumitur: quippe frictiones ad corporis affectum ceu finem dirigũtur: finis enim ijs,
quæ præ ſe, ſemper eſt præſtantior: quanto nimirum id, cuius gratia, ijs, quæ ipſius gratia fiunt:
Altera, quæ à claritatis ratione accipitur: intellectis nanq; multę & mediocris effectibus, facilli
mum eſt exiguæ opus contueri: non perinde tamen mediocris frictionis perſpicua vis eſt. Quin
etiam tertium hoc ipſo de frictionis ſermone belliſſime docuiſſe Hippocratem inuenias. Præ- G
cedere nanq; eorum doctrinam oportet, quæ liquido peragi cernuntur, ſequi vero eorum, quæ
minus liquido & obſcure: idq; ſiue de his expreſſis uerbis ſcripſeris, ſiue lecturis ea intelligen-
da relinquas. Eſt uero euidens atq; in aperto mediocris frictionis opus, ipſum ſcilicet carnis in-
crementum: obſcurum vero paucæ, quippe quæ nec * auget, nec * minuit carnem, nec omnino
euidens aliquid videtur efficere, † niſi quòd parum calfacit: at id omnis frictionis cõmune opus
eſt. Quare, cum neque euidens aliquid efficit, & quod facere videtur, proprium eius non eſt, ſed
omnis frictionis commune, non ſine cauſa eſt (vt arbitror) omiſſa. Quòd igitur omnis frictionis
calorem accendere commune opus ſit, non ſatis, quod ab Hippocrate prodatur, dignum præce
ptum eſt. Quid vero quæque frictio proprium efficiat, id vt Hippocrati neceſſe tradere, ita no-
bis certe vtile erat diſcere. Reductis enim, veluti in elementa, ſimplicibus differẽtijs, vniuerſam
frictionum rationem abſoluit, quemadmodum carnem adiicias, quemadmodum detrahas, quẽ
admodum corpus mollias, quemadmodum conſtringas. Cum his vnà protinus ſe promunt tum
media earum opera, tum ea, quę per coniugationem faciunt. Media quidem, cum nec ligare cor
pus, nec ſoluere, nec carnem augere, nec minuere ſtudemus: quę vero per coniugationem, cum,
verbi gratia, pariter colligare, & carnem addere. Quis enim non videat, cum duram carnẽ adij- H
cere corpori volumus, frictionem duram, unà cum mediocri modo eſſe petendam: veluti cum
mollem addere ſtudemus, frictionem mollem, & quãtitate mediocrem adhibẽdam, & per alias
coniugationes ad proportionem? Quas non nulli gymnaſtarum, tanquam ſua ipſorum inuenta,
tradentes, dum Hippocratem accuſant, ipſi uehementer delinquunt, & q̃ eum, qui de his primũ
præcepit, merita laude fraudant: & q̃, cum eius inuenta ſibi tribuant, etiam (quod atrocius mul-
to eſt) calumniari hominem non dubitant. Accedit, q̃ nec ſimplices differentias apte inter ſe al-
ternant. decuerat enim (arbitror) eum, qui recte ad particulares complexiones deſcendere vo-
luit, nec vniuerſas ſenario numero comprehendere, ueluti Theon facit, nec aliquod earum pro
prium uel quantitatis, uel qualitatis opus omittere, quemadmodũ in mollis ſimul & multæ, opus
mollis: in duræ ſimul & multæ, effectum multæ prætermiſiſſe eum offendimus: ſed has quoque
adieciſſe, & particulares coniugationes nouem feciſſe. Quippe tres, quæ à qualitate frictionum
ſumuntur differentiæ, ſi eas tribus, quæ à quantitate ducuntur, iunxeris, nouem coniugationes
effeceris; ſex, quæ à Theone ſunt poſitæ in ijs, quæ paulo ſupra memoraui, uerbis, & tres, quæ
ab eo ſunt prætermiſſæ, dum mediam mollis duræque omiſit: quanquam ne intelligere qui-
dem neque mollem frictionem, neque duram fas eſt, ut non ſimul intelligatur & mediocris.

* augere.
* minuere.
† Niſi parum ca lefacere.

Cui

A Cui ſi tres quantitatis differentias iunxiſſet, nouem ita vniuerſas frictionum differentias effeciſſet, non ſex. Eas ipſe nunc in* deſcriptione exponam, in qua duorum uerſuum, qui ſuperne deorſum pinguntur, priorem qualitatum intelligi uolo: ſecundum quantitatum.

* ἐπὶ διαγράμματος, i. in tabella.

Qualitates.	Quantitates.
Dura	Pauca
	Multa
	Mediocris.
Mollis	Pauca
	Multa
	Mediocris.
Mediocris.	Pauca
	Multa
	Mediocris.

Nouem harum, quas deſcriptio complectitur, coniugationũ, cũ Theon ſex primas tradidiſſet, reliquarum trium certe non meminit, ipſe ſecum manifeſtiſſime pugnans. Si.n. exiguę, ac multę
B media quædam eſt, quam mediocrem vocamus, ẽt mollis, duręq; altera certe media erit, quam mediocrẽ, moderatãq; appelles. Sanè meminiſſe per omnem ſermonem cõuenit, hęc oĩa in re ſpectu, collationeq; dici: qñ, quæ huic dura eſt, alteri pro molli ſit: & quæ mediocris, immodica: &, q̃ pauca, multa: &, quæ alij multa eſt, aliter quodammõ affecto ſit pauca. Hoc vero & Theon fatetur: nec fieri ſanè põt, vt, qui mediocrem in qualitate frictionem præterit, nõ longe aberret. Ac mihi quidem vr̃ Theõ inde adeo in hunc errorem lapſus, qꝑ Hippocrates de ea frictione ſub ticuit: adeo ut hinc deprehendatur, nihil proprium & ſuum de frictione Theon protuliſſe, ſed ꝑ peram Hippocratis inuenta tractaſſe. Non.n. à pueris ſtatim orſus, & ſub præceptore, ſenis ſcripta perlegit: cum fateatur ipſe primum athleta, fuiſſe, deinde hoc exercitio depoſito, ad Gymnaſticen ſe contuliſſe. Atq; hæc medius fidius non quò hominem vituperem, appoſui, quem alioq; inter primos gymnaſtas cenſeo, ſed quò iſta lecturos doceam, haud facile eſſe veterũ libros intelligentia conſeq, ſi deſint, q ea curioſe enarrent. Nà, qꝑ ex priſcæ breuitatis dignitate fuerit dictũ, molli ſq; frictionis mediam ſilentio p̃terire in ipſa enarrationis ſerie, id ante a nobis iã dictũ eſt. Quòd autem talia à nobis præteriri non debeant, id quoq; & oſtenſum prius eſt, & nũc nihilo ſecius oſtendetur. Si.n. tam mollis frictio, q̃ dura, in reſpectu collationeq; nõ ſolum ſubſiſten-
C tiam, ſed etiam intelligentiam ſui habet, etiam mediocrem in ſimili reſpectu collationeq; cõſtituere, neceſſe eſt. Finge ergo tale eſſe corpus, quale propoſiti nobis in hoc libro pueri eſſe p̃ſumpſimus, ſanum prorſus, & oĩs exceſſus medium, ita ut neq; molliorem hunc effectũ velimus, neque duriorem, ſed nec carnis eius mõ adiectum quicquã, detractum ve: num igitur ita ſe habenti corpori aut duram aut mollẽ frictionem admouebimus, aut ẽt multam aut mediocrem? Ego planè quamlibet harum inutilem cenſeo: quippe eum à dura durius, à molli mollius, à multa gracilius, à mediocri craſſius reddetur: quorum nullo ei eſt opus, immo priſtinam potius mediocritatem ad vnguẽ ſeruari. [a]† Quare neq; duriter id, neq; molliter (neq; multis frictionib⁹, neq; quãtitate mediocribus, ſed paucis, & qualitate mediocrib⁹) infricabim⁹, nihil vltra moliti, quã vt ad exercitandum præparemus, ac rurſus, cum iam ſatis exercitatum ſit, apotherapia curemus. Vocetur, autem nobis, ſicuti recentibus gymnaſtarum, Apotherapia, ea frictionũ portio, q̃ poſt exercitationem adhibetur. Sanè Theon nullã ex ijs, quas protulit, coniugationibus, eiuſmodi corporis naturæ accõmodare poteſt, cũ ſex in vniuerſum nominauit, priores tres, mollis: reliquas, duræ: & neq; molliũ cuiuſquã eiuſmodi corpus egeat, neque durarũ, ſed eius, q̃ harũ media ſit, quam.ſ. mediocrem in qualitate dixiſſe par eſt. Liquidoq; patere iam arbitror, quãtopere lapſus Theõ
D ſit, mediam, durę molliſq; prętereãs: Siquidem ad optimum ſtatum corporis nullam harum, quas protulit, coniugationum, accõmodare fas eſt, nec cum integra planè valetudine corpus fruitur, nec etiam, ſicubi corrigi poſtulat. Quippe, vbi planè valet, ſola præparatoria frictione eget: quã exiguã, ac mollis duræque mediam eſſe oſtendimus. Vbi iuſto gracilius, craſſiusve effectum eſt, non tñ in quantitate alterata caro quicquã eſt, ſed planè mollis ac durę medium modum ſeruat, ſi quidẽ emaciare ſtudemus, & multã & qualitate mediocrem adhibebimus: [b]† ſin reficere, tum qualitatis tũ quantitatis ratione mediocrẽ. Has tres cõiugationes vltimo loco poſt ſex, in deſcriptione expoſui, hoc conſilio, vt oẽs eas à Theone prætermiſſas, indicarẽ. Qm̃ igitur nõ ſolũ prætermiſſas ab eo, ſed etiam vtiliſſimas eaſdem prætermiſſas, diſputatio nr̃a docuit, deinceps tẽpe ſtiuum arbitror ad ea, quæ paulo ante diſtulimus: reuerti: ac primũ illud, qꝑ doctrina ea, quæ per rerum elementa traditur, cæteris ſit vtilior: quippe quæ & ſub cõpendiũ rẽ oẽm cogit, & memoriæ affigit, & reminiſcentiæ facile ſuggerit, ac oĩum, quæ ſingulatim agentur, rectum uſum prompte ſuppeditat, ceu ad pauca, & certa elementa referens. Quis.n. non facile membratim frictionum differentias, vſum, ac uires inueniat, ſi ſemel intellecta ſenis ſentẽtia, poſtea dictionem eius memoriter teneat, qua uidelicet docet cõſtringere quidẽ frictionem duram, ſoluere mollẽ, corpus adimere multam, augere mediocrẽ poſſe? Ex horum nanq; notitia, ac memoria, primũ ſanè,

A† Ex græcis oĩbus, quos uiderim, legendũ, Quare neq; duriter id, neque molliter, neque multis, neq; paucis, ſed mediocribus frictionibus infricabimus. Linacer tamen uidetur conſulto ita uertiſſe.

B† Additur in manuſcriptis q. buſdã exemplaribus σαρκοῦν δὲ, τὴν ὀλίγην τε, ἅμα, καὶ σύμμετρον κατὰ ποιότητα, i. ſi carnẽ augere, pauca ſimul et mediocre, ĩ qualitate. Quæ uerba oĩno debent addi, cum mox dicat has tres cõiugationes ultimo loco &c. eſſent enim duæ duntaxat.

quæ omiſſæ in verborum contextu ſunt, differentias inuenies: mox omnibus inter ſe complica E
tis, nouem coniugationes efficies, quas paulo ſupra deſcriptione ſumus complexi: quas neq; in
ueniſſe, neque memoria tenuiſſe promptum ſit, niſi, quam Hippocrates tradidit, elemẽtaris do-
ctrina præceſſerit, omnium frictionum ratione in prima principia reducta. Ex quibus prorſus in
uentis non ea modo, quæ nunc ſunt inuenta, nobis ſuppeterent, ſed etiam omnem corruptam
doctrinam iudicandi facultas ſupereſſet. Quippe id methodi.i, (ſicuti veteres interpretant̃) viæ
& rationis, proprium maxime eſt, vt ex paruo elementari principio ad ſingula membratim per
uenire poſſis: tum, quicquid perperam eſt dictum, ſcientificis id theorematis, veluti regula qua-
piam, poſſis iudicare, peruerſas opiniones examinans. Quòd igitur neque alius quiſpiam recte
de frictione ſenſit, neque Theon ipſe gymnaſtes (tametſi eruditius cæteris de ea locutus,) ſed
Hippocrates, & qui eum ſunt ſecuti, ſatis hæc ſunto.

De nominum ſignificatione, quibus frictionum differentiæ, & affectus, qui ab eis fiunt, explicantur. CAP. 5.

SVpereſt ex ijs, quæ ad hunc locũ diſtulimus, vt de noĩbus ipſis diſſeramus, nequis eorum nu
mero deceptus, pares numero affectus cũ ipſis appellationibus exiſtimet. Duri.n.uocabulũ
de quadam corporis affectione proprie dr̃, quam nec interpretari quidẽ, qualis ſit, pluribus eſt F
opus, nemine uel ex uoce ipſa non ad rei notitiam perducto. Ad eundem modũ & mollis uoca-
bulum. At rari & denſi uocabula non perinde euidẽter ipſos corporis affectus ſignificãt, ꝓpte-
rea, q̃ duplex eorum noĩum uſus obſeruatur, alter eorum q̃ proprie loquunt̃, alter abutentium.
Ac proprie quidem rarum accipimus, qd̃ meatus, quos græci πόρους uocant, magnos per totum
obtinet: ſicuti e diuerſo denſum, qd̃ eoſdem paruos: at per metaphoram, ſiue abuſum, ſiue quo
cunq; alio genere appellaſſe libet, de laxo coactoq́; hæc ipſa uocabula dici audias: hac.n.rõne,
& aerem, & ignem aliqñ raros dicimus, aquam & terram denſas: ad elementa.ſ. ipſa translatis
appellationibus: q̃ tñ & unita ſunt, & ex ſimilaribus natura partibus conſtant, nec ullos eiuſmo-
di meatus obtinent. Multo his longius à proprietate receſſerunt illa, q̃ per metaphoram ambo
ſunt dicta, nẽpe conſtrictũ, & colligatum. Illud de denſo, & duro, mõ quidem utroq; ſeorſum e-
xiſtente, mõ in idem conueniente: hoc rurſus de ijſdem dicimus, non tñ eadem metaphora. Nã
qm̃ omnia, quæ colligata ſunt, eadẽ ad motum impedita ſunt: ita nimirum nominarunt & q̃ ob
ſiccitatẽ aliquam, frigus, phlegmonem, ſcirrhum, tenſionem, repletionem, aut pondus, ægre mo
uent̃. Eandem ob cãm & contrarijs nominibus in contrarijs affectibus utunt̃ remitti, aut reſol-
ui, aut laxari dicentes. Oportet ãt non nominum inſpicere numerum, ſed affectuũ genera dupli- G
cia in totũ eſſe exiſtimare, alterum, qd̃ in ſimilaribus ipſi obſeruatur, de quo molle, durũve dr̃:
Quidam uolũt τῶν ὀργάνων falſo additum fuiſſe. alterum, quod in inſtrumentalibus meatuum rõne conſiſtit, quod denſum eſſe, uel rarum dr̃. Hi
nanq; corporũ ipſorũ proprij affectus ſunt: accerſiti vero, & (ut ita dicam) t.parii, q̃ alias meatus
ipſi ſuperuacuo humore impleantur, aliàs ſint mundi: & modo patentes, modo conniuentes.

Qualis debeat eſſe frictio pueri temperati. CAP. 6.

VErum de his affectibus in ſequentibus libris agemus. Nunc ad propoſitũ redeundũ: ac pri
mum clarius adhuc de frictione ipſa diſſerendum: nẽpe q̃ hæc ipſa interdum ꝑ ſe corpori
bus noſtris commodum affert: interdum iis, q̃ cõmodum afferunt, ad eum ſanè modum ſubmi-
De iis, quæ in medicatr. fiunt com. 2. t. 4. 7. 206. f niſtrat, quẽ Hippocrates de deligãdo tradidit his uerbis: *Deligatio partim ipſa ſanat, partim ſa
nãtibus ſubſeruit. Ipſius igitur "frictionis effectus ſunt, & q̃ rara dẽſat, & mollia durat, dura verò A l. 1. c. 4. fol. 2.
hæc eſſe oĩno poſtulat: p̃terea, q̃ dura mollit, & dẽſa laxat, hæc cõtra mollis ſit oportet. Pari mõ
& q̃ carnis augẽdæ, minuendæve cã ſuſcepta eſt, vtraq; ꝑ ſe utile aliq̃d corpori cõfert. Quæ tñ
ad exercendum corpora præparat, item, quæ poſt exercitationem adhibetur, hæ exercitationi-
bus ſubſeruiunt. Illa modicè calfaciendo tenues meatus recludit, ſimul excrementa, q̃ caro con-
tinet, fluxilia reddens, & ſolidas emolliens: appellant ãt hi hmõi frictionem, præparatoriam: Al H
tera ἀποθεραπευτικὴ græce dr̃, ſ latine recuratoriam ad verbum appelles: ſ hęc cum pluſculo oleo
†in aliq̃bus codi. manuſcriptis legitur καὶ τὶ τῶν ἐν τοῖς &c. i. & aliq̃d eorũ quæ &c. adminiſtrata, ſimul pinguitudine humectat, & ſolidas emollit†: &, quæ meatibus cõtinẽtur, in ha
litus euaporat. Verum de hac poſt dicemus, cũ de exercitatione egerimus. Sed prę̃paratoria fri-
ctio in optimi ſtatus natura calfaciendi corporis cã ſuſcepta, prout ſupra traditum eſt, fiat mol-
lis primo, mox vero exercitationẽ aggreſſuro, dura: ita nãq; maxime & mollire poterit, & ad e-
xercitationes excitare, & corporis naturã, qualẽ ab initio accepit, ſeruare. Quòd ſi q̃d aberratũ
ſit, ad durũ id potius ſpectet. Nã, q̃ breues à mõ receſſus ſunt, ij cute tenus finiũtur, nullo interio
rũ alterato. Minus uero lędetur ipſa cutis, ſi ad durũ ſimul & denſum receſſus à mõ ſint ꝓpenſi:
q̃ppe ita iniuriæ minus opportuna fiet. Adeo, ſi trãſpiratio ꝑ hmõi cutim facilis eſſet, dẽſiſſimã
eam, duriſſimamq́; efficeremus: nunc, qm̃ ad utrũque munus ꝓbe eſſe comparatã oportet, & ex
cremẽta, q̃ intus cõduntur, ꝑ halitũ emittenda, & foris ꝓpinquantiũ violentiã tolerandã, utiliſſi
mus ſanè fuerit medius inter utrũq; exceſſum modus. q̃ ſi qñ fortaſſe nõ ſeruabitur, melior utiq;
fuerit; q̃ ad durius denſiusq́; pertinebit, quã q̃ qui ad mollius laxiusq́;. Nã trãſpirandi defectum
exercitio ſarcire licebit: alterius uerò affectus uitium, quod eſt ad externorũ iniuriam opportu-
nitas, neq; aliàs corrigi facile põt: affertq́; p̃terea coniunctũ incommodum nõ paruũ, euapora-

to

A Pabri subinde nõ excremento modo, verum etiam ipsius corporis nutrimento. Ergo in ijs differen-
corpo quæ à qualitate sumuntur, aberrare satius est versus eã, quæ durior est, quàm eam quæ mol-
frium in ijs tamen q̃ à quantitate ducuntur, in proposita saltem natura & ętate si quid delinquit,
tum sus id, quod minus est, id esto. Semper enim eius in præsenti disputatione meminisse opor-
set, augendi eiusmodi corpus, haud quaquàm siccandi studium esse propositum. Quas verò cor
porum naturas, & quomodo affectas amplius fricandum sit, postea dicemus.

De regione, & tempore, fricando, & exercitando puero accomodatis, ac de mensura frictionis, & exercitij. CAP. 7.

NVnc ad propositam materiam reuersi, de mensura ipsa frictionum agamus ad eundẽ mo-
dum, quo pauloante de qualitate egimus. Conuenit autẽ hoc loco, vt priusquam mensurã
definio, alterius cuiusdam* æstimandi mentionem faciã, sine cuius notitia mensuram ipsam nec
definiuisse recte licet, nec nouisse. Est verò quod æstimandum censeo, aeris, qui fricandum cor-
pus cõtinebit, temperies: quã vtique in re ipsa monstrare licet, explicare oratione aperte, ita, vt
interpretationis euidentiæ nihil desit, planè nõ licet, sed est prorsus inexplicabilis. Verum, si nõ
adeo multum orationi de rei euidentia desit, abunde fuerit. Præcedit verò hanc & alia quædã
B consideratio: nempe quo anni tempore, & in quò nã orbis loco exercitandum statuemus. Duo
enim hactenus de eo tantũ definita sunt, corporis status, & ætas. In qua verò terræ parte aut al-
tus hactenus fuerit, aut exercitandus nunc sit, aut quo anni, dieive tempore, nihil sane constitutũ
est: quanquàm pro harum certe cuiusque ratione,* mediocritas frictionis est varianda. Ergo ad
ea, q̃ hactenus statuta sunt, hæc quoque definienda sunt, vtique potestate inter initia operis iam
tradita, nõ tamen interpretationis luce clare explicata. Dicens enim veluti regulam quandam
omnium, quæ post dicenda erant, positurum me hominẽ eo corporis statu, de quo queri nõ pos
sit, obiter nimirũ etiam regionem hominis potestate definiui: cum nec optimo tẽperamẽto, nec
irreprehensibili omnino membrorũ modulo corpus vllum in ijs regionibus, quæ à temperamẽ
ti modo recesserunt, gigni possit: sicuti tũ ratio docet, tum experientia commostrat. Quippe sic
ci, graciles, & ueluti torrefacti in æstuosis tractibus homines fiunt. Rursus frigidioris plagæ inco
læ, inæquali tẽperamento uisuntur, ut quibus exteriora frigeant: interiora, atque, in his uiscera
immodice caleant. Sanè optimũ corpus, de quo nunc sermo proponit, veluti Polycleti regula
est: cui in nostro situ,* vtpote probe tẽperato, non pauca similia videas. Apud Gallos verò, Scy-
thas, Aegiptios, Arabas, ne per somniũ quidem tale vnquã est vidisse. Nostrę autem regionis,
C quæ in latitudinem nõ paruam extẽditur, id quod in medio habetur, optime sanè temperatum
est: cuiusmodi patria Hippocratis est. etenim ea tũ Hyeme, tum æstate mediocrem temperiẽ ex
hibet: vere autẽ & autumno multo magis. Eiusmodi igitur locũ tum corp ori proposito dederis,
l.1.f.3.d.2 fol.61.b anni quoque tempus veris medium ipsi dabis. Esto verò & diei, in qua nobis exercitandus pri-
mũ est, maxime, quoad fieri potest, ipse meridies: quò videlicet naturalis temperamẽti eius vis
ab ambiente nullo pacto mutetur. Eadem exigit ratio, vt ne domus quidem, in qua exercitãdus
est, ipso præsertim die calidior frigidiorve sit, quàm publicus totius vrbis aer. At ęstate atq; hye
me talis vel arte præparandus est, nẽpe hyeme calidior, æstate frigidior: quò videlicet exacta tẽ
perie corpus frictionis tẽpore fruatur: quando, si iusto calidior, frigidiorve domus fuerit, in cali-
diore quidẽ sudabit prius, q̃, abunde molliatur, in frigidiore neque calefiet prorsus, nec mollieẽ
vnquam, nec floridum ruborem ostendet, nec in tumorem attolletur. Sunt nanque duo hæc ru-
bor & tumor, in aeris tẽperie & corporis statu temperato, mediæ frictionis notæ. Veluti enim, si
calidã infundas, primum quidem corpus intumescit: si largius infundas,* decumbit, (ideoq; &
Hippocrates de his aiebat: Primum quidem attollitur, deinde fit gracile:) ita frictio quoq; attol-
lit quidem primũ, postea contrahit, ac molẽ deponit. Iis ergo, qui carnis augendæ causa frican-
D tur, tunc planę finienda frictio est, cum corpus & intumuit, & prope est, vt cõtrahatur, submitta-
turve. Qui autẽ ad exercitandũ iam præparantur, ijs minime id tempus opperiendum, sed lon-
ge prius desistendum à frictione est, potissimum cũ optimi temperamenti sunt, & ætate adhuc
pueri: horum nanque tum humidum corpus est, tum tenerum, ac paucis frictionibus mollescens.
Præparatorię verò frictionis meta finisque est, vt solidæ partes molliantur, humida soluãtur, &
corporis exigui meatus laxentur. Quis verò frictionum esse debeat numerus, definire sanè ora-
tione non est, cæterum qui his perficitur harum rerũ peritus, hic primo quidẽ die minus exacta,
exquisitaque coniectura vtetur, sequenti verò die, vbi iam experientiam aliquam naturæ illius
corporis est adeptus, magis exactam, certamq; habebit. Quinetiam de exercitatione ipsa primo
certe die mensuram ad vnguẽ definire nõ potest, sequentibus deinceps omnino potest. Sunto
igitur hic quoque notæ. Primo quidẽ die cum adhortanti, incitãtique ad exercitandum, non per
inde obsequitur, sed segniores, & minus tum frequentes, tum decentes, ac (vt semel dicam) mi
nus valentes tum colluctatoris sui apprehensus, tum motus obit. Porrò expedit neq; paulo ani-
mosiorem esse, qui exercitatur, vt lassis iam uiribus etiam exercitari aueat; neq; ignauũ, qui in-
tegris adhuc uiribus laborem tamen detrectet. Est uero profecto talis nõ corpore modo, sed ẽt
animo, quem nunc educandum suscepimus: quãdoquidem quibus frigidus succus in uentre, aut

* σκέμματος. i. consideratio-nis.

* μέσον quidem est in impressis, at in manuscri ptis μέτρον. i. mensura.

* χώραν. i. regio ne.

† καθίσαται. i. contrahitur, aut submittitur, id quod paulo post effert per hanc uocẽ συσέλλει. De iis, quæ in medicatr. fiunt com. 3. t. 16. 7. 215. h

in toto corporis habitu collectus est, ij segniores ad motionem sunt. Pari modo & q̃ plethorici, E
id est, qui succis, æquabiliter se habentibus nimium abundant, & quos recens frigus afflixit, ij &
ignaui sunt, & ad mouendũ pigri. Iam his etiam magis ita sunt affecti, quicunq; natura frigi-
dores sunt: sicuti etiã his ipsis longe magis, quorum frigiditati etiam humor est adiunctus: hi nat-
mensuræ exercitandi notas corrũpunt. Sicuti è diuerso, q̃ calidiori temperamento sunt, siue
propriæ naturæ spõte eueniat, siue ab accersito quopiã affectu, hi & animosi sunt, & certaminis
auidi, & ad actionem plus, q̃ expedit, prõpti. At, quibus nec corpus calidius, frigidiusve est, nec A
animus omnino iacens ac demissus, aut contentionis, gloriæve p̃cupidus, & ad actionem præ-
ceps, ijs modi exercitationũ indicia integra manent, illęsaq́; seruant; & primo statim die, & mul
to magis procedente tempore. Si enim quid inter initia suffugit, id experientia ipsa edoctum, ad
exactam notitiã perueniet. Non aliter & cibi modus ad certam coniecturam perducitur: qui ta-
men ab initio definiri nullo pacto potest: verũ quotidiana experientia, cum recordatione quãti
tatis tum cibi, tum exercitationum, eo etiã, qui huic perficitur, nihil non solicite obseruante, sed
semper vt tantũ ciborum post tantam exercitationem concoxit, recordante, ꝓpemodũ ad exa-
ctam scientiam intellectũ tempore perducit. Hæc igitur omnia etiam deficientibus ab optimo
statibus communia sunt: de quibus agere nõdũ statuimus. Cęterum optima natura, q̃ hic nobis F
proposita, mensuras oĩum manifestas obtinet: vt q̃ nec aĩ moribus, nec corporis intẽperie, dic-
torum quicquã obturbet, immutetve, sed frictionis, exercitationis, ciborum, ac somni mensuras
aperte indicet, ac tum primum quodlibet horum resputat, cum eius vltra nõ egeat. Quare fuerit
hoc quoq; ei, qui tali corpori præficitur, non minimus* modi index: dico autem ipsam ad singu-
* μέτρον. la, q̃ agi debẽt, alacritatem, ipsa nimirum natura in optimo corporis statu* modum sibimet præ
scribente. Etenim qui optima natura sunt, & iam ad exercitationem frictione p̃parantur, tũ de-
mum ad exercitandum prodibunt, cum toto iã corpore abunde emolliti, excalfactiq; sunt. Exer
citando quoq; tum primum grauatius mouebuntur, cũ satis exercitati iam fuerint. Iam à cibo &
potu tum primũ absistent, cũ satis se impleuerint. Quare nullus in hoc homine metus est, ne quã
do aut iusto plus labotet, aut iusto plus cibis se ingurgitet, si naturæ suæ impetus sequat: quo fit,
vt neq; prorsus peritissimum sibi præfici is postulet, sicuti oẽs, de quibus postea sermo erit, dete-
rioris notæ homines: quippe sanum corpus ipsum sibi ipsi omnia inuenit ꝓprio naturæ suæ im-
petu direptum; maxime si in ijs, quæ ad animũ pertinent, recte sit educatum. Nam multi in malis
moribus à pueris educati, in desidia & intemperantia viuentes, bonitatem naturæ corrumpũt, si
cuti contra nonnulli vitiosam corporis naturã sortiti, tẽperantia vitæ, & appositis exercitijs, na G
turæ vitia mutarunt in melius. Sed de horũ quidẽ ʃ siue exercitationibus ʃ siue etiam operibus se
quens liber totus componitur. De ijs autem, qui optimo corporis statu sunt, & qui sanitatis tuto-
ri auscultant, in hoc libro agere statuimus. Ac præcedens quidem de his sermo ad exercitatio-
num mensuram vsque est progressus. Superest ergo, vt de generibus eius differamus.

De generibus exercitationum. CAP. 8.

GEnera exercitationũ voco luctã, pancration, pugillatũ, cursum, & alia id genus: quorũ alia
tãtum exercitationes sunt, alia non exercitationes solum, sed etiam opera. Exercitationes
sunt tum hæc ipsa, quæ dicta modo sunt, tum præter hæc, quæ græce dicuntur τὸ πυτιλίζειν, τὸ ἐκ
πλεθρίζειν, τὸ σκιομαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίζεσθαι. ʃ Atque hęc mox descriptione exponentur. ʃ Præterea
saltus, disci iactus, tũ coryco, † id est folle, pila vel parua, vel magna, & per alteres corpus fatiga-
† *Malè, nã aliꝰ erat Corycus a folle, ut ex Ori basio conſtat.* re. Exercitia simul & opera sunt, cũ fodit, quis, cũ remigat, cum arat, cũ vites putat, cũ onus gestat,
cum metit, cum equitat, cum armatus pugnat, cũ iter facit, cum venatur, cum piscatur, cum alia,
q̃cunq; homines vel opifices vel non opifices in vita vsus causa exercẽt, facit, seu domos ædifi-
cent, seu naues, seu ferrariã, erariãve factitent, seu aratra pangant, seu tale aliquid pacis bellive
instrumẽtũ fabricãt. Horũ aũt pleriſque est, qñ veluti pro exercitatione tantũ vtare. Quippe tri- H
plex in vniuersum ipsorũ vsus est, cũ interim operis tãtũ causa vsurpent: interim meditationis,
sed q̃ ad usum futuri sit operis: interim ꝓ exercitatione tãtum. Quippe ipse aliqñ hyeme depre-
hẽsus in agro, tum ligna findere, tũ hordeum in pila contundere ac deglubere: exercendi corpo
ris causa sum coactus: q̃ nimirum agrestes quotidie pro opere faciebant. De horum igitur ceu
operum vsu, in sequẽtibus: ceu exercitationũ, nũc tractabimus. Nullũ nanq; id genus exercitium
aut ꝓpetuum diẽ obitur, aut alio tpe, quã ante cibum. Seruari vero tum modum exercitationum
in his oportet, tum vocatam apotherapiã. Quòd si etiam idonea frictione vsus ad ea q̃s accedet,
iã omnes exercitationis numeros impleuerit. De his igitur omnibus scientem esse cõuenit eum,
qui sanitatis tuendæ officio vtetur, quem ὑγιεινὸν græce vocant. licet enim eum (vt ante dictum
est) aut sic græce, aut gymnasten, aut medicum voces: prima tñ appellatio maxime propria est,
reliquæ ꝓ abusum. Nam, si artifex quisque ab arte, quam tractat, deflexum sortitur nomen, patet
eum, qui ὑγίειαν, id est sanitatẽ tuendam profitetur, merito ὑγιεινὸν appellandum: ita nimirum, vt
qui γυμνασίοις, id est exercitationi tantum p̃est, gymnasten: & qui morbis medetur, medicum.
Quod siquis hunc ipsum vel gymnastẽ, uel medicũ pro ὑγιεινῶ appellasse volet, tũ à parte totum,
tũ uero nec proprie nominabit, sed abusiue, vel ambigue, vel qũocũq; aliter dixisse velis, appel-

A.Li.ſ.pl.
c.1.fo.6.

lationem

lationem faciet. Huius rei cā est, ꝙ cum una sit ars, quæ corpori tuendo præsideat, unicum ei ꝓprium nomen inditum non est. De quibus oībus uberius singulari libro egimus, quē Thrasybulum inscripsimus. Ac genera quidē exercitationum sunt ea, quæ diximus: qualitas vero, seu differentia (nā & hanc quoq; vtroq; mō appellare licet) velocitas, tarditasq́; mouendi sunt: præterea ꝙ aliud robustum, aliud (vt ita dicam) imbecillum est: ad hæc, vehementia, & leuitas. Vtēdi verò rōnes omnium prædictorum generum vnà cum differentijs proprijs hmōi sunt. Nam aut ꝓpetuus motus est, aut interciſus: & ſi perpetuus, æquabilis, aut inæquabilis: ſin interciſus, aut certo ordine, aut citra ordinē. Hæ igitur vtendi rōnes ab ipſo negocio capiuntur. Quæ verò ab ijs, quæ extrinſecus ſunt poſita, ducuntur, eiuſmodi ſunt, ꝙ aut ſub dio exercitatio fit, aut ſub tecto aut in miſta vmbra, quam ὑποσυμμιγῆ græci vocāt. Itemq́; ꝙ aut calens locus eſt, aut frigidus, aut media itemperie: præterea aut planè ſiccus, aut humidus, aut medio modo attemperatus. Similiter illæ quoque vtendarum exercitationum rationes quædam ſunt, quòd cum puluere exiguo multove vſurpentur: item quòd cum oleo exiguo multove, aut etiam ſine vtroque, adminiſtrentur.

A ibidem.

A ibidem.

Quid omnibus exercitationibus ſit commune, quid proprium ſingulis: ac de eis, quæ robuſtæ & uiolentæ appellantur. CAP. 9.

B QVoniam ergo enumerata à nobis vniuerſa ſunt, quorū peritum eſſe oportet, qui ſanitatē tuendam profitetur, ad ipſa nunc exercitationum genera nō intempeſtiue redibimus. Ac primum docebimus, tum qđ omnibus ſit commune, tum quid ſingulis proprium: hinc frictionis ipſius tpa definiemus. Ergo omnis exercitationis commune illud eſt, ꝙ animali ipſi ex ipſa caloris augmentum excitatur. Quippe calefiunt corpora noſtra & balneis, & calidarum aquarū lauacris, & cum per calidiores tempeſtates in ſolamur, & cum igni fouemur, & cum calidis medicamentis perfricamur. Cæterum ab externo eſt omnis eiuſmodi calor adſcitus, nec de ꝓprio principio, ſed aliunde accenſus, auctusque. Exercitando vero, inſiti caloris augmētū animalibus ex ipſorum corporibus excitatur. Atq; is omnium exercitationum cōis effectus eſt, proprius tamen earum effectus non eſt, ſi modo & iratis, & * perturbatis, & pudore affectis, naturalis ēt calor augetur: quanq̄ ira *, haud quaquam auctus, ſed veluti feruor eſt caloris in corde. Itaq; ēt eſſentiam eius vel probatiſſimi philoſophorum talem eſſe affirmant: quippe acceſſorium iræ eſt, nō eius eſſentia, vltionis appetentia. Verecundis aūt augetur inſitus calor, dum primum intro ſe recipit vniuerſus: deinde poſtq̄ in alto corporis eſt collectus, & ex ipſo inibi congeſtu, & ex aſſiduo motu incrementum capit. Non. n. quieſcit pudore affectorum ſpiritus, ſed tum ab interno, tum circa
C ſe unà cum toto ſanguine, varie circumagitur, ita planè, vt ſpiritus eorum, qui perturbantur. Dicetur ātin progreſſu latius de omnibus eiuſmodi animi affectibus. Ad præſens. n. propterea ꝙ commune ſymptoma tum hos ipſos affectus, tum exercitationes excipit, dum omnis exercitij cō munem eſſe natiui caloris auctum oſtenderem: idq; de interno, & à ſe, non tñ ſolis exercitationibus ineſſe, ſed pariter dictis modo affectibus: coactus ſum obiter & de his meminiſſe. Iam ſingulas exercitationum ſeorſum perſequi tempeſtiuum vī, illo præſertim prius ſignificato, ꝙ in his quoq; complures differentiæ inueniantur. Quippe interim aliam partem aliud alio magis exercitium fatigat. Et quædam lente motis fiunt, quædam ocyſſime agitatis, & quædā robore ac nixu adhibitis, quædam ſine his: ad hæc, quædam cum robore pariter & celeritate, quædā langui de. Ac, quod violenter quidem ſine velocitate exercetur, ἔντονον. i. valens voco: quod uiolēter & cum celeritate, σφοδρόν. i. vehemens. Violenter autem, robuſteve dicere, nihil referat. Fodere ergo, valens robuſtaque exercitatio eſt. Simili modo & ſiquis quatuor ſimul equos hēns coerceat, impenſe robuſta exercitatio eſt, nō tamen celeris. Tum ſiquis maximo onere ſublato, aut eodē loco maneat, aut paululum procedat. Iam accliuis inambulatio huius quoq; generis eſt. Attollūtur. n. eo motus genere, & veluti onus ſuſtinentur ab ijs, quæ primum mouentur, inſtrumentis;
D reliqua corporis membra vniuerſa. Præterea, ſiquis ꝓ funem manibus apprehenſum ſcandat, ſicuti in palæſtra pueros exercent, qui eos ad robur præparant. Quin ēt, ſiquis funе arrepto, aut ēt pertica, ſublimis ex ea pendeat, ac diu teneat, robuſtum is validumq́; laborem exercet, citra tñ celeritatem. Ita vero, & ſi quis manibus in pugnum reductis, ijſdem prolatis, vel in altū ſublatis, diutiſſime eodem habitu conſiſtat. Quod ſi adhibitum quempiam deducere ſibi manus iubeat, nec tñ ipſe remittat, adhuc ſanè impenſius hic tū muſculos oēs, tum neruos ad robur comparat, vt quorū maxime ꝓpria ſunt oīa id genus exercitia. Idq; multo certe magis fiet, ſi qs ſummis manibus, vtraq; ſeorſum, apprehenſo pōdere (cuiuſmodi ſunt, q in palęſtra alteres dīr) porrectis his, aut in ſublime erectis, eodem habitu perſiſtat. Iam ſi ēt cuipiam iuſſeris, vt te violēter detrahat, inflectatq́; dum ipſe non manibus mō, verum ēt cruribus, ſpinaq́; conſtans, inflexusq́; reſiſtas, non leuem ad membrorum robur exercitationem obieris. Sanè hoc genere Milonē ipſum exercitaſſe ſe ferunt, dum aliàs conuellere ſe, mouereq́; de loco volēti ꝓmitteret. verū hęc crurū maxime exercitatio fuerit: aliàs vtiq; ſi manus exercitādas curabat, pugnū aperire iuberet. Idē (vt aiūt) malum punicum, aut tale quippiā, manibus cōplexus, auferendū cuiuis præbebat. Hæc igitur exercitia maximi roboris tum oñtationem, tū exercitationem continent. Robur autem partium tum exercet, tum uero firmat, & ſi quis alterum complexus medium, aut ēt ipſe

* ἀγωνιάσι i. ante certamen trepidantibus.

*impreſſi habēt εὐδαμῶς ἀυξησις, ut Linacer uertit. alii qui codi. habēt οὐχ ἁπλῶς ἀυξησις, i. haud ſimpliciter auctus, ſeu auctio.

medio comprehenſus,manibus, digitiſq; pectinatim iunctis, aut quem cõplectitur, abſoluere ſe E
iubeat,aut ipſe ſe à complectente ſoluat.Ita ẽt,& ſiquis alterum, qui uerſus ipſum ſe inclinet à la
tere aggreſſus,ilia manibus complexus,ceu onus aliquod ſublatum inuicẽ protendat,reducatq;
ac magis,ſi'dum geſtat,ipſe nutu,renutuq; corporis vtatur:ſic nanq; ſpinam uniuerſam ad robur
comparauerit. Aeque uero,qui pectoribus ex aduerſo innixi, magno ſe conatu inuicem retru-
dunt.Etiam,qui à ceruicibus pendentes deorſum trahunt,ad robur præparant. Cæterum talia
oĩa exerceri citra palæſtram,aut copioſum puluerem queunt, quocũq; conculcato loco, erectis
ac ſtantibus.Quæ uerò luctantes inter ſe moliuntur,cum robori augendo ſtudent, hæc aut pulue
rem altum,aut palæſtram deſiderant.Ea ſunt eiuſmodi:Cum vterq; luctantium ambobus cruri-
bus alterum alterius crus complectitur,deinde manibus inter ſe collatis,altera ceruici uiolenter
incumbat,utiq; quę è regione impediti cruris eſt,altera brachio.Licebit & circa ſummum caput
manu altera tanq̃ funiculo iniecta, uiolenter retrorſum reclinare ac reuellere. Eiuſmodi lucta,
utriuſq; luctatoris robur exercet:quemadmodũ & ea, quæ altero alterum cruribus cingẽte, uel
ambo p ambo mittente, fiunt;nam hæc quoq; utrunq; ad robur p̃parant.Infinitæ aliæ eiuſmodi
robuſtæ exercitationes in palæſtra ſunt.Quorum nimirum oĩum peritiã, vſumq; pædotriba cal
let,ipſe ſanè ſic à gymnaſte diuerſus,ut à medico coquus:qđ ipſum quoq; ad perpenſionem eſti F
mationemq; ſe offert. At dictum quidem iã de hoc eſt in eo libro, qui Thraſybulus inſcribitur:
cæterum dicemus & nunc,quod ſatis ad præſentem ſit diſputationem, uerũ ſi prius exercitatio-
nũ uarietates abſoluero:quarum quæ robuſtæ ſunt,quaſq; ἐυτόνους,græci uocant,dictæ iã ſunt.

Quæ ſint exercitationes celeres, quæ uehementes. CAP. 10.

SVpereſt ut de ijs dicamus,quæ celeritate peraguntur,citraq; robur & uiolentiã.Id genus sũt A.l.1.ſ.
curſus,& umbratilis armorum meditatio,& cũ duo ſummis manibus concertant, ἀκροχειρισ c.2.fol.
μοὺς,græci uocant:tum quæ per corycum,& paruam pilam exercitatio fit, utiq; cum à diſtãtibus
& currentibus adminiſtratur.Eius generis eſt & quod ἐκπλεθρίζειν græci dñt, & quod πιτυλίζειν.
Eſt autem ἐκπλεθρίζειν,cum in plethro.i.in ſexta parte ſtadij,quis prorſum,retrorſumq; uiciſſim,
idq; ſæpe,in utranq; partem ſine flexu curſitans, unoquoq; curſu breue quiddam de ſpatio de-
mit,quoad deniq; in unico greſſu conſtiterit:πιτυλίζειν uerò,ſiquis ſummis pedibus ingrediens,
tenſas in ſublime manus,hanc antorſum,illam retrorſum,celerrime moueat.Hoc uerò exercita
mento maximè ante parietem ſtantes uti ſolent, quo, ſi qñ aberrent, facile pariete apprehenſo
erigantur.Sed ſic exercitatorum ut error magis latet,ita exercitiũ ipſum fit imbecillius. Celeres
uerò motus ſunt,citra tñ uiolentiam,& qui in palæſtra eduntur, circumuolutis celeriter humi no G
bis uel ſolis,uel cum alijs. Licet autem & erectis,tum circumactis, ac uelociter prope adſtantem
mutantibus,celerem exercitationem peragere.Poteſt & ſolis cruribus,idq; erectus,ac uno loco
conſiſtens,celeriter exerceri,ſubinde quidem retro tñ reſiliens,interim uerò in anteriora refe-
rens crurum utrunq; uiciſſim. Quin & per manus exercitatione celeri tantundem ualente uti da
tur, idq; citra ullos alteres utiq; ſi frequentiæ,celeritatiq; motus earum impenſe incumbas, ſiue
has in pugnum ductas,ſiue explicatas mauis. Ac eiuſmodi quidem celeris exercitatio eſt,in qui-
bus dixi ſpeciebus comprehenſa.Reliquum eſt,ut ad uehementem ueniamus.Ea uerò,ſicuti præ
dictum iam eſt,ex robuſta,celeriq; compoſita eſt:qñ, quas robuſtas diximus, ijs omnibus ut ue-
hementibus uti licet,motus mõ celeritatẽ adijcias. Non in poſtremis uerò uehementes hæ ſunt
fodere,diſcum mittere,moueri,ſaltare, idq; cõtinuato ſine intermiſſione opere:ſimiliter graue
quoduis telũ iaculari, continuatis ſibi q̃ maxime iactibus:aut graui armatura tectũ celeriter agi-
tari.Et qui aliquo quidem talium exercentur,intermittere paululum ſolent.Atq; hoc loco inter
aſſiduam,interpolatamq; exercitationem differentiam noſcas,licet.Quas.n.mõ retulimus,uni-
uerſæ morula interpoſita magis uſurpari ſolent,ac potiſſimum, quæ labores operaq; ſunt,nedũ
exercitia, ut foſſio, & remigatio. Quæ uerò remiſſiores exercitationes ſunt,eæ ſine interpoſita H
quiete magis fiunt,ueluti continuatus diu curſus,quem græci dolichon uocant, & iter facere.

Quæ exercitationes quas partes exerceant: ac de ſingulis motibus, qui humano corpori conueniunt. CAP. 11.

HAec igitur oĩa exercitationum genera ſunt,quæ & modo dictas dĩas hñt, & ſupra has, q̃a- A.l.1.ſ.
lia lumbos magis,quàm brachia, crura ve exercẽt: alia ſpinam totam,aut pulmonẽ tñ,aut c.2.fol.
thoracem tñ.Quippe itatio,curſuſq; crurũ exercitationes ſunt:acrochiriſmi,& ſciamachiæ,bra
chiorum ac manuum propria:Lumborum aũt,aſſidue ſe inclinare, ac rurſus reuocare: idque aut
pondus aliquod à terra tollentem,aut aſſidue in manibus ſuſtinentem. Sunt & qui depoſitis an-
te ſe alteribus, vlnæ interuallo diſtantibus, poſtea medij ipſi ſtantes inclinant ſe, atq; attollunt
dextra quidem eum,qui ad ſiniſtram iacet,ſiniſtra,qui ad dextram:tum rurſum utrunq; in ſuum
locũ referunt:atque hoc identidem deinceps faciunt ijſdem ueſtigiis inſiſtẽtes. Hic uero motus
tranſuerſas ſpinæ partes magis exercet,ſicuti prior ille rectas. Thoracis uero & pulmonis maxi
mæ reſpirationes propriæ exercitationes ſunt.Maxima uero uox præter iam dicta, uocis quoq;
inſtrumenta omnia permouet:quorum enumeratio in ijs,quæ de uoce edidimus,habetur.Quo-
niam autem huc producti ſumus,non alienum ſit de omnibus animalis partibus tradere,& quæ

motus

A motus euidentes, & quæ * leues & obſcuros obtineant: q̃ rurſus à ſe moueantur, quæq; ab alijs. Quippe eiuſmodi diſcretio non paruã commoditatẽ gymnaſtæ afferet ad omnia animalis mẽbra mouenda, alias à ſe, & propria uirtute: aliàs ab alio, & ꝑ alienam. Quæcunq; n. voluntate ſuſcipiuntur actiones, eæ muſculorum neruorumq; & quos aliqui tendones τενοντας uocant, propriæ ſunt. Eadem tamen, ſi maiore ui & celeritate fiant, primum quidem & maxime dictas iam partes, ex accidenti uerò etiam arterias exercent: cum prædictis verò oſſa, venę, carnes, ligamẽta, & cæteræ omnis animalis partes vnà mouentur. Reliquorum uerò motuum, qui in animaliũ corporibus noſcuntur, quicunq; non cõmuni voluntate ſuſcipiunt̃, ſed vel naturales ſunt, uel ꝑ animi affectibus eduntur, duplices hi genere ſunt: alijs. n. cordis & arteriarum, alij venarũ & ieiunoris actiones ſunt, atque horum quidem primum & maxime: ſecundo loco reliquarum omnium partium: qñquidem quatuor naturalibus facultatibus oẽs gubernantur. Ac arteriarum q̃dem, cordisq; motus nunq̃ ſanè omnino intermittitur, cæterũ magnitudine, paruitate, velocitate, tarditate, & uehemẽtia ⁊ & imbecillitate ⁊ varie intẽditur, atq; remittitur, idq; multis ex cauſis: quas oẽs in opere quod De pulſuum cauſis cõſcripſimus, percenſui: nunc ſumma tm̃ capita delibaſſe ſat erit. Vna igit̃ mutãdi pulſus cã eſt, naturalis caloris auctio, diminutioq;. Altera cã eſt, q̃
B ex animalis ſpiritus mutata quãtitate ſpectatur. Tertia quæ ex firmitate, infirmitateque virtutis accipitur. Quarta, q̃ ex inſtrumenti ipſius malo affectu æſtimatur. Verum de hac differere nõ eſt huius loci. Iam. n. ægrotet animal, neceſſe eſt in eiuſmodi affectibus: cum reliquæ oẽs pulſus mutationes etiam in ſanis ſpectentur. Quæ igitur ex aucto, diminutoq; naturali calore mutatio oritur, ea pro anni tẽpore, nutrimẽto, potione, balneo, frictione, ſomno, & vigilia, itemq; animi affectibus, & actionib⁹ volũtate ſuſceptis incidit. Quæ uerò ex animalis ſpiritus alteratione naſcitur, ea pro motus, qui uoluptate conſilioq; initur (κατ' ὁρμήν Græce uocant,) differẽtijs uariatur. Quæ ex virium firmitate infirmitateq; oritur, pro ſubſtãtiæ ipſius cordis & arteriarũ bono, cõtrariove temperamento cõtingit. Porrò venarum opus vnà cum alijs inſtrumentis vniuerſis, q̃cunq; natura ad alimenti diſpenſationẽ excogitauit, ꝑ cibo, potioneq; tum verò ꝑ diſtributionis in corpus, & cõcoctionis, & nutricationis ratione variatur. Huius verò mutationis arteriæ quoque participes ſunt. Qui vero motus actiones nõ ſunt, horum triplex diuerſitas intelligitur. Alij nanq; animantibus ex ſeipſis inſunt: alij extrinſecus aduenium: alios medicamenta proritant. Et ex ſe quidem animalibus inſunt ij, quos ante memoraui. Extrinſecus verò accedunt, q̃ nauigando, equitando, aut geſtando, ſiue uehiculo, ſiue lectulo pẽdẽte, ſiue cunis agitatis ꝑſtan-
C tur, ſiue per nutricum vlnas, ut infantibus: extrinſecus ꝑterea aduenientium & frictio ſit. Nõ nulli tamen motus miſti planè ſunt, veluti equitatio. Non enim ut in uehiculis, præſertim in quibus ſtratus quieſcas, ita, ẽt, cũ equo inſideas, accidit, ut à geſtante tantũ agiteris, ipſe nihil agas: quin ſpinam erectam ſuſtinere, tum vtriſq; feminibus equi coſtis firmiter hærere, & crura extendere oportet, etiam ante proſpicere. In quo non modo uiſus exercetur, ſed etiam collum laborat, præcipue tamen viſcera hoc genere agitantur. Porrò ea ſalientibus quoq; ęque dimouẽtur, verũ ijs qui vehiculo geſtantur, non æque. Quare, ſi quis viſcera, quæ ſub ſepto ſunt, mouere violẽtius uelit, & prædictos labores adeat, & ꝑterea ad frictionem, quæ per circuniectam faſciã adminiſtratur, accedat. Statuatur ãt, oportet, is, qui fricat, à tergo: qui modo in dextrã, modo in ſiniſtram manus inijciat, lãcinãte, apprimenteq; has ipſas partes ipſo, qui fricatur. Sanè concutiunt nõ nihil, ea quæ ſub ſepto viſcera ſunt, & maximæ tum reſpirationes, tum voces: pari modo efflatus & qui per ſe fiunt, & qui cum cohibito compreſſoq; ſpiritu tum in tibiarum ſono, tum voce adhibentur. Iam ipſa ſpiritus cohibitio, exercitatio quædã muſculorum eſt, non minus certe eorũ, q̃ in abdomine, q̃ qui in thorace inſunt. Verum de hac poſt agetur, vtpote quæ ſupra alia quæ modo retulimus, commoda, etiam aliam gratiam non leuem præſtat, cuius nimirum cauſa ad finẽ
D exercitationem eam adhibemus. Verum ad propoſitum redeũdũ, nẽpe q̃ non pauci ex ijs motibus, qui partibus animalium accedunt, nec partium ipſarum actiones ſunt, nec earũ actiones ſequuntur, ſed ab alijs & per alia perficiunt̃: veluti in his qui vehuntur, nauigãt, fricãtur, & purgantur per medicamenta tum vomitoria, tum aluum ducentia, fit. Verum eiuſmodi motus, huius de tuenda ſanitate artis non eſt. Reliqui omnes & potiſſimum ij, qui ex frictione fiunt, imprimis neceſſarij cognitu huius artis præſidi ſunt: quippe ad cuius profectionẽ ſpectat omnium motuũ vires nouiſſe: Sicuti, reor, ad opifices ipſos ſpectat ſingulos particulares motus noſſe. hi nanque varietatem, quæ in materia eſt, norunt: gymnaſtes virtutis ſingulorum ſcientiã habet. Etenim, ſiquis me iubeat, vt hoplimachicos, i. armorum meditationis motus, vel alium doceam, vel ipſe concinne peragã, ſanè vnumquemlibet eorum obire commode nequeam. At, ſicui me hoplomachicorum, cum agit, adhibeas, non modo quam vim obtineat actionum quælibet, ſed etiam quam maxime partem exercitet, omnibus illis certius norim. Immo verò (ſi uerum ĩgenue fateri oportet) hoplomachicus nullus earum vim reddat. Qui exercitationum artem probe callet, is oẽs nouerit, ſingulas ad certos referens fines. Namq; aut uiolentæ q̃dam ſunt, grauesq; ac robuſtæ: aut leues, celeres, & concitatæ: aut pariter uiolẽtæ & celeres. Has igitur obiter dũ agi cõſpicit, ſtatim uiſas facile dignoſcit: atq; hoc amplius, quænam crura, brachia, vel thoracem actio

exerceat:

* βραχεῖας. i. exiguos uel paruos.

exerceat,quæ lumbos,caput,ſpinam,vel ventrem:quę demum aliam q̃uis partem egregiè p̃ter E
cętera fatiget. Hoplomachicus enim apte numeroſeq̃; motus peraget celeres fortaſſe,robuſtos, ac graues: cæterũ, ꝙ denſent aut emacient eiuſmodi motus, parũ nouerit: pari modo nec ꝙ carnem augent,& rarefaciunt motus tardi. Iam idẽ robuſte ſimul & tarde,& grauiter mouebit: nec tamen, ꝙ iſtiuſmodi motibus corpori robur & grauitatẽ acquirit, intelligit. Aurigandi quoque peritus omnes motus particulares numeroſe, apteq̃; & ad uſum cõmodiſſime efficiet: ſed,q̃ horum corpus emacient,aut carne impleant,robuſtum,vegetum,molle,durum,dẽſum,rarũve efficiãt, omnino ignorat. Ita & qui pila exercere inſtituit. (σφαιριστικὸν vocant) omnem pilę iactũ, exceptũq̃; callet: minime tamen, quem corpori affectum hi comparẽt,nouit. Pædotriba quoq; quicquid in palæſtra motuum geritur, pernouit: quid quiſque motus efficere queat,ignorat. Et (vt ſemel dicam) oẽs homines, artifices iuxta,inertesq̃; quos corpore motus exercẽt, eorũ ignorant uires,ſaltatores, nautę, fabri tum materiarij,tũ ferrarij,piſcatores,agricolæ,ędificatores,ſutores, oẽs denique,qui quiduis moliuntur. At gymnaſticus ex ijs, q̃ ante retuli,principijs,cuiuſuis actionis, etiam eius, quam nunc primum,nec ante cõſpexit,vim tenebit: veluti ſtatim ſaltantium præuegeti motus, in quibus nimirum, q̃ maxime ſaliunt, ac celerrime circumacti vertuntur, & genu prius poſito mox emicãt, & crura tum attrahũt,tum maxime diuaricant. Et ſumma F
tim,in quibus ocyſſime mouentur,gracile,muſculoſum,durum,compactum,prętęrea uegetum, corpus reddunt: at remiſſi tardi & languidi motus,non ſolum non eiuſmodi corpus,quale nunc diximus faciunt, ſed contra, ſi natura muſculoſum & uegetum ſit, diuerſam omnino affectionem inducunt. Quod igitur paulo ante diximus pædotribam ita eſſe gymnaſtæ miniſtrum, vt medici coquum,id nunc quoque oſtenſum eſt. Quippe coquus betam,lentem,aut ptiſanam alias alia ratione præparat: nec tamen,quod præparauit,quam vim obtineat,intelligit,aut quęnam præparandi ratio cenſenda ſit optima. At medicus nihil horum ita,vt coquus,parare eſt potis: verum quicquid præparatum ſit,eius vires probe callet.

Frictionem, exercitationem, ſomnum, cibum, balneum, & cætera, quæ propoſito adoleſcenti adhibentur, moderata conuenire. CAP. 12.

ERgo gymnaſtes propoſiti nobis adoleſcentis, vtique qui optimũ corporis ſtatũ eſt ſortitus, omnium quidẽ exercitationum vires pronouit: deligit verò ex omni genere, qđ moderatũ, mediumq̃; inter vtrunq; exceſſum eſt. Nã neq; celeris, tardęve exercitationis optimus ſtatus eget, ſed planè mediocris ac mediæ: nec rurſus violentę & vehemẽtis, nec remiſſæ & languidę, immo in his quoq; mediocre optimũ eſt: quãdo nõ alterare, ſed planè ſeruare optimum corpo G
ris ſtatũ conuenit: Siue igitur armis eiuſmodi adoleſcentẽ exercitare gymnaſtes uelit, † peritiſſimo totius meditationis armorũ adſcito, eũ oẽs ſibi promere actiones iubebit: mox ipſe eliget, ac diſcernet, imperabitq̃; quibus earũ ſæpe, quibus raro, quibus mediocriter, quibus aut nunquam, aut ſemper exercitari, eum uelit: quippe quem latere non poteſt, quæ quodq; mẽbrum exercitatio magis agitet, quęve cuiuſque exercitationis qualitas, facultasve ſit. Siue folli, pilave exercitare ſtudet, hic quoq; rurſus tũ genus, tum qualitatem, tũ * modum, actioni inueniet, ipſo follis pilæve perito, pro miniſtro adhibito, quò illo omnẽ eius generis actionum materiam indicet. Nã ipſius propriæ cuiuſq; artis materiæ gymnaſtes, qua gymnaſtes omnino eſt ignarus: verum, ubi ſemel inſpexit, non ſolũ qualitatem, ſed etiam vim eius, protinus intelligit. Quàm plurimos enim ipſi ex ijs, quibus imbecilliores quædam corporis particulæ erãt, unde crebris in his † impreſſi habẽt οὐχὶ ἅπαντας ἀπὸ τῶν οἰκείων γυμνασίων. Manuſcripti tamen oẽs, quos uiderim habẽt οὐκ ἀπαγαγόντες ἀπὸ τῶν, &c. i. non abducentes, ſeu nõ remouentes a proprijs exercitationibus: & ita omnino uidetur legendum. vrgebant morbis, unius gymnaſticæ ope reſtituimus: † neque tamẽ omnes proprijs exercitationibus, ſed, ſiue quis ſaltator erat, ſiue hoplomachicus, ſiue pancratiaſtes: ſiue luctator, ſiue alio quouis genere exercitatus, iuſſo eo nobis p̃ſentibus artis ſuę oẽs motus promere: mox appotiſſimis vnà cũ tẽpore & modo delectis. Verum de correctione id genus, procedente tractatu agemus, ea ſcilicet operis parte, in qua de vitioſis corporum ſtatibus diſceptabitur. Nũc optime cõ- H
parato corpori ſuũ ſtatum tueri propoſuimus. Porrò huic omni generi mediocritas adhibenda eſt ex frictione, exercitatione, balneo, cibo, ſomno, ita ut nec durior illi, ne mollior, habitus corporis reddatur. Quippe hic ab extrinſecus imminentibus facile offenditur: ille corporis inhibet auctum. Prętęrea nec denſior, ne uidelicet in carne excrementorũ aliquid hæreat: nec rarior, ne quod eſt ſalubre, effluat. Simili modo, ſi quidem optimo habitu erat, nec ſolito gracilior, nec craſſior: cũ conſtet gracilitatem externis iniuriis, craſſitudinem iis, quæ internæ ab ipſo corpore proueniunt, eſſe obnoxiam. Pari modo neq; calidius, frigidius, ſiccius, vel humidius, efficere eiuſmodi corpus expedit, ſi quidẽ inculpato temperamento erat. vnum igitur eſt, quod in ita ſe habente corpore eſt ſpectandum, nempe in omni tuendæ ſanitatis materia, quod cõueniẽs, mediocreq̃; eſt. Porrò id eſt inter utrunq; exceſſum plane medium. Quemadmodum autem huius maxime ſis compos, ſupra iã dictum eſt. Cæterum de iis, quæ maxime neceſſaria ſunt, vel ſæpius meminiſſe non ſit profectò inutile. Prima ergo dies craſſiorem coniecturam præbebit, ſecunda verò, tertia, quarta & reliquarum quælibet, pro ratione magis exactã. Quippe in prima die oĩa tibi pro dictis iam ſcopis ſunt peragenda. Exuat, ſe ſicut Aegimius præcepit, ubi in lotio iam perfecta concoctio cernitur. Mox frictionis ratio huc ſpectet, ut membra molliantur. Docebit id

tum

† *Ad uerbum fere: peritiſſimũ materia hoplomachicarum actionum aſſumẽs, cum &c.*

* μέτρον.

A.l.1.f.3.d.2. f.30.fo.60.h

Atum floridus" color, qui in ſumma cute reſidebit, tum artuum flexibilitas, habilitaſq; ad oẽm motum. Poſt hęc exercitetur, dum & corpus intumeſcit, & color illi floridus apparet, & motus promptè, æqualiter, & concinne edit. Inter hęc uerò ſudorem cum calido uapore miſtum cernes. Inhibenda uerò exercitatio tum primum eſt, cum aliquod horum fuerit mutatum. Quippe, ſi contractior paulo corporis moles uidebitur, deſiſtendum illico eſt: ſi.n. ultra quid pergat, ẽt boni ſucci non nihil educetur: atq; ita tum gracilius corpus fiet, tum aridius, atq; ad incrementũ minus habile. Non minus profectò, & ſi coloris gratia uaneſcat, ceſſandum eſt, qñ, ſi exercitationẽ continues, frigidum corpus efficies, & nimium exhauries. Iam motuum alacritas, æqualitas, uel cõcinnitas ſi remitti quippiam, collabiq; cernitur, utiq; ſtatim deſinere cõueniet. Itidem, ſi in ſudore accidat ulla qualitatis eius, quantitatiſve mutatio, quippe quẽ & copioſum magis, & magis incalentem edi par eſt, prout motibus vehementiæ plus acceſſerit. Cum igitur is aut minor intelligitur, aut frigidior, tum ſcias digeri, exhauririq; corpus, præterea refrigerari ac ſiccari plus iuſto. Quo magis ſolicite attendendum exercitando corpori eſt, ut cum dictarum iam notarum quælibet apparet, protinus ceſſet. Nec tñ protinus lauatũ ablegandum eſt, †ſed ſummam exercitationis intentionem, quam ἀκμὴν Græce uocant, remittere, ſiſtereq; iubebitur. Quòd ſi illa cohiben
B do anhelitu implere uelit, perfundi oleo, atq; apotherapia uti deinceps debebit. Porrò, ea cuiuſmodi res ſit, ſimul qui ſint in ea ſcopi, & q̃ menſura, præterea quibus abſoluatur, tum motibus, tum frictionibus, ſequenti libro monſtrabitur: præſertim. n. utpote ſatis uerborum hñtem iã, commode uideor finiturus, ſi modo illud unum adiecero, lauacrum, quod omnino medio temperamento ſit, ad propoſitam ætatem, naturamq; eſſe eligendum. Propoſitum nanq; eſt, ſi recte meminimus, tertium à natiuitate ſeptennium, id eſt quod inter quartumdecimum, ac unum & uigeſimum annos interuenit. quo utiq; frigida lauari adoleſcentẽ adhuc nolim, ne incremento eius (cui plurimum eſt conſulendum) ſit in mora. Vbi uerò iuſtam magnitudinem impleuit, ẽt de frigida lauatione aliquid diſpiciemus. Simili ratione & de exercitationibus, quæ in puluere obeũtur, exquiſitius in ſequenti ſermone agemus. In præſenti illud nouiſſe ſatis erit, ne puluere quidem huic adoleſcenti opus eſſe: modo illi, in qua exercitabitur, domus ad eũ modum, quẽ inter initia præcepimus, præparata ſit. Verum, ſi calidior ſit, tum puluere utẽdum. At eo ſi utetur, oĩno erit lauandum. Si non utetur, liceat & illotum dimittere, præſertim hyeme. Poſt hęc uerò, & quę ad cibum, potionem, ſomnum, ambulationemq; pertinent, conjectanda huic ſunt, qui adoleſcẽti præficitur: & in ſequentibus à nobis dicentur. Verum fieri non poteſt, ut modi horũ primo ſal
C tem die ratio illi exacta conſtet, ſecundo, ubi exploratum habuerit, quomodo poſt quot exercitationes nutritus adoleſcens ſit, ſi proprium naturæ habitum prorſus ſeruare uiderit, eodem ſeruato modo tum nutriet adoleſcentem, tum exercitabit. Sin non ſeruauerit, quacunq; rõne à priſtino habitu eſt lapſus, reducere eum mutata menſura tentabit: itaq; facere non deſiſtet, quoad in ſingulis peragendis exactũ modum definierit. Quot uero, & qui ſint præter naturã lapſus, ac quemadmodum quemlibet tum agnoſcere, tũ reparare cõueniat, in ſequenti opere docebitur.

† *Græci coões, quos uiderim, & Orybaſius 6. collect. med. ca. 15. habent,* ἀλλὰ τῆς μὲν ἀκμῆς τῶν γυμνασίων ἐπιτυγχάνειν, ᾗ σῦναι κελεύσω. *Antiqua aũt translatio hoc in loco habet, Quiescendum ergo a ſtatu exercitiorum, & ſtare iubendum.*

GAL. DE SANITATE TVENDA

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI

Plenam laſſitudinum & cæterorum affectuum dignotionem, ac curationem exhibet, quatenus
D exercitationes ſequuntur, & ſunt ſanorum hominum ſymptomata.

Quid actum ſuperioribus libris, quid hoc agendum. CAP. 1.

MEdicorum, gymnaſtarumq;, qui de ſanitate tuenda prodiderunt, alij oĩum hominũ cõia p̃cepta tradiderunt, nihil uſquã cogitantes de corporũ nr̃orum p̃ſpẽs dria. Alijs diſſidere inter ſe corpora nr̃a non paruo diſcrimine placuit, eorum tñ dr̃ias, ceu cõprehendi planè uniuerſæ nequeant, conſulto omiſerunt. Pauci oĩno, qui per ſpẽs & gña diſcernere ſunt aggreſſi, plura perperã, q̃ recte, ſcripſerunt. Nos primo ſtatim uolumine, quot numero ſpẽs humanorum corporũ ſint, indicauimus, promiſimuſq; ſingulis propria tuendę ſanitatis p̃cepta ſeorſum tradituros. Orſi ãt ſumus ab eo corporis ſtatu, in quo quæri de ullo naturæ uitio non poſſis. Qm̃ ãt is hõ negociorũ interdũ occaſione, uel ſponte, uel inuitus pro ſecundæ ualetudinis p̃ceptis uiuere prohibetur, ſatius uiſum eſt primũ eũ liberũ, ſuæq; planè ſpontis, ac uni corporis ualetudini uacantẽ proponere. Ac, quẽadmodũ educari eiuſmodi hoĩem conueniat, primo libro docuimus, ad quartumdecimũ uſq; annũ curã eius perſecuti. ſecundo, qua rõne ad uirilẽ ætatem duci debeat, indicauimus: ubi longior ſermo incidit, poſtq̃ in cõmunia ſalubris artis

tis capita deuenit, sine quibus ne de ꝓpoſita q̃ dē ętate, naturaq́; exacte differere licebat. Oēs. n. E tum frictionis, tum exercitationis differentias enumerauimus, non mehercle particulares, (niſi ſicubi has obiter exempli cauſa, non neceſſitatis referre ex uſu fuit) ſed quæ genere ac ſpecie sūt diſtinctæ. Ergo in frictionibus quidem quam mollis duraque, & ante has mediocris, facultatem obtineant, interpretati ſumus. Adiecimus & differentias, quæ à quantitate ſumuntur, numero tres, mox quæ ex coniugatione harum oriuntur: omnes in totum numero nouem, etiam poteſtate ſingularum expoſita. In exercitationibus uerò enarratis, quænam acuta veloxque uocetur, quænam hebes tardaque, ac quæ harum mediæ, primæque natura ſaltem ſint, itemque quæ ualens ac mollis, præterea grauis, læuiſque, quæque harum ſint mediæ, ſimili modo tractatis, docuimus optimum corporis ſtatum per omnia, quæ mediocria conuenientiaque ſunt, quę eadem media planè exceſſuum ſunt, agi debere, idque tum in frictione, tum exercitatione, tum balneo, tum alimento, omnibus denique, quæ ſalubrem uictus rationem complent: pollicitiq; ſumus, ſicuti de frictione exercitationeque fecimus, ubi in genera quædam communia ſpeculationem reuocauimus, quò ſimul recordatu facilis, ſimul certa ratione uiaque tradita doctrina eſſet, ita & F in reliquis omnibus facturos: ac primum quidem de ea, quam apotherapian uocant, acturos: quandoquidem ea proximo loco tractanda in ſuperioribus eſt propoſita. Quippe ubi, quouſq; intendere, augereque exercitationem oporteat, quod ad ſanitatis rationem pertinet, præcepimus, finem quoque ſequi debere diximus apotherapian, de qua nunc agemus.

De apotherapia, quæ poſt exercitationes, tum frictione, tum alijs ingenijs adhibetur. CAP. 2.

EST igitur unum quidem primum, q̃ ea genere duplex eſt. Altera quidem exercitationis ceu pars, altera eius ceu ſpecies. Ac de ea quidem, quæ ceu ſpecies cenſetur, poſt dicemus: de ea vero, quæ ut pars habetur, nunc agendum. Omnis exercitationis probe peractæ poſtrema pars apotherapia dr̃. Et duplici conſilio ſuſcipitur, & ut excrementa expurget, & ut corpus à laſſitudine tutum reddat. †Prior cauſa etiam exercitationi cōmunis eſt: ſ quando eius quoq; duplex omnino propoſitum eſt, & ut ſolidas animalis partes firmet, & excrementa expurget. Proprius tñ apotherapiæ ſcopus eſt, vt laſſitudinem, quæ ſuccedere immodico exercitio ſolet, ſummoueat atq; prohibeat. Ac athletis quidem, ſ& alijs qui opere corpus fatigant, ſ ſicuti qui uel fodiūt, uel iter agunt, uel remigant, uel tale quippiam opus uitæ neceſſarium obeunt: præſtò laſſitudines adſunt, niſi apotherapia deuitentur. Verum, de quo hoc loco agimus, optime comparatum cor- G pus, quod ab omni ſeruitute eſt liberum, & uni ſanitati uacat, raro laſſitudine tentatur. Sicuti. n. athletæ, quos labor maximus exercet, nullo alio exercitandi genere obnoxij laſſitudini ſunt, p̃terquam eo, quod ab ipſis ſolutum dicitur, ita nec qui uitam degunt liberam, & qui tñ ualetudinis tuendæ gratia exercitantur, uſquam laſſabuntur, propterea q̃ hmōi exercitium adire nulla neceſſitate coguntur. Athletis. n. neceſſe eſt (quo uidelicet ad immodicos in certaminibus labores, etiam totum diem aliquando continuatos, præparato iam corpore ſint) abſolutiſſimū illud exercitium (ipſi κατασκευὴν uocant) aliquando obeant. Verum, qui tñ tuendæ bonæ ualetudinis cauſa exercitantur, ijs nec neceſſum, nec utile planè eſt immodicos labores adire: itaq; his nullus inſtat laſſitudinis metus. Nihilo ſecius tamen ijdem apotherapia utentur, & ſi nullo laſſitudinis timore, at certe excrementorum purgandi cauſa: cui ex †pleniore (ut Græci loquuntur) menſura, etiam laſſitudinis ſecuritas accedit. Nam & ſi ipſe exercitationis modus his eſt a laſſitudine quàm maxime alienus, actioniſque omnis ratio plane citra uiolentiam, fieri tamen aliquando poteſt, ut gymnaſten in utroque paulum quid ſubterfugiat: quod neglectum, ſi non magnã, certe leuem exercitato laſſitudinem concitet. Cæterum non cōuenit, qui ſibi uiuat, & uni corporis ſanitati uacet, ut uel minimum lædatur uſquam. Tutiſſimum itaque ſit apotherapia ſemper uti. H Quæ qualis adhibenda ſit, ipſa finium, ad quos tendimus, demonſtrabit natura: Nam, quoniam id petimus, ut ſolidarum animalis partium excrementa, quæcunque excalfacta, extenuataq́; per exercitationem in corpore adhuc manent, prorſus eijciantur, & frictiones, quæ per alios adminiſtrentur, adhiberi oportebit, & cum his unà tum ipſarum quæ fricantur, partium tenſionem, tū etiam ſpiritus cohibitionem. At quoniam nec frictionum unica ratio eſt, nec ſpiritus cohibēdi, deligendum ex utroque genere eſt, quod utiliſſimum eſt. Atque ex frictionibus quidem, quæ dura eſt, cogere corpora, hoc eſt denſiora ſimul, durioraque reddere traditum iam eſt. Itaque hæc ad res propoſitas parum eſt accommoda: ſiquidem quod denſatur, intra ſe cludit, quod laxum ſit, liberum excrementis exitum præbet. Ad eundem modum quod durat, ijs, quæ tenſa ſunt, maxime eſt aduerſum, ut quod eorum affectum magis adaugeat: contra quod mollit, id eſt utiliſſimum. Si igitur ſemel & excrementa digeri, & quæ tenſa ſunt, molliri conuenit, duræ certe frictiones omnino ſunt fugiendæ: nec his minus à lentis cauendum arbitror. Nam poſtquàm à ſe corpus non amplius dimouetur, periculum eſt, ne frigeſcat, ac denſeſcat, dum nulla ope externa calfit. Hac" igitur de cauſa nō ſolum cum celeritate eſt fricandum, ſed etiam, quoad fieri poteſt, plurium manibus: quò nulla corporis pars nuda maneat. At ſi nec tardā eſſe frictionē oportet, nec duram, oleum nimirum fricando corpori largiter circūfundi debebit: id enim ad ueloci tatem ſimul, & mollitiem frictionis multum conducet: & alioqui aliud nō ſecundum mediocre

commodum

† Locus hic & in Græco mutilus uidetur, ex antiquo igitur codice reſtitui debet hūc in modum, κοινὸς μὲν οὖν ὁ πρότερος σκοπὸς ὅλῳ τῷ γυμνασίῳ τῶν ἀθλητῶν τε, καὶ τῶν ὁτιοῦν ἔργον ἀναγκαῖον ἐν τῷ βίῳ διαπραττομένων, οἷον ἤτοι σκαπτόντων. i. cōmunis igitur prior ſcopus eſt omni exercitationi cū athletarum, tum eorum, qui opus aliquod uitæ neceſſarium exercent, ut fodientium.

† ἐξ ἐπιμέτρου.

A.l.1.f.3.d.c.3.fol.6.a.

A commodum affert: qñ & quæ tenſa ſunt, remittit, & quæ inter uehementius laborandũ fatigata ſunt, emollit. Atq; his quidem de cauſis dura uitanda eſt frictio, ob alias uerò mollis: quippe ea nec alte demittitur, ſed circa cutẽ ipſam, & ei uicinas carnes deficit: nec ea, quæ in anguſtis meatibus contenta excrementa ſunt, elidit. Cuius profectò cauſa tum ipſam fricandarum partiũ tenſionẽ, tum ſpiritus cohibitionẽ iniungimus. Media igitur mollis, duræque, quę eadem mediocris eſt, ab utriuſq; incõmodo abeſſe vĩ, & mollis inefficacia, & duræ uiolentia, noxaq;. Ea uero perficietur fricantis quidem manibus ualenter iniectis, ita, ut earum impreſſio ad duram frictionem proxime accedat, cæterum pinguitudinis copia, & uelocitate mouendi eatenus remiſſis, ut planè euadat mediocris. Nam & pinguitudo ipſa ualentioris manuũ iniectionis nõ leue præſidium eſt, & breuitas ipſa contactus tĩn demit de uiolentia, q̃tum ẽt de tempore. Porrò tendendas obiter, dũ fricantur, partes cenſemus, quo, quicquid inter cutẽ, & ſubiectã carnem excrementorũ reſidet, per cutem expellatur. Quippe ambabus ijs laxis non magis foras, q̃ intro ferri excremẽta continget. Diſtentis uerò ijs, quæ ſub cute ſunt, oĩa foras eliduntur, ceu gemina manu expreſſa: una foris, eius utique, qui fricat: altera intus, ipſis. ſ. quæ tenduntur, particulis, manus uicẽ ſupplentibus. Ac propter hæc quidem non exigua portio apotherapiæ eſt ſpiritus detẽtio, & cohibitio.

B appellant uerò ita, ubi omnibus thoracis muſculis, qui circa coſtas hñr, intentis, coactiſq; expirationem continemus. Accidit nanq; obiter, ut ſpiritus, qui à coſtis premitur, dum efflari, q̃ clauſum ſit guttur (λάρυγγα Græci uocant) prohibetur, uniuerſus peſſum ad trãſuerſum ſeptũ (quod Græce dicitur διάφραγμα) detur. atq; ut cum hoc, quæ ipſi ſubſunt, omnia ſimul attollãtur, iecur, lien, uentriculus, & quædam alia. Oportebit autem interim muſculos quoque, qui in abdomine ſunt (ἐπιγάστριον Græci appellant) leuiter intẽdi, ut ab his una cum ſepto, ceu gemina manu preſſis, quæ interſunt, partibus, excrementum, ſi quod intra ſe habent, foras elidant. Porrò mediæ inter hæc partes continentur, iecur, lien, uentriculus, craſſi ac tenuis inteſtini partes, quæ prominent. Loca uerò ad excipienda, quæ expelluntur, excrementa, patent, tum uẽtris tota capacitas, tum iſthic conſiſtentium inteſtinorum concauitas. Si uerò feriari planè abdominis muſculos patieris, nullius prædictorũ excremẽta uacuabis; quæ uerò in thorace aut pulmonibus hñr, ea deorſum transferes. Expedit uerò, huc potius transferantur, q̃ in illis maneant: tanto profectò magis, quanto ẽt eorum, quæ in uentre, q̃ quæ in pulmonibus & pectore continẽtur, promptior exitus patet. Hæc enim (nempe quæ in uentre & inteſtinis ſunt) uel euomuntur facile, uel excernunt: Illa cũ conatu & ui per tuſſes eijciũtur. Verũ, ſiquis, q̃nde ut ſeptũ, ita abdominis quoq; muſcu-

C los anhelitus cohibitione intẽdat, exquiſitius planè expurgabit ea, q̃ ſub ſepto ſunt, uiſcera: nõ trãsferetur tamen quicq̃ à ſpiritus inſtrumentis ad ea, quæ nutrimento ſunt delegata, ſed totũ in ipſo thorace & pulmonibus excrementum manebit. Quare cohibitionem anhelitus id genus nunc nõ probo: multoq; minus, ſi quis omnino nõ diſtento ſepto ualide, ac uehementer contrahat muſculos abdominis: qñ ita neceſſe eſt uenas oẽs, partesq; quæ circa collum ſunt, ſpiritu ac ſanguine impleri, excrementa uerò ſurſum atque ad caput nõ deorſum & ad uentrem ferri. Intueri. n. id tum in ijs, q̃ tibia inflant, licet, tũ q̃ maximã, acutiſſimãq; uocẽ edunt. Siquidẽ his collum oẽ dilatari, faciẽ uerò intumeſcere, & caput ualidiſſime impleri uideas, propterea, q̃ in hoc opere, q̃ in abdomine muſculi ſunt, tenduntẽ, diaphragmate his cedẽte. Eſt enim quicquid eiuſmodi operis eſt, ueluti in ijs demõſtratum eſt, quæ de uoce edidimus, miſtum ac compoſitũ ex maxima expiratione, & ſpiritus cohibitione: utiq; cum ſimul oĩs ſpiritus efflatur, maximo nimirũ facto expiratu, idque cum ualidiſſima muſculorum, tũ qui coſtis inſident, tũ q̃ in abdomine ſunt, tenſione: In ſpiritus ãt cohibitione, eadem vtrorũq; muſculorũ facta tenſione nullo tĩn ſpiritu elabi permiſſo: in ijs, qui tibia ſonant, aut acutam uocem edunt, muſculis pari modo tenſis: expiratione tĩn nec penitus cohibita, nec tota ſimul emiſſa, ſed mediã rationẽ ſeruante. Ita nimi-

D rũ fit, ut trium operum cõis ſit muſculorum tenſio, propria uerò in totius ſimul ſpiritus efflatu, uelox eius foras expulſio: in anhelitu cohibendo ipſa eius retentio: in tibiarum opere & uoce mediocris emiſſio. Cauſa uerò triplicis huiuſce operis exitu arteriæ eſt: quippe qui in totius ſimul ſpiritus efflatu latiſſime ſe pãdit: in ſpiritus cohibitione prorſus clauditur: in ijs, qui tibia ſonãt, aut qui voce acuta ſimul, & magna utuntur, mediũ quẽdã habitum ſeruat. Ac de his quidẽ poſt hac aliqñ agere neceſſe erit in ijs, quibus de uociferatione agemus. Cęterũ ſpiritus cohibitio, q̃ ad apotherapian eſt §maxime§ idonea, §iecur, lienem§ & uentriculum attollit, tenſis qui in thorace ſunt, muſculis uniuerſis: remiſſis, qui ſunt in ſepto & abdomines: ita nanque deorſum ferentur excrementa. Secundo autem loco habẽda eſt, q̃ mediocriter eos, qui in abdomine ſunt, muſculos tendit, quò uidelicet ea, quę ſub ſepto ſunt, uiſcera apotherapiæ fructum ſentiãt. His ipſis de cauſis etiam faſciarum (quæ ἄμματα Græci uocant) circumactus fieri conueniet: quos fri-

A.1.t.f.3 d.2. e.4.fol.61.b

cantes ipſi, cum a tergo fricandorum conſtituerint, circa totum uentrem adhibẽt: †cũ ex aduerſo ſe collocarint, ceruicibus: alios uerò coſtis, & ſpinæ, & pectori accommodant, idque conuerſo pariter cum his quodammodo eo, qui fricatur. Circa lumbos uerò ſimilis faſciarum circumiectio circumactioq; fiet, tendente ſe ad ſingulas eo, qui fricatur, non tamen cum omnibus pariter ſe uertente: cum neque continuos motus, nec uehementes cõtingere ei ex apotherapia conueniat,

† *Alij uertũt ex græco. Alios uero, cum à frõte conſiſtentes, faſciarum circa dorſum circũiectionibus utuntur, duabus manibus circumagentes: alios aut coſtis, et ſpina, & pectori, idq; conuerſo, &c.*

conueniat,ſed certe aliquos,& quibus ex interuallo frictiones ſint interpoſitæ. Quæ namque & E
continuæ & vehementes frictiones ſunt,hę exercitationis,q̃ præparatoriam vocant, ſunt propriæ:q̃ verò nõ continuæ,nec vehementes,apotherapiæ.Itaq; ſæpe quidẽ reuoluatur, ſubinde uerò ẽt repellat: ſæpe ẽt hoc ipſo tpe progymnaſten mutet: ſæpe ipſe à tergo gymnaſtæ incũbens,ac crurũ vtrũq; per vices ipſi circũplectens, idq; cum tenſione aliqua haudquaquã vrgente,ab alijs,qui cõmode contrectent,fricetur: hac.n.vel maximè ratione & calorẽ,qui exercitãdo eſt adauctus,ſeruauerit,& ſimul excrementa proprijs ipſius tũ tenſionibus tũ motibus ieecerit. Ad quod ſanè opus ſpiritus quoq; cohibitio non parũ mihi conducere videtur: quippe qui undiq; compulſus,in anguſtos ſe recipere meatus cogitur, eosq; ſi amplius truſus propulſusq; fuerit,ẽt penitus tranſire,atq; extenuati iam excrementi ſecum nonnihil arripere. Ad hũc ſanè modũ exilia inſtrumentorum foramina,vehementiore ſpiritus inflatu, expurgantes opifices videas.Nam quantũ is vlterius per vim coactus impellitur,tm̃ ab ipſo quædam impelluntur,quędam trahuntur,totamq; viam peregiſſe properant. Et truduntur quidem, quæ ante occurrunt; attrahuntur,quæ ad latus ſunt poſita,impetu ipſo motus utraq; coacta.Quin ẽt inter ipſam exercitationem,ſpiritus cohibitionem interponunt optimi gymnaſtæ,atque ẽt, quam ſupra cõprehendimus,ipſam,quæ apotherapię debetur, frictionem: ſimul hominem,cum laſſitudo incipit, F
recreantes:ſimul cutis meatus paulatim expurgantes,quò videlicet perſpirabile ſimul, purũq; corpus ad ſubſequentes labores ſit. Cum alioqui verendum ſit,ne, ſi nihil tale gymnaſta prouiderit,obſtruat potius prædictos meatus,q̃ expurget,propterea q̃ vehemẽtiſſimi materię impetus diuerſis temporibus ac rationibus contrarios edere effectus poſſunt, obſtruere quidem, cũ craſſum ſimul ac multum fuerit,quod confertim ac præceps agitur: purgare, cum exiguum tenueq; eſt,nec præpropere,nec uiolenter cogitur,ſimul oẽ expelli. Apparet enim ita accidere in omnibus tum externis inſtrumentis,tũ verò calathorũ plexibus.Quippe eluitur,extergeturque ex his omne ſuperuacuum,non cũ egredientibus adhuc paulatim prioribus,alia violenter à tergo irruunt (verendũ.n.interim eſt,ne,quæ in tranſitu ſunt impacta,innixaque,inuicẽ viam obſtruant) ſed cum prioribus,ʒ vel iam exeuntibus,ʒ vel planè vacuatis alia poſtmodũ vacuãtur. Et quid de exiguis meatibus miremur,cum ẽt è theatris multitudo, quæ confertim egredi conatur,in exitu hæret: Ob hæc itaque,qui etiã in medijs laboribus apotherapia vtũtur, gymnaſtas laudo, potiſſimumq; in ijs,quos grauia(quæ vocant) certamina exercẽt. Verum de his poſtea. Qui autem nunc nobis propoſitus iuuenis eſt,non athleticum habitum, ſed ſimpliciter ſanitatẽ ſcopum habet, quo minus aut multis exercitationibus, aut coacta comeſtione eſt opus, aut etiã G
ſuillæ carnis copia,aut pane id genus,quo graues athletę vtuntur. Atque his omnibus de cauſis timendum huic non eſt,ne exiles eius meatus obſtruantur, ſi modo probe eſt præparatus.ſ.ido nea frictione,ac laboribus,qui ex paruis paulatim creſcant: Graui verò athletę, niſi omnia p̃be adminiſtrentur,ob ciborum tum qualitatem,tum quantitatem verendum in exercitationibus eſt,ne obſtruantur potius,quàm expurgentur meatus.

Galeni excuſatio, ſi forte in docenda Apotherapia breuior fuiſſe videatur. CAP. 3.

AC de apotherapia quidẽ abunde mihi dictũ iam eſt. Deinceps ad balnea veniamus,illud modo de propoſitis p̃fati,q̃ ſiquis hæc paucioribus interpretabitur, is merito p̃lixitatem ſermonis noſtri accuſet. Verum,ſi quis aut neceſſarium aliquod theorema,aut,q̃ id confirment, euidentes demonſtrationes p̃teriens,breuitate ſe vſum putat,hunc nõ tam de tali breuitate ſibi placere,q̃ certe pudore affici,par eſt.Ego vero,& ſi iſtũ uolumen ſcribere de ea, q̃ vocatur apotherapia, potuiſſem, tñ id faciendum non cenſui, vt qui longitudinem huius operis contrahere maximè ſtudui.Si.n.ad ea refellenda,q̃ perperã à pleriſq; ſunt ſcripta, me cõuertere uoluiſſem, nec paruã,nec certe leuẽ materiam longioris ſermonis habuiſſem. Verũ arbitror ex ijs,quæ demonſtraui,ſatis me ſeminũ dediſſe ijs, qui ſaltẽ non planè hebetes ſunt, eiuſmodi oĩa refellẽdi. H
Cum.n.dicat Aſclepiades,ſpiritus cohibitionem caput opplere, ex ijs, quæ ipſe paulo ante definiui,cum differentias eius traderem,põt,qui volet,hominis ſententiam refellere. Similiter in ſecundo quoq; volumine licuit ẽt mihi,omnibus exercitationibus ſigillatim percenſitis,librum producere:ſicuti cum alij nonnulli fecerunt, tum, qui belliſſime totam materiam eſt executus, Theon Alexandrinus. Is.n.quatuor libros non alia de re, q̃ de particularibus exercitijs ſcripſit. Quæ & mihi dixiſſe licuit, ut qui tum melius, q̃ ille,interpretari potuerim, tum uero aliarũ meminiſſe non paucarũ exercitationum, quæ ſunt operibus cõia. Is.n.cum illud ſibi propoſuiſſet, vt,quemadmodum athletæ maximè exercitarentur, doceret, in his multum uerborum abſumpſit. Poteſt autem, qui uolet, & de ijs,quas ſingulæ artes præſtant,exercitationibus diſſerere. Atque hæc quidem ijs,qui longitudinem operis parum æquo animo ferunt,dicta ſint.

† Quidam putãt uocem illã,quarum, nõ ad ſponte natas aquas tantũ referri debere,ſed ad omnes ſupra enumeratas aquas, uel ad balnea,eſt enim in græco αὐτῶν generis omnis.

De balneis calidarum, & frigidarum aquarum, quatenus ad tuendam ſanitatem comparantur. CAP. 4.

NVnc de balneis agere tẽpeſtiuum uidetur, Ac primũ quidẽ de aquis dulcibus calfactis, vt quarum crebrior ſit uſus: mox de frigidis: poſtremo de iis, quas ſponte natas appellant: quarum aliæ media temperie,aliæ feruentes,aliæ tepidæ,aliæ omnino frigidæ ſunt. Dulcium

calfactarum

A calfactarum aquarum, ſi media tẽperie ſint, uis calida & humida eſt: ſin tepidiores ſint, humida & frigida: ꝙ ſi iuſto calidiores fiãt, calida quidem, ſed nõ perinde humida. Quippe horrere cor pora, contrahiq́; exiles eorũ meatus ſubigunt, ita ut nec madeſcere ab extrinſecus accedẽte hu more poſſint, nec excrementi, quod intus latet quicq̃ emittere. Cæterum ab ijs incipiendũ, quę medium temperamentũ obtinent, quę per ſe ſemper calfaciunt & humectant: euenit tñ ex acci dente, ut aut per halitũ digerant humores, aut ſuperuacua fluxione (ῥεῦμα Græci uocãt) corpo ris particulas impleant, aut molliãt, aut concoquant, aut uires firment, uel infirment: ſiquidẽ ad hæc quãtitas quoq; earum non minimum confert. Quin alios quoq; multos lauationis aquæ tẽ peratę & potabilis effectus, qui iam comprehenſis ſuperueniant, enumerare licet: quorũ qui ꝓ poſito nunc operi ſunt accõmodi, dicentur, q̃ fieri poteſt, pauciſſimis, dilato videlicet in aliud tẽ pus eo, quẽ in morbis p̃ſtant, vſu. Sed, quod ad ſanitatis tuendæ ſpectat vſum, iuuenis in ſermo ne propoſitus, iam exercitatus redeat, vt prius eſt comprehenſum. Huic igitur p̃dicti balnei per exiguus eſt vſus: vt qui omnia iã ex mediocri exercitatione, & iã dicta apotherapia eſt conſecu tus. Nihilo ſecius tñ, ſi probe balneũ adhibeas, ipſum quoq; apotherapiæ pars aliqua fit: ſiqui-

*σύντηγμα. i. li quamentum.

dem duras tenſasq; partes emollit: excremẽtum, *putreq; ſi quod intus ad cutim hæret, euocat

B uerum neutrius horum egere vĩ propoſitus iuuenis: nec ullum aut mollioris carnis, aut adipis li quamentum credibile eſt illi inter exercitandum euenire: cum & immodicos & uehemẽtes mo tus talia ſequebantur: huic uero non ſolum expulſa omnia excrementa, ſed ẽt emollitæ ſolidæ partes ſunt, obiter dum apotherapia eſt uſus. Quare elui ſibi in balneo ſudorem & puluerem, ſi qñ hoc utitur, magis poſtulat, q̃ calefieri. Ergo tranſire tñ ad ſolium uſque, non in *laconico im

*βαλανείῳ.

morari is debebit, ſicuti qui citra exercitationem ſeipſos elixãt. Sed nec morari in piſcina huic eſt opus: immo lotus, ut comprehenſum eſt, ad frigidam feſtinet: atq; ipſa quoq; mediocris eſto, utpote ad medij temperamenti corpus. Quibus.n. aut uehementer frigida opus ſit, aut molli, & ueluti inſolata, poſt dicemus. Cęterum optimum corpus, quoad augeſcit, dictũ ſupra eſt non eſſe frigida lauandum, ne eius incrementum moretur. Vbi uero abunde eſt auctus, iam frigidæ quo-

C que aſſuefaciendus: ut quę tum corpus uniuerſum roboret, tum cutem denſam duramq́; efficiat: quod ſanè tutiſſimum eſt aduerſus noxas, quæ extrinſecus imminent. Quemadmodũ uero quiſ piam frigida lauari primum incipiet, ſic ut nullam ex ſubitaria mutatione noxam ſentiat, id uti que ante oĩa ſciri conuenit. Multi.n. cum parum recte incepiſſent, adeo in frigidam lauationem male fuere affecti, ut nec ijs, qui tutiſſime eam adminiſtrare potuiſſent, ſe permitterent. Eſto igi tur anni ip̃s æſtatis initium: quo uidelicet ante hyemem in toto interpoſito tpe non ſpernenda conſuetudo, pariatur. Eſto præterea dies, quo auſpicabimur, q̃ maxime tranquillus: &, quod id tp̃s feret, calidiſſimus: cuius ẽt calidiſſimam deligendam eſſe partem nemo dubitet: ſicuti etiam gymnaſterium, quod mediocri maxime ſit tẽperamento. Externa quidem præparatio talis eſt.

Alij ſ. d. a calidi. f.

Corpus ″ ipſum, quod uti frigida debebit, ad hunc modum præparabitur. Eſto illi ętas quarti ma xime ſeptennij medium, nulla nec ipſo die, nec, quæ eam præceſſit, nocte, noua re alterato, ſed priſtinam ſalubritatem ad unguem ſeruanti. Eſto uerò, qui frigida utetur, iuuenis, & animo tum præſente, tum planè hilari, ſi qñ aliàs, ẽt tunc præcipue: ac primum quidem fricetur linteis ube rius. Sunto aũt frictiones magis nunc, q̃ ante, uehementes, atq; ẽt linteis durioribus adminiſtra tæ. Quòd ſi manicas conſuetas manibus progymnaſta circũdabit, atq; ita fricabit, quo fiat opus æquabilius, nõ minime ad rem pertinebit. Dehinc oleo, prout aſſueuit, fricetur: inde exercitetur, exercitationibus multitudine quidem paribus, ſed citatioribus, q̃ ante. Ab his in frigidam deſcẽ dat non tñ cunctanter, ſed celeriter, uel ẽt ſemel totus inſiliat, huc utrobiq; ſpectans, ut uno ma xime tpe omnibus corporis partibus humor circũfundatur: quippe cũ, ſi ſenſim his accedet, hor rorem cõcitaturus ſit. Eſto uero & aqua ipſa nec tepida, nec planè cruda, & glacialis, altera nan

D que repercuſſum caloris ſnonſ efficit: altera ferit inſuetos, ac refrigerat. Siquidẽ procedente tem pore, tali quoq; aqua utatur iuuenis, ſi neceſſitas exigat: uerum primo ſaltem die omnino cauen da eſt admodum frigida. Exeunti uero ab aqua, fricari oleo, idque a pluribus expedit, quoad cu tis ipſa incaleat. Poſt hæc cibum plus, q̃ conſuetum, potionem infra conſuetudinem capiat: quę ipſemet uel iniuſſus faciet, rite mõ omnia ſint peracta. Nam a frigida lauatione & plus appetũt, & melius concoquunt, ac minus ſitiunt, ueniuntq́; ad exercitationes poſtridie planè meliore ha bitu corporis, mole quidẽ pari ei, quæ ante, cæterum cõpacta, & muſculoſiore, ac uegetiore: cu te uero duriore, ac denſiore. In hoc ergo ſecundo præterea die ſimiliter oĩa ſunt peragenda, ẽt tertio, & quarto. Poſtea uero procedente tpe ad eundem modũ frigidã iterum ingredi iubebi mus, uidelicet poſt eam, quæ priori ingreſſui ſucceſſit, frictionem, ut prius eſt cõprehenſum. Ve rum tertio eam ingredi, quod nonnullis placuit, non laudo. Nam & iterum id feciſſe, abunde ſa tis mihi eſſe uidetur: preſertim cum pro arbitrio noſtro immorari hominem iubere liceat: ipſum uero immorandi tempus, hic quoq; a quotidiana ipſius experientia eſt coniectandum. Nam, ſi egreſſus frigidam coloratior ex frictione cito redditur, mediocriter moratum indicat: ſin & tar dius ei calor redeat, & decolor diutius maneat, plus æquo moratũ docet. Si ergo cutis notis intẽ tus ſis, facile intelliges, an par tempus poſtea in frigida morari conueniat, an potius ad maius mi

nuſve

nusve aliquid sit mutandum. Et de frigida lauatione, quod ad optimam naturam spectet, abunde dictum arbitror.

De lassitudinibus, & earum causis. CAP. 5.

SVpereſt, quemadmodum peccata, ſiqua inciderint, cōmodiſſimè corrigas, diſſerere. Vt.n.q̄ maximè ſtatum corporis irreprehenſibilem ſortitus quiſpiam ſit: ac ab omnibus, quæ in vita contingunt, negocij liber ſit, & ſibi uni uiuens: fieri tñ nequit, ut non aliquando uel ipſe, vel is qui ei præficitur, aberret. Primum igitur non abſimile eſt in id maximè, & frequentiſſimè peccatum incidere iuuenem exercitationibus deditum, quæ laſſitudo appellatur: de qua multis iā nō ſolum medicis, aut gymnaſtis, ſed ēt philoſophis eſt proditum, veluti Theophraſto, qui integrū de ea volumen ſcripſit. Ego vero hic quoq; longitudini parcens, quę nonnullis parum rectè de ea ſunt tradita, ea tranſire ſtatui: quæ verò maximè ſunt neceſſaria ijs, qui ſanitatem tuendā ꝓpoſitam habent, hæc una cum accōmodatis demonſtrationibus explicare: ac primū de notione eius agere, quippe rectè ſe habet ab hac orſos, ſic ad eſſentiam eius explicandam accedere. Ergo laſſitudinis notionem intelligentiamq;, ſunt, qui accipiant, dum* vſti, extentiq; ſibi eſſe vñr, idq; aut omnibus corporis partibus, aut ijs tantum, quibus laborarint: quidā dum triſti, moleſtoq; ſenſu inter mouendum afficiuntur, hunc alij indicibilem dixere, alij vlceroſum appellauere: nōnulli, F cum membra ceu contuſa, & phlegmone obſeſſa ſentiunt. Non deſunt, & qui ſimplices hos affectus inter ſe miſcent, & qui tenſionis eſt, & qui vlceroſus, & qui phlegmones ſpeciem ꝓfert. Alij duos ex his miſcent, aut eum, qui ulceris emphaſin exhibet, ei, qui tenſioni aſſimilatur: aut eū, q phlegmones ſenſum affert, ſeorſum cum vtroque: ita vt ſint in vniuerſum ſententiæ de laſſitudinis notione ſeptem. Quæ ſanè omnes vt ueræ ex parte ſunt, ita in totum ſimplici abſolutoq; ſermone non ſunt. Nam, ſiue ulceris ſenſus, cum mouentur, ſe exhibet, ſiue phlegmones, ſiue* incēdi tendiq; vñr, ſiue duo quilibet horum, ſiue etiam omnes cocant, νόσος Græce dicitur. i. laſſitudo, eorum affectuū vnuſquiſque. Quo fit, vt ſeptem eius in vniuerſum differentiæ ſint, ſimplices tres, compoſitæ quatuor. Corporis verò, quod his ſit affectū, remedia, quædam propria cuiuſq; laſſitudinis ſunt, quædam omnibus cōia. De his mox dicetur, ſi prius de affectu quodam, qui laſſitudini proximus eſt, dixero, quem decepti nōnulli praue laſſitudinem nominant: is qualis ſit, & quas notas habeat, illuſtrius apparebit, ſi cuiuſque laſſitudinis eſſentiā prius diſquiſiuerimus. Hactenus enim ipſa ſymptomata dicta ſunt. Illa enim, ꝙ* incendi tendiq; corpus uideatur, & ꝙ mouenti ſe vel vlceris uel phlegmones ſenſus oboriatur, affectiones non ſunt, ſed ſymptomata. Affectiones verò corporum, quibus hæc ſuperuenire ſolent, tres ſimplices ſunt, quatuor compoſitæ. Et vlceroſus quidem affectus oritur ab excrementorum copia tenuium ſimul & acrium. Quæ nimirum inter exercitandum proueniunt duplici ex cauſa, aut eo excremento, quod craſſius erat, fuſo & attenuato, non tamen toto expulſo: aut adipe, mollive carne liquata. Neceſſe.n. eſt abs tali humore, ceu tenui atque acri, pungi & quaſi vulnerari, tum cutem, tum ipſam carnē ſic, vt etiam horror interim oboriatur, immò etiam quadantenus concuſſio, commotioq; totius corporis inæqualis, quod Græci ῥῖγος vocant: ſi modo admodum, tum copioſus humor is, tum acer ſit. Ac talis quidem eſt vlceroſa laſſitudo. Vbi autem tendi ſolum membra videntur, ulceris verò ſenſus non eſt, in hac certè laſſitudine nullum excrementum, de quo ratio vlla ſit habenda, in corpore continetur, ſed reſidet in muſculis & neruis exnimia tenſione, quam exercitando admiſerunt, affectus quidam effectricis cauſæ poteſtatem teſtificans. Accidit namque in vehementi tenſione omnes muſculorum fibras tendi, non tamen ſimiliter omnes laſſari, ſed eas maximè, quæ per longitudinem tenſionis porriguntur. Quippe quæ obliquiores quodāmodo iacent, minus in directum aguntur: quare his nullum inſtat periculum. In ijs verò, quæ immoderatius ſunt extentæ ita ut parum à rumpendo abſint, relinquitur affectio quædam ſimilis ei, quæ inter agendum fiebat: quippe tendi adhuc videntur, cum tamen nulla iam tenſione urgeantur. H Tertia verò laſſitudinum differentia, qua nimirum ceu contuſas, aut phlegmone obſeſſas partes ſentimus, tum maximè ſolet incidere, cum muſculi nimirum excalfacti attraxere quippiam ex circunfuſis ſibi excrementis. Quòd ſi etiam tum tendonibus, tum neruis idem affectus incidit, ὀδόνοπον Græce, quaſi oſſium dolorem, eum affectum nominant, ob penitiorem, ſcilicet, ſenſum, partibus, quæ in alto maximè corpore ſunt poſitæ, nomen tribuentes: quippe ſummum locū cutis occupat: ſecundum ab ea poſitus ordinem muſculi habent, utique circum oſſa poſiti: at tendones ipſis oſſibus adhærent. Quo magis rationabile eſt, cum hi quicquam prædictorum patiūtur, videri in imò, ac circa ipſa oſſa affectionem hærere. Atque hæ quidem ſolæ tres ſimplices laſſitudinum differentiæ ſunt: compoſitæ verò ex his, vt iam dictum eſt, quatuor ſunt: de quibus mox agendum, ſi tamen prius ſimplices vniuerſas abſoluero. Eſt namque affectio alia quoque, quæ, ceu laſſitudo ſit, nonnullis imponit: hæc incidit, cum ſupra iuſtum muſculi ſiccantur ſic vt ſqualleńs, contractumque corpus appareat, atque ad motus quodammodo pigrum: non tamē ei quicquam eorum, quæ modo diximus, ineſt: neq; is, qui ueluti ulceris aut tenſionis eſt, multoque minus, qui veluti phlegmones eſt ſenſus. Quippe diuerſiſſimus aſpectus eiuſmodi affectionis eſt, & eius, quam vltimo loco retulimus. Hæc nāque ſqualleńs & contractius corpus efficit;

ea quæ

* πεπρῆσθαι. *Veteres habent* ἐμπεπρᾶσθαι, *& ita inferius, quam dictionē quidā uertūt, uri, ſeu aduri. alij impleri. Vide lib. de venæ ſect. aduerſus Eraſiſtratus. c. 8. bis & libr. de curandi ratione per phlebotomiam c. 4.*

A ea quę phlegmones ſenſum præfert, mole etiam, quàm pro natura, ampliore. Quare quatuor in vniuerſum ſimplices affectiones ſunt: quarum ſingulis ſua ſunt remedia.

De remedijs laſſitudinis, quæ ulceris, & quæ tenſionis ſenſum repræſentat. CAP. 6.

ORdiendum vero ab ea, quæ vlceris ſenſum inuehit: quam etiam ab excrementorum acrimonia ortam diximus: hæc maxime in ea incidit corpora, quæ & mali ſucci ſunt, & excrementis abundant. Succedit" vero recentibus cruditatibus, cum aut exercitantur immoderatius, aut in ſole ſunt morati. Cęterum nihil obſtat, quin in corpore boni ſucci citra cruditatem proueniãt, utiq; ob exercitationis nimiũ exceſſum. Sanè exercitare eam ſolent celeres, ac multi motus. In hac uero laſſitudine ẽt denſa eſſe, horrereq; cutis videt. Fateturq́ue, q ea ſunt affecti, intermouendum dolere ſibi ulceris ritu alij cutim tũ, alij ſubiectam ẽt carnem. Remedium huius ex ijs, quæ affectioni ſunt contraria, comparatur. Quippe ſi quæ redundant, euapores, malum ceſſabit. Sanè euaporabuntur frictione multa molliq; cum oleo, à quo omnis adſtringendi uis abeſt: quod genus maxime Sabinum eſt. Aduerſiſſimũ uero huic affectioni eſt, quod ex Hiſpania portatur, & ex Iberia: vocant autem Hiſpanum: tum quod omphacinum uocant, vel ὠμοτριβὲς, ideſt
B crudum. Et, vt ſemel dicam, quod auſterum eſt, omne id alienum eſt. Adeo guſtu ipſo vim eorũ diſcernere licet, etiam ſi de ipſis ante periculum non feceris. Sic nanq; & nos quondam in Macedonia deguſtato oleo, quod fit circa Aulonem, qui eſt ſuper Strimonem, deprehẽdimus eandẽ cum Hiſpano vim habere. Quin & reliquorum omnium olei generum ita deprehendas uires, ẽt quæcunq; per abuſionem nominant, & quæ ex ſale, ex radicibus, ex herbis, ex germinibus, ex foliis, uel fructibus præparantur. Dictum vero abunde de his omnibus eſt in operibus iis, quæ de medicamentis inſcripſimus: nihilo tamẽ minus etiam in propoſito opere dicetur ſuo loco. Illud tantum in præſentia dixiſſe ſatis ſit, quod planè dulciſſimum oleum eſt, id eſſe ad propoſitam affectionem maxime accommodatum. Hoc igitur copioſo cum multa frictione vtendum: primo quidem die, quò ſuſpectam forte laſſitudinem omnino declines: ſecundo vero, vt ſi qua incidit, diſcutiatur. Diſcutit porrò eam exercitatio, quæ apotherapia dicitur: in qua ſcilicet motus adhibeas quantitate mediocres, qualitate tardiores, idq; cum frequenti interpoſita his quiete: qua vtiq; fricare hominem oportet pluribus ſimul contrectantibus, quò nec refrigeſcat pars vlla, & ocyſſime excrementa digerantur. Porrò frictionum plus adhibebitur in ijs, qui in cute & ſub cute excrementorum collectam vim habent: motuum vero, quos ipſemet edat, in altera laſſitudi-
C ne: ſcilicet in qua plus eſt in ipſis muſculis congeſtum. Quæ enim in his coacta excrementa ſunt, ſola frictio educere non poteſt: his enim opus eſt non ſolum ab aliquo foris atrahi, uerumetiam ab altero quopiam intrinſecus impelli. Impellit ea partim calor ipſe, qui per motum accẽditur, partim ſpiritus, qui vnà emittitur, partim ipſa muſculorum tenſio: ſuper hæc uero ipſa ſingularum partium excretoria alieni uis. Altera vero laſſitudo, in qua tẽſio ſentitur, illud pro remedio poſtulat, quod Hippocrati græce* χάλασις id eſt relaxatio dicitur. Ea nanque tenſioni contraria eſt ad eum modum, quo duritati mollities. Ait enim ita: * Cutis duræ mollitio, diſtentæ,* remiſſio. Ceu duro molle, diſtento remiſſum laxumq́; cõtrarium ſit. Sanè remittitur quod diſtentum eſt, in alijs quidem affectibus, quos in quinto de ſimplicium medicamẽtorum viribus diximus, alia ratione. Quod uero per exercitationem incidit, tum pauca molliq; frictione, eaq́ue ex oleo dulci, atque* egelido, tum intermiſſione omnino, aut etiam quiete, præterea lauatione medii tẽperamẽti, atque in calida pluſcula mora: adeo ſi bis terve lauabis, plus proderis. Hi uero & poſt balneum ungi deſiderant prius, quàm ueſtiantur. Quòd ſi propter ſudorem forte aliquẽ pingue deterſerint, rurſus ungi deſiderant. Quinetiam poſtero die, cum è cubili ſurgunt, vngi his expedit: nunquam tamen oleo ultime frigido, nec dura frictione. Incidit certe huiuſmodi laſſitudo
D iis, quibus ſalubris ſuccus eſt poſt robuſtas potius, quàm celeres exercitationes: redditq́ue laſſatos ipſos pigros admodum, ægreque flexibiles. Non tamen hi denſi, horrentesq́ue apparent, quemadmodum quos paulo ante comprehendimus, cæterum contracti aridiq́ue non minus ipſis apparent: tangentibus uero calidiores videntur non ſolum iis, quos ulceroſa laſſitudo vrget, ſed etiam quàm ipſimet, cum ſani eſſent.

In lib. de uſu Humidorum. iuxta princ. pũ. Ibidem. * χαλασις. * εἰλητθερούς.

De remedijs laſſitudinis, quæ inflammationi ſimilis eſt, & gracilitatis quæ à laſſitudinibus ſeparatur. CAP 7.

TErtia" laſſitudo ex vehementiſſimis naſcitur motibus: ſolaq́; ſupra naturalem habitum muſculos attollit ſic, ut phlegmone perſimilis affectio ſit. Itaq; & leui tactu offenduntur, & calidiores apparent. Dolent uero etiam, ſi ipſi per ſe moueri conentur. Incidit hæc laſſitudo iis plurimum, qui aſſueti exercitationibus non ſunt, nam exercitari aſſuetis raro incidit utiq; ex uehementiſſimis, plurimisq; motibus. Sanationis uero eius conſilium ad tria dirigitur, eadem ferè, ad quæ omnium phlegmone obſeſſorum, nempe ſuperuacanei vacuationem, extenti requiem, & inflammationis refrigerationem. Ergo & oleum copioſum ac tepidum cum frictione molliſſima, & longiſſima in medii temperamenti aquis mora, huiuſmodi laſſitudines emendat.

Quòd ſi paulo tepidior aqua ſit, plus proderit. Ad eundē modū multa quies, & vnctio aſſidua, E deniq; omnia, quæ id, quod laſſatum eſt, quiete lenimētoq; recreēt, ac quod ſuperuacuū eſt, per halitum digerant. Sed putet, fortaſſe quiſpiam laſſitudinē hanc nec ſimplicem eſſe, nec à duabus iam traditis tertiam, ſed ex his compoſitā, nec aliunde conſtantē, q̄ ex neruoſarum partium tenſione, & ulceris ſenſu: [a] † calorē nanq; qui in hmōi laſſitudine ſentitur, in alijs quoq; naturaliter ineſſe, ueluti in memoratarum vtraq;: nec tñ complendæ notionis, ſubſtantiæve partem eſſe vllam. Verū illud huic uni egregie præter cæteras ineſt, nēpe maior, q̄ pro naturali habitu, tumor, tum ꝙ nec [b] * grauitas ſenſus ſimilis in hac & tenſionis laſſitudine hr̄: quippe in illa tendi, in hac contuſos eſſe uſq; ad oſſa neruos uniuerſos putant, qui ipſa laborant. Quare in his ſaltē propriū à reliquis duabus diſcrimen hēt, nec eſt cōpoſita tm̄. Tres igit̄ ſiue corporis ſtatus, ſiue affectus, ſiue quid aliud dixiſſe uelis, hi ſunt. Eſt alia q̄dam ſuper has quarta, ſimilis quidē laſſitudini, non tñ laſſitudo, ꝙ neq; vlceris, neq; tenſionis, neq; phlegmones affectum prę ſe ferat: ſed nec horrorem ullum, doloremve, nec pigritiā ad motus, quēadmodum laſſitudines, infert, ſed gracilitatē tm̄, ariditatemq́; facit. Incidit quidem hæc in corporibus boni ſucci, & exercitationi aſſuetis, vbi immodice exercitata, parū rite apotheraphia ſunt uſa. Quippe ita & digerunt excremēta, & quæ tenſa fuerant, laxantur: nec aliud in corpore relinquit præter ſiccitatē, quam ex immodico motu contraxerunt. Poſtulat aūt primo die nihil ſanè diuerſum ab ijs, quæ prius dicta ſunt, præter calidiorē aquā, quæ ſenſim contrahat, & calfaciat, & roboret cutē: ſecundo apotherapiæ exercitationē, quę tum in motu, tum frictione & pauca & mollis & tarda ſit: p̄terea ſolium ſimiliter calidum. Verum protinus in frigidā exiliant: quò uidelicet ipſis robur in cute vnà cum calore conſtet. Nam & minus in ſequenti tpe per halitum amittunt, & facile in carnē, cutemque nutrimentum reſumunt: quo maius his commodum nullum profecto inuenias, vt qui nullum notabilem affectum, pręter carnis gracilitatē ariditatemq́; habeant. Quippe poſtulat (arbitror) tale ſaltem corpus nutriri, ſimulac madefieri: quorum utrunque ex humido nutrimento optime aſſequetur. F

A † Ex antiqs Græcis uertendum, calorem nanque in huiuſmodi laſſitudine, alioqui quidem naturaliter ineſſe ueluti &c. Nā non ἄλλοις ἄν, ſed ἄλλοις μὲν habent.

B Græci oēs codic. quos uiderim habent ἀλγηνῆς, i. doloris, & ita uidetur legendum.*

De nutrimento illorum, qui laſſitudine correpti ſunt: ac de ueterum gymnaſtarum erroribus in laſſitudinibus emendandis. CAP. 8.

* κοπωδεῖς διαθέσεις.

QVoniam vero facta ſemel mentio de victu poſt balneum eſt, non alienum fuerit & de eo, ꝙ ad* laſſitudines pertinet, præcipere. Vlceroſa igitur laſſitudo poſt legitimā apotherapiam conſuetum nutrimentum deſiderat, aut etiam parcius, præterea humidius. Quòd ſi in ipſa apotherapia in quartum migrauerit affectum, (aſſolet. n. ita plerunq; fieri) pro ipſius ratione tum laA. Lib. c. 14. fin. uetur, tum nutriatur. At quæ tenſionem laſſitudo præfert, ea etiam magis, quam ulceroſa, parce G nutriri poſtulat. Quæ uero phlegmones ſenſum affert, ea ſupra reliquas omnes tum humidiſſimum, tum minimum, tum uero, quod refrigerans quippiam habeat, requirit. Boni ſucci tñ nutrimentum omnes, qui laſſitudine grauantur, iuxta poſtulant: quali nimirum propoſitus nobis iuuenis adhuc integer utebatur. Cauendus tñ in ulceroſa, & ea, quæ phlegmones ſenſum exhibet, glutinoſus cibus eſt, ceu qui excrementorum digeſtionem moretur. At in tenſionis laſſitudine etiam exhibendum eiuſmodi nutrimentum eſt, ſed minuto eius modo. Quo minus mirum eſt, ſi multiplex pugna non plebeijs modo inter ſe, ſed etiam* doctis & inter ſe & cum plebeijs oritur, dum neq; de exercitationibus, neq; frictionibus, neq; balneis, neq; uictu laſſatorum conſentiūt. Quippe alios affirmare audias laſſitudinem laſſitudine eſſe abolēdam: alios laborem quiete ſanari: alios parcius nutriēdos, qui laſſitudine premuntur: alios contra non modo de conſueto nutrimento non demendum quicquam, ſed etiam tanto plus adijciendū, quanto plus ſe fatigauerint, ad portionē enim laborum, nutrimentum exhibendum: alios rurſus nec adijcendum quicquam nutrimenti modo, nec etiam demendum. Ad eundem modum balneo quoque utuntur, alij ex aquis medij temperamenti, alij calidioribus, alij tepidioribus. Nam & experientia ad id tantum probandum, quod uſu ſæpe uſurpauit, quemlibet impellit: & præterea ratio, † utpote H quam quiſque abſolutam ſe habere putauit, ut ſupra dictum eſt. Verum, cum unum tantum laſſitudinis ſenſum traderet, reliquis, ceu non ſint, præteritis, eius tantummodo, quam nouit, remedium docuit. Ergo uerum eſt, & quòd laſſitudine laſſitudo ſoluītur, cum uidelicet heſternis exercitationibus pares poſtridie adhibendas uidetur expediens, & laſſitudinis medelam eſſe quietem. Horum enim duorum primum quidem in ijs, quæ ex cōgeſtis excrementis laſſitudine conſiſtunt, ac præcipue ubi in muſculis excrementa hæſerunt: ſecundum uero in ijs, quæ tenſionis & phlegmones emphaſim præbent, utile uidetur. Iam illud quoq; uerū eſt, qui laſſitudine grauantur, eos parcius eſſe nutriendos: id enim conducere videtur ei, qui phlegmones ſenſum præfert. Verum pręterea eſt, & ex conſuetudine eſſe nutriēdum id nanq; in ulceroſa laſſitudine, vbi recte apotherapia ſunt uſi, fieri obſeruatum eſt: ſicut etiam uberius cibandum in eo affectu: quem ſimilem laſſitudinibus diximus. in quem ex ulceroſa quoque nonnulli tranſeunt. Simili ratione & medij temperamenti aquis eſſe lauandum in ijs, quę ex redundantia ſuperuacuorum natæ ſunt, uerum fateor: ſed nec illud uerum negem, eiuſmodi aquis non eſſe utēdum nec in ea, quæ phlegmones ſenſum præfert, cum tepidiores hæc deſideret: nec iis, qui ſimilem laſſitudini affectum ſentiunt, hi nanque calidiores uolunt. Sunt & qui eum affectum laſſitudinem eſſe putent.

† Antiquus q. dā codex græcus habet ὡς ἂν μὴ τέλειο ὑπάρχον ἑκάστῳ. ut ſic poſtea uertatur, utpote q̄ non abſoluta ſit unicuiq; ut ſupra oſtēſum eſt, ſed unā quādam affectionē laſſitudinē docens, alias uero tanquā nō ſint, prætermittens, eius tantūmō &c. conſidera.

A putent. Alij, qui nam affectus ſit, non dixerunt. In quibuſcunq; vero ſuſpicio futuræ laſſitudinis ſubeſt, ſuadent calidiore aqua in balneo vti: cauſamq; aſſignãt, ſicut ipſi ſupra retulimus, alij diſtributioni in corpus, alij nutritioni, id genus balnei cõducere dicentes. Non tamẽ rationẽ vllã afferunt, cuius gratia eiuſmodi diſtributione, & nutrimẽto ꝓhiberi laſſitudo poſſit. Sed nec omnino, qualis ſit ipſe laſſitudinis affectus, ſcribũt. Nam maior eorum pars nihil dixit: qui vero dicere auſi ſunt, ſiccitatẽ eſſe definiuerunt. Ac ꝙ nutrimentum ſiccitati medetur, pręſertimq́ue humectans (quã tñ conditionem maior eorum pars nõ adiecit) eſt ſanè veriſſimum: cęterum nec remediũ id, nec cautio laſſitudinum eſt. Sed cum (vti dictum eſt) membra ſicciora ſunt facta, nulla tñ nec tenſio ſubeſt, nec tenue, acreq́; excrementum, nec phlegmone ſimilis affectus, reficere nutrimento humectante expedit, quæ exhauſto humore ſunt ſiccata: qñ, niſi abunde nutrias, & gracilius, & aridius, q̃ fuerat, poſtero die corpus cernes. Atq; hunc affectum non nulli laſſitudinem rati, eum exiſtimant calidiore balneo, & pleniore cibo, ne incidat, prohiberi. Illud tñ quorundam, ſicuti etiam Theonis, demiror, ſi iam factam laſſitudinem ſimiliter ſanari non putant. Nam ſiue, quem modo memorauimus affectum, velit quis eſſe laſſitudinem, nutrimento illum & ſoluere debet, & ne fiat ꝓhibere: ſiue reliquorum quemuis eorum, qui verę laſſitudines ſunt,

B utiq; parcius in omnibus hominem nutrire, & cum adhuc inſtãt, & cum iam occuparunt. Illud enim dici nõ poteſt, *talem ſaltem affectũ, qui laſſitudini ſimilis eſt, niſi primo die per nutrimentum plenius corrigatur, in trium aliquam migrare ſolere. Nam, ſi ipſa ſolum ſiccitas in eo viſitur, præter gracilitatẽ nihil ſequetur amplius: ſi vero caloris quoq; quippiam ſimul adſit, iam febricitare metus eſt. Verum nõ idem ſunt laſſitudo, & febris: tametſi maxime eorum, qui laſſitudinẽ ſenſerunt, non nullos febris male habuit. Sanè Theonem mirari ſubit, hæc in quarto de particularibus exercitijs, vbi de abſoluto exercitio agit, ſcribẽtem: Cum laſſitudo aliqua eos, qui ita

" exercitati ſunt, poſtero deinceps die ferè ſequatur, ζεσολουσία id eſt feruẽtis aquæ lauatio, minus
" laſſitudini obnoxios reddit, ſumma corporis accendens. Deinde ſic grẽce ſubijcit: ἵνα ἀντικινίας τρόπον τὴν λαμβανομένην τροφὴν ἐπισπωμένη τοῖς κεκμηκόσιν ἀντιδιήκηται νεύροις. Is. n. prẽter
" alia veluti ænigma quoddã, uerbũ ἀντιδιήκηται in cõtextu appoſuit: poſſis. n. ita intelligere* qua
" ſi ſumma corporis, cucurbitæ more nutrimentũ trahentia, partem aliquam eius neruis quoque diſpenſent: poſſis & contra,* quaſi ſumma corporis cucurbitæ modo id, qđ ad neruos ferebat, alimentũ ad ſe trahentia participent. Ita nimirum, vt priore intellectu ad eutrophian, id eſt nutritionẽ vberiorem, refectionemq́; neruorum conducat excalfacta cutis, quippe hanc arbitror

C eũ per ἐπιφάνειαν, id eſt, ſumma corporis, ſignificare: poſteriore uero ad ὀλιγοτροφίαν, id eſt parciorẽ nutritionem. Quantum itaque ex ipſis verbis licet accipere, mentem Theonis non comperias. Ex ijs vero, quæ tũ alibi, tũ in *ſextodecimo Gymnaſticon, ſcribit, minus nutrimenti poſt abſolutum illud exercitium dari cenſet: quanquam ne id quidem, qua ratione inductus ſuadeat, vſquã docuit. Datur enim minus, q̃ ex conſuetudine nutrimentum, aut propterea, ꝙ pari opus non eſt, aut ꝙ concoqui id non poſſit. Ac prius quidem in ijs, qui plurimum ſe exercitarunt, verũ non eſt: poſterius aliubi uerum, aliubi certe falſum eſt. Si cui enim imbecillior concoquendi uis eſt, verũ: ſin ſecus, falſum. Inaudienda uero concoquẽdi facultas eſt nõ ea modo, quæ in ventriculo, aut venis, aut iecinore exiſtit, ſed etiam, quæ in ſingulis particulis: veluti in ijs, de quibus ſermo habeẽ, muſculis, in quibus utique uel maxime affectus is, de quo diſputo, continetur: quippe largius inter exercitandum exhauſti, aridiores, & graciliores redduntur. Ergo, ſi hæc leuiter his contingant, utiq; cõficere, cuius indigent, nutrimentum poterũt: ſin multum à natura receſſerint, non poterunt. Quorũ Theon nullum omnino neque intellexit, neque diſtinxit. Omnino enim nõ ratione aliqua, ſed experientia (ſicut ipſe fatetur) poſt abſolutum illud exercitium calidiorẽ aquam vtilem eſſe obſeruauit. Sic enim deinceps ſcribit: Illud uero, ſi quidem rationẽ ha-

D bet in promptu, fortunæ beneficio ferendum acceptum eſt: ſin minus, quod effecta teſtantur, id
" non admittendũ, niſi quis† certam, exactamque rationem ſimul ſe ſubijcientem habeat. Ergo ſi
planè explorato affectu, in quo calidam laudat, cauſam fatereẽ ignorare, merito dignus uenia eſſet: verum, cum citra exceptionem, vtilem eſſe abſoluto exercitio ζεσολουσίαν pronunciat, ita enim hanc appellat, poſſunt autem alij quoq; complures affectus id genus exercitationis ſequi: accuſandus merito eſt, ꝙ deinceps ſingulos nõ diſcreuerit. Ipſe nãque nouit etiam laſſitudinem, q̃ phlegmones ſenſum exhibet, huic exercitationi ſuperuenire, ſub qua nimirum in maiorem, q̃ pro natura, molem attolluntur fatigatæ partes: Etiam alteram, quam unam ſcribit, vtique generali ſymptomati attentus, quæ moli, quæ eſt præter naturam, contraria exiſtit: quippe graciliores in reliquis duabus laſſitudinibus redduntur, atque etiam in eo † affectu, de quo agitur. Cæterum non quemadmodum trium affectuum vnum ſymptoma commune eſt, ita & affectus vnus eſt. Ac in eo quidem, qui ex neruoſarum partium tenſione conſiſtit, calidiore, quàm ex conſuetudine, lauari nõ oportet. Simili ratione nec in ijs, quos excrementa excitarunt. In gracilitate vero, quæ ſine his conſiſtit, expedit calidiore aqua, quàm quæ mediocriter ſe habeat, lauari. Contrahitur nanque hic affectus exhauſto vehementius inter exercitandum corpore, eo modo, quo in diutina fame accidere ſolet. Itaque etiam ſic affectorũ refectio, in appoſitione, &

* ἥτε ἰσταύτη eſt in impreſſis: manuſcripti tamẽ aliq; habẽt ἡ τετάρτη, ideſt quartũ hũc affectum, quię &c.

* Manuſcripti habent ἵνα ἡ ἐπιφάνεια, ideſt ut ſumma corporis.

* In antiquis legitur non ſexto decimo ſed tertio.

† ἐυκαιρον. i. opportunam, habet antiq. codex græcus.

† Græcus quidam codex antiquus hẽt non δὲ ſed ſimplex δ: punctis clauſum: quæ litera cum apud græcos ſignificet quatuor æquipollet huic uoci τετάρτη, i. quarto.

qđ detractum eſt,reponendo cõſiſtit.Id quod certe accidere cute adhuc rara nequit.Cogere ergo hanc,denſareq; ac adſtringere prius oportebit, ſi qua plenioris nutrimẽti expectãda eſt vtilitas. Sanè cogit clauditq; tũ frigida, tum feruens aqua.Verum à frigida lędi hominem metus eſt: vtpote q iam ex multa exercitatione & rarior eſt redditus, & vacuus. Ex feruenti ut noxa certe nulla,ita ſecura in cute denſitas pariẽ,ipſo,qui in ea derelinquitur,calore non nihil etiam conferente. Vñ nec immorari in frigida nimium debet, qui ita eſt lauatus, ſed,veluti id ſaltem recte à Theone obſeruatũ eſt, cauere in frigida moram,vt quę feruentis lauationis commoda fruſtreẽ. Sanè ita errare Theonẽ, vt, quod vni affectioni conueniebat,omnibus quadrare præciperet,in cauſa erat corporũ, quæ exercitabat,habitus. Siquidẽ athletas exercuit,q ex abſoluto illo exercitio ad quartũ erant affectum opportuni, in tertium raro incidebant.Itaque,quod ſæpe obſeruauerat,ceu perpetuũ prodidit.Quòd ſi aut vitioſi ſucci homines,aut mali habitus,aut laborum inſuetos, aut imbecillos, aut minime iuuenes, exercuiſſet,in eiuſmodi q dẽ raro,in reliquos vero affectus ſæpiſſime,incidere vidiſſet.An & hoc quoq; dicere fortaſſe eſt ſuperuacuũ,cum ipſe quoq; fateatur poſt præparatorium exercitium feruenti eſſe balneo vtendum? Id vero exercitationis genus ſolis athletis in vſu eſt. Atq dicat aliquis, illos ſponte, & quodã circuitu:alios verò multos vel neceſſitate,vel vincendi ſtudio,vel ꝑp alia id genus,eiuſmodi exercitationem ſuſcipere.Verũ hi ſaltem poſt immodicos labores neceſſe eſt,vel vnum,vel plures laſſitudinum affectus,prius contrahant.Itaq; ijs dũxtaxat corporibus,quæ bona habitudine ſunt,quartus affectus incidit: cuiuſmodi ſunt tum athletarum, qui bene ſunt nutriti, tum propoſiti nunc in diſputatione iuuenis.Et quiſquis abſoluere pronunciabit,poſt vehementiſſimas exercitationes calidioris ſolij vſum eſſe idoneum, is vt in vno certe ſtatu verum affirmabit, ita in tribus planè falletur. Sunt uero per vniuerſam tuendę valetudinis artem & alia non pauca,quæ tum medici,tum gymnaſtæ falſo prodiderunt: quorum vnum omnium caput eſt confuſa indiſcretaq; obſeruatio, dum,quod in vnico quiſque notauit affectu,id multis tribuit.

De ratione curandi, cum plures affectus inuicem complicantur. CAP. 9.

QVin etiam[a] † affectio quædam eſt prædictis proxima, quam ipſe græce σύγνωσιν appello, de qua cum de laſſitudinibus diſputationem abſoluero, mox dicam. Simplices enim earum differentiæ tres ſunt, de quibus iam egimus:poſt has ex binis copulatis aliæ fiunt tres. Ab ijs uero ſeptima eſt, vbi tres ſimul in vnum coeunt. [b] † Remedij vero commune in omnibus conſilium eſt, ut ei,quod ſuperat,ſis intentus,nec tamen quod reliquum eſt,plane contemnas. Prium vero cum eo,quod commune eſt,ab ipſis membratim affectibus,accipiendum eſt. Ac vniuerſas quidem coniugationes percurrere longum ſit: ſed, quod ad claritatem ſit ſatis, vnico exemplo res peragetur. Si igitur & intumuiſſe muſculi cernuntur, & contuſi putantur, præterea vel vlceris ſenſus,vel*tenſionis laſſitudo vnà cum excremento ſa hominem male habet,apotherapia vtendũ, quæ utrunque reſpiciat,magis tamen id,quod eſt maius.Non eſt autem in omnibus rebus vnius rationis ipſius maioris natura,ſed alibi pro viribus &quaſi dignitate rei,alibi ꝑ ipſius propria eſſentia,ſpectanda. Ac dignitate quidẽ & viribus maior laſſitudo eſt,quæ phlegmones ſenſum præfert,q excremento ſa:vtraq; tamen ipſarum ſic propriæ ratione eſſentiæ magna paruaq; eſſe poteſt, vt ſi vtraq; ſola ſeorſum conſiſteret. Si igitur vtraque pari interuallo à naturali habitu receſſit,q phlegmones ſimilis eſt,præcipuam curationis ſolicitudinem ad ſe cõuertet, vtpote dignitate pollens.Sin exigue,q phlegmonem:plurimum,quæ vlceris ſenſum repræſentat à naturali habitu receſſit; æſtimandum, num tantum ſuperet magnitudine vlcero ſa, quantũ, quæ phlegmonæ ſimilis eſt,viribus,an minus,an magis:atque ita,quod polleat,explorare.Quòd ſi æqualiter pollentes videris,pari ſtudio eſt vtriq; conſulendum.Atq; hæc[c] † ratio perpetua ſit omniũ coniugatorum affectuum. Sicuti vero laſſitudines ipſæ numero tres,ſi inuicem coniungas, quatuor coniugationes efficiunt, ita ſanè, ſi quartũ his affectũ adiungas, multo plures exiſtẽt. Quod dicimus, ex deſcriptione licet,clarius intelligas. In ea,primũ locum vlcero ſus habeto: Secundum,in quo tẽſio eſt moleſta:Tertium, qui phlegmone ſimilis eſt: Quartũ gracilitatis.i.in quo corpus emacruit. Ex his igitur,aut primus cum ſecundo coniungetur, aut cum tertio, aut cum quarto:aut rurſus ſecundus cum tertio, vel quarto:aut denique tertius cum quarto: ita nimirum, ut ex binis coniunctis affectibus ſex in uniuerſum complexiones oriantur. Rurſus, cum tres unà miſcueris , quatuor aliæ fiunt. Nam aut primum iunxeris cum ſecundo & tertio, aut cum ſecundo & quarto, aut cum tertio & quarto: aut rurſus ſecundum cum tertio & quarto. Poſtrema omnium complexionum erit, ubi quatuor ſimul coierint ita vt, vndecim numero in totum fiant. Erant uero & ſimplices quatuor. Efficiuntur itaque in uniuerſum quindecim. Simplices affectus,ulcero ſus, A: tenſionis,B: in quo phlegmones ſenſus eſt,C: gracilitatis, D. Compoſiti, AB, AC, AD, BC, BD, CD, ABC, ABD, ACD, BCD, ABCD. Quòd ſi præterea occluſæ cutis, (σύγνωσιν Græce uoco,) differentias tum inuicem, tum uerò cum his quindecim, complicueris, alias rurſus complexiones effeceris plurimas. Si uerò eos quoque corporis ſtatus, qui aut à cruditate , aut uenere, aut deuſtione Solis, aut uigilia, aut * dolore incidunt,

adiunxeris,

A † καὶ μὲν δὴ καὶ ἔτι τὶς ἐϛὶ διάθεσις, &c. *Sed manuſcriptus qdã habet* καὶ μὲν δὴ καὶ πέμπτη τὶς ἐϛὶ διάθεσις. *id eſt Quin et quinta q̃dã eſt affectio prædictis proxima.*

B † Interpres hic omiſit aliquot uerba quæ in græcis codicib. habẽtur. ſ. ἡ μὲν διάγνωσις αὐτῶν ἐϛιν ἀπὸ τοῦ συνδυάζεσθαι τὰ γνωρίσματα, i. cognitio autem ipſarũ ab indicioru cõiunctione pendet.

C † *Manuſcripti cod. habent* ἐπὶμιας ὡς παραδείγματος, *i. in una coniugatione tanquam exemplo.*

D † *Cod. antiq. ſim? habet* φλεγμωνώδης, *id eſt phlegmones, & ita uidetur legendũ omnino.*

E † *Methodus communis.*

* λύπαις. i. triſtitia.

A adiunxeris,ne numero quidem vniuerſas facile complectare.Prætereo nunc corporis conſtitutiones illas,quæ ſecum uehunt vel πληθώρας,id eſt ſuccorũ æquabiliter ſe habentium redundantiam, vel κακοχυμίας, id eſt vitioſi ſucci copiam,vel adſtricti,uel lubrici ventris,vel vomitus,vel grauati capitis, uel partis cuiuſquam alterius affectum, vel in ſumma quæcunq; in ſymptomate aliquo conſiſtunt:dicetur.n.poſt de eiuſmodi omnibus. Nunc vero idcirco eorum maxime memini, vt complexionum multitudinem, quanta eſſet, indicarem. Mirari enim licet eos, qui de concurſu horum,quem ſyndromen vocant, vel curationem,vel euentorum prædictionem obſeruaſſe ſe prædicant. Vnica nanque ratione & præſagire, & commode mederi fas eſt: vtique ſicut Hippocrates docuit,*vbi ſimplicis cuiuſque negocij ſciendam vim eſſe cenſebat:veluti ipſe nunc in quatuor affectibus prẽmonſtraui. Vnuſquiſque enim,ſi per ſe conſiſtat,ſimplex remedium exiget: ſin alteri ſit coniunctus, pro ea methodo, quam paulo ſupra de omnibus coniunctis affectibus præſcripſimus, § corrigetur. §

In lib. de Natura humana. lege Galeni explanationem cõ.text. 43.com.1.1.33. e,f,g. & contex. 69.1. Prorrhet. com. 3.4.187.h

De curanda cutis obſtructione, quam σύνοιν *græci appellant.* CAP. 10.

ERgo,cum hæc ita ſe habeant,redeundum rurſus ad ſimplices affectus eſt:quorum à iam dictis proximi erant, quos ſtegnoſis excitabat:(voco ita meatuum cutis vitium,quo tranſmittere ſuperuacua prohibetur.)Incidit" hic affectus aut obſtructis meatibus,aut dẽſatis.Sanè denſationem eiuſmodi μύσιν græci, id eſt conniuentiam,appellant.Ac obſtructio quidem ex lentis, craſſisq; excrementis oritur,cum confertim ad cutim ruunt:denſitas tum ab ijs,quę adſtringunt, tum quæ refrigerant.Verum obſtrui propoſiti nobis corporis cutis,ſi ad præſcriptam rationem rite agatur,non poteſt:denſari certe aliqñ poteſt tum ex ualido frigore,tum aluminoſo balneo. Fieri autẽ poteſt,vt & poſt balneum ſudoremve,atq; aliam alioqui ob cauſam laxatę prius cuti,aurę flatus incidens,obſtructionem quampiam denſationemq; efficiat.Ac deprehenditur qui dem iam dictus affectus protinus,vbi ſe exuerint, ex colore albo, & cutis tum duritie,tum denſitate. In ipſa uero exercitatione ex eo, ꝙ ægre incaleſcant: qñ nec, vt prius,æque ſudant, nec bonum colorem in ſumma cute oſtendunt:immo,ſiquis eos ualentiore exercitatione iuncta ſudoris quippiam emittere cogat, & minor hic, quàm ex conſuetudine,& frigidior exit,minusq; halitui ſimilis.Remedium huius affectus calefactio eſt:quippe ea frigiditati contraria eſt. Valentiore ergo exercitatione,ac balneo calidiore utendum.Magis quoq; ad rem pertinebit,ſi in prima domo pinguiter in oleo voluteẽ. Eſto uero oleum ex eo gñe, quod relaxet, cuiuſmodi eſt in Italia Sabinum:quod utiq; ad eiuſmodi affectus etiam eſt utilius,ſi bimum trimumve ſit.Id nanque tum tenuius,tum calidius fuerit.Mora vero in frigido ſolio diuturna ne ſit:ſed nec aqua ipſa †frigida.Induendi uero ungãtur aliquo,quod mediocriter calfaciat:oleis quidẽ,ex ijs,quæ in Aegypto habentur,cicino,& raphanino:in reliquo vero orbe,dulci,tenui,ac modice antiquo:vnguẽtis vero, ſuſino, gleucino,irino,amaracino,&*cõmacino. Atq; ex his gleucinum quidẽ prorſus acopum eſt,ac relaxans:itaq; etiam ijs,quos vehemens laſſitudo infeſtat, eſt utile: paulo hoc calidius,magisq; relaxans ſuſinum eſt.Irinum uero,& amaracinum,& commacinum,etiam ſuſino calefacere potentiora,ijs affectibus,qui proprie frigiditates dicuntur, ſunt idonea. Cutis tamen denſitati ſanandæ etiam anethinum oleum eſt ſatis:maxime ſi ex uiridi anetho fiat. Facit autẽ & ad tales affectus,ſicuti etiam ad uehementes laſſitudines,& acopum,quod ex abietis ſemine conponitur: id quemadmodum præparandum ſit, poſt dicetur. Nunc enim vel hæc mihi ſupra iuſtum appoſuiſſe videor: ſiquidem qui optimo eſt corporis ſtatu,& liberam delegit uitam,nec in ea quicquam delinquit, & cui peritiſſimus tuendæ ſanitatis artifex præficitur, hunc ueriſimile eſt morboſos affectus non admodum incidere.

† *Additur in antiquo codice* ἄγαν, *i. admodum.*

* Commageno legendum uidet ex alijs Galeni locis.

De exercitatione, & victus ratione poſt venerem. CAP. 11.

REdeamus itaq; ad penſum denuo: relictisq; uſtione,refrigeratione,cruditate,uentris profluuio,reliquis id genus,(ſatius.n.eſt in vnũ ea uolumen conijcere, quod de morboſis ſymptomatis inſcribemus)in præſenti de ijs, quæ poſt uenerem adhibentur, exercitijs diſſeramus: quippe cum de his parum conueniat, alijs ita exercitandum ab hac putantibus, vt in exercitatione, quæ apotherapia dicitur: alijs ut in præparatoria. Eſto uero præparatoria exercitatio in quãtitate laborum intra modum,& in qualitate ipſa incitatior ac celerior. Ac,qui apotherapeutica quidem utendum cenſent,ſicuti in fatigatis;ij,tum uires diminutas,tum corporis ſiccitatem ſuſpectas habent: quorum utrunq; & à concubitu,& ab immodica exercitatione pati conſueuimus.Qui vero præparatoriam adhibendam uolunt,ij raritatem atq; ad ſudores promptitudinẽ præcauent, quæ apotherapeutica intẽdi,e diuerſo præparatoria emendari putant.Ipſe laudatis utriſq; propterea ꝙ ueritatẽ ex parte uiderunt,ſententias eorum in idem conferam.Nam & inſtaurandas uires eſſe,& laxitatẽ cogendam,nec ſiccitatem adaugẽdam fatentur utrique. Vna diſcretio deſideratur in utriſq; veluti & in compoſitis omnibus affectibus ſupra à nobis eſt dictũ, & nunc nihilominus dicetur. Cum.n.in idem varij affectus coierunt, hi ſi unam medendi rationem indicent, utiq; intendi magis rationẽ eam conueniet,q̃ ſi ſinguli ſeorſum conſiſterent. Sin contrarij ſint, is, qui uincit, affectus prius eſt corrigẽdus, ita tamen,ne reliquum omnino negligas. Ac, qui uel propter ætatẽ, uel ẽt alia ratione imbecilles cõcubuere,in ijs uirium infirmitas,

neceſſe eſt, ſuperet. Qui uero firmiores & iuuenes, veluti qui nũc eſt propoſitus, horum habitus E corporis in raritatẽ magis, quam uires in imbecillitatẽ, mutatur, Itaq; etiam corriguntur hi non per ea, quæ corpus relaxant, qualis eſt exercitatio, quæ apotherapia dr̃, ſed per ea, quæ cogũt, ac contrahunt, qualis eſt præparatoria: [a] †proindeq; hac utendum, ſ qñquidem ea non ſolum motus tum celeritate, tum robore calorem excitat, ſed ẽt habitum cogẽs ac conſtringens. Illud quoque fatentur gymnaſtæ oẽs, ipſa profectò experientia edocti, hanc unam exercitationẽ mederi raritati poſſe. Itaq; nulla planè ad propoſitum affectum utilior eſt. Si uero anni tempus non diſſuadeat, nec à frigido balneo abſtinẽdum eſſe cenſeo. Cibus copia quidẽ dabitur minor, in qualitate uero humidior, ut tum probe concoquatur, tum ſiccitas, quæ ex uenere contracta eſt, corrigatur. Debet uero nec frigido tẽperamento eſſe, ſed uel medio, uel calidiore. Nam, qm̃ corpus à uenere & laxius, & frigidius, & imbecillius, & ſiccius eſt effectum, debent planè, quæ denſent, & calfaciant, & uires reparent, adhiberi, atq; ad hæc ſtudiũ oẽ impendi. [b] †Cæterum, q̃ efficere hæc uenus poſſit, id docere ad pr̃tem diſputationem non pertinet: in qua propoſitum eſt, quemadmodum optimum corpus quàm cõmodiſſime poſt veneris uſum exercitetur, oſtẽdere. Quod ſanè comm ode fieri nõ potuit, niſi prius pro hypotheſi ſumpto, cuiuſmodi affectus ſit, qui ſuccedere in corpore à venere ſolet. Verum nunc id concedi nobis poſtulamus. In ſequentibus cum F euidenti demonſtratione dicetur, tum quę veneris facultas ſit: tum prorſus utenda ſit necne: tum quænam ex ea commoda, incommodaq́ue pro corporum ſtatu, & temporis anni ratione, & loco, & alijs id genus, quæ utique determinare præterea oportebit, eueniunt.

A † Hoc in loco tam in græcis q̃ in latinis codicibus deſunt aliquot uerba, nẽpe εἰδὲ δὴ καὶ ψύξις τὶς ἐπιτοῖς ἀφροδισίοις ἐγγίνεται τοὶ σαματι, i. ſi uero aliqua etiã refrigeratio poſt uenerem corporibus aduenit, & propter hoc quoque præparatoria exercitatione utendũ erit.

B † Ex antiqs ita uertẽdum. Quanam uero ſit uenereorum uis, docere &c.

De ratione ſiccitatis, & humiditatis ſuperfluæ emendandæ. CAP. 12.

POſt venerem ergo ſpecies exercitationis ea eſto, quam præparatoriam vocant. Poſt uigilias autem, vel triſtitiam, uel ambas, quæ apotherapia dr̃, exercitatio idonea eſt, ſi tñ cruditas abſit: nam, ſiqua cruditas ſubeſt, omnino exercitandum nõ eſt. Quòd aũt poſt triſtitiam & uigilias iam dicta exercitatio ad rem pertineat, etiam experientia ipſa oſtendit: cum ab alia qualibet nõ ſolum lædi cernantur, ſed etiam imperantes, ſi forte dolor adhuc angit, parum æquo animo ferre. Idem ratio ipſa confirmat non minus, q̃ experientia. Nam, qm̃ à uigilijs & triſtitia magis graciles, magisq́; aridi, ac minus dicto audientes planè cernuntur, ſiccius exiſtimandum eſt his redditum eſſe corpus. Eiuſmodi verò affectus partim molli frictione cum multo oleo, partim temperato balneo ſanantur, partim motu, ſed qui & tardus ſit, & citra valentiorẽ nixum, ac qui ſubinde quietem interponat. Is uerò apotherapeutici exercitij [c] * modus erat. Ad eundem modum eæ, quæ ab ira, uel [d] †potionis penuria ſiccitates fiunt, corrigendæ ſunt. Contraria prorſus à iam G dictis ratione [e] † humiditates emendare cõueniet, ſiue hæ nimiæ potionis, ſiue alia quauis occaſione, inciderint, quippe [f] * ſtudium in his ad ſiccationẽ dirigitur. Verum ea cõis omniũ ratio eſt, membratim enim unicuiq; dr̃iæ ſua eſt. Igitur, ſi ex longiore deſidia, humectantis alimenti immodico, intempeſtiuoq; uſu contracta humiditas eſt, longiore correctione eſt opus: ſin ex liberaliore potione, quæ pridie ſit hauſta, citra ullum capitis aut oris uentris affectum conſtiterit, eã uel unico die perſanes, licet, ſi ſicca frictione largius, & exercitatione veloci, & parciori potione, & ſicciore cibo vtare. Quippe, quæ immodicæ exuini potione humiditates conſiſtunt, ſi ex ea re noxa capiti aut ori uentris communicata eſt, de his agi hoc loco opus nõ eſt: dicetur.n. de ipſis, cum de morboſis ſymptomatis tractabitur. Quæ uero humiditas ex diutina admodum deſidia naſcitur, hæc in propoſitum corporis ſtatum omnino non cadat æque, vt nec ea, quę ex humectantis natura cibi copia gignitur, quales fructuum plurimi ſunt, itemq́; olerum, quæ utique acria non ſunt: ſi quando tamen acciderint, ſemel & confertim corrigi non poſſunt. Nam, ſi eatenus ſe fatigabit homo, dum habitum abunde ſiccet, in laſſitudinem incidet, ac febricitabit omnino diaria febri: q̃ ſi uitioſæ præterea humiditates fuerint, etiam febri, quæ in plures extendatur, dies. Tempore uero ſanari poſſunt, ut poſt dicemus, vbi vitioſas intemperies uertere in me-H lius docebimus: quippe ſimilis prouidentia acquiſitij affectus eſt, & naturalis intemperamenti: quare nunc de ipſis differere non oportet.

C * τρόπος. aliter τύπος, i. typus, ſeu forma.

D † Græci aliq cod. habent non ποτοῦ, ſed ποτεγιγνομένας, i. q̃ ob inediã aliqn ſiccitates fiunt.

E † Hic addendũ eſt, quæ ſunt in habitu corporis, & græce legẽdũ eſt non κατὰ ταύτην ſed κατὰ τὴν ἕξιν.

F * σκοπός.

De matutina & ueſpertina frictione, quæ propoſito iuueni adhibenda eſt. CAP. 13.

RElíquum igitur eſt, vt de matutina, veſpertinaq́; frictione agamus, non ad eum tñ modum, quo Quintum reſpondiſſe dicunt, cum percontanti gymnaſtæ, quam vnctio uim hr̃et, reſpondit, Veſtis ſubmouendæ: ijſdem.n. quibus nunc uſus ſum uerbis tum gymnaſten rogaſſe, tũ Quintum reſpondiſſe ferunt. [g] † Simile Quinti apophthegma eſt, & quod de vrinis circũfertur, nempe eas noſſe, ad pictorem pertinere. Etiam illud, quod de calido, frigido, humido, & ſicco aiunt, utiq; balnearũ ea eſſe nomina: quæ ipſe ſanè nemini uel Theſſali aſſectatorum impune dicere, nedũ Quinto p̃miſerim: quippe ſcurrarum eiuſmodi facetiæ ſunt, haud quaq̃ hominis tam grauẽ artem profitentis. Satius igit̃ ſit in propoſito iuuene ad hunc modũ de matutina frictione diſſerere. Is nanq; aut ex ſomno aliq d, de quo queri poſſit, nõ ſentit: aut [h] * laſſitudine grauat̃ aliqua: aut alia quapiã affectione offenditur earũ, de quibus paulo ante ſtatim poſt laſſitudinis affectus hactenus diſſerui. Ac, ſi de nulla quidẽ re cõqueritur, ſuperuacuum eſt, eum aut fricare, aut ungere: niſi ſi quando ingenti frigori occurrendum uidetur. Tum nanque, ueluti qui frigida ſunt

G † Clarius ex antiquis. Simile quid Quinti circunfertur apophthegma, tum de urinis nẽpe eas noſſe ad fullonẽ pertinere: tũ de calido frigido humido & ſicco, balneatorũ eſſe noĩa. Quæ q̃dẽ uerba nequaquã ego mihi p ſuadere poſsũ, nedũ Quintũ, ſed nec ullum Theſſali ſectatorũ protuliſſe.

H * Laſſitudinis affectione.

uſuri

Ausuri, sic eos quoq; frictione ꝑparabimus. Si uero lassitudinis sensus ullus appareat, iam dictũ est hominem tum & unguẽdum esse, & molliter fricandũ. Simili ratione, si siccior iusto sit, ungẽdus dulci oleo est, nam id sicca corpora humectat: fricãdusq; ut oĩno parcissime, ita nec duriter, nec molliter est. Quippe succurrere digestioni in corpus oportet, non cutis, carnisve habitum mutare, neq; ẽt quod in his continetur, quicq̃ educere: quorum mollis utrũque, dura alterum facit: siquidem hæc cutem densat, duratq; mollis per halitum euocat, ac corpus laxũ molleq; efficit. Verum, cutis densitatẽ corrigere si studes, utiq; ei, q̃ ex duris tum frictione, tum pertractatione, præterea uehementi exercitatione, & multo puluere orta est, mollis frictio cũ copioso & dulci oleo medetur. Quæ vero cõtracta ex frigore est, eam primũ frictione sicca ac celeri, deinde cum oleo adhibito calfacientes, naturæ suæ restituemus. Laxitatẽ vero, q̃ & frequens balneum, & mollem frictionem, & ueneris usum consecuta est, paucula frictione, primum quidẽ sicca, deinde cũ oleo quopiam eorum, quę adstringant, sanaueris. Humiditatẽ uero, quę nimiç potioni successit, sicca frictio, & cum linteo administrata, vel cum manica, quam χειρίδα græce uocãt, interdum etiam solis manibus, idque uel citra omne pingue, uel cum eo* planè exiguo, corrigit. Sit autẽ, quò per halitum euocet, oleum ipsum dulce, omnisq; adstringẽtis facultatis expers. Atq; ita quidẽ se habet matutina frictio. Vespertina uero ijs utilis est, quos uel lassitudo ualida ꝑmit, uel siccitas male habet, uel atrophia macerat: ¶ ita uocant græci cum corpus ex alimẽto fructum nõ sentit. ¶ Verum atrophias symptoma nunc præsertim seponatur vnà cum reliquis morbosis symptomatis: quæ post tractabuntur. In proposita uero natura, cum uel ualida lassitudo, uel immodica siccitas, corpus afficit, prãdium minus esto: tum ab eo ad cœnam longius interponatur tempus: plurimũ quiescat: exiguum tñ quippiam inambulet, quò cibus per erectam agitationem concussus subsidat: utilius ẽt sit, si & aluum exonerare possit. His etenim probe ꝑactis, securus oleo dulci frices: uentrem tñ* omnino non continges, cum alioqui periculum sit, ne & cibum deterius cõcoquat, & succus quispiam ex eo semicrudus in corpus digeratur, & caput turbetur, & stomachus subuertatur. Optimum igitur fuerit omnino uentrem non attingere. Quod si in musculis ei uicinis uel lassitudinis sensus aliquis, uel siccitas appareat maior, ungi debebunt mediocriter, & blande, & suspensa manu. Ac, si causas quispiam eorum, quæ diximus, reddi sibi cupit, proximum librum legat, in quo de morbosis symptomatis agemus. Nã hunc mihi uideor satis hactenus extendisse.

A.1.t.3.d.2 c.7 fol.62.a

* Græci aliqui codices habent ἐλαίῳ.i.oleo.

* Græci cod. im ꝑsi, et multi ex manuscriptis, habẽt μὴ πάντη, ut uertit & ueius interpres, & Linacer. aliq; uero μὴ πάντη, i. non admodum: paulo tamen infrà ẽt dicit nõ oĩno attingendum esse uentrem.

GAL. DE SANITATE TVENDA
LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI

Docet quo pacto lassitudines persanandæ sint, cum aliunde, quàm ab exercitatione, oriuntur.

Quid differat hæc à superioris libri tractatione. CAP. 1.

QVOD plerique oẽs recentium medicorum faciunt, qui dum tempus sophistarum cauillationibus terunt, quod maxime necessarium est, aut leuiter tñ attingunt, aut prorsus omittunt, id ipse non faciam: sed (qđ ab initio instituì) ei quod necessarium duxi, insistens, quæ logicam magis speculationẽ habẽt, in aliud tps differam. Statim.n. de morbosis symptomatis, de quibus hoc libro differere statui, non leuis qõ oritur, eane ad ualetudinis tuendæ artem spectent; an ad eam, quæ medendi rationem præscribit: an harum neutram, sed tertiam quandam, quam non nulli mediam sanitatis & morbi statuunt, neutramque appellant. Ego haud ignarus, siue quis in sanitatis tuendæ, siue etiam in medendi arte, eorum meminerit, fore, ut æque à cauillatoribus fugilletur: illud quoq; intelligẽs, etiam si quis tertiam tractationẽ his dicet, de neutris eam affectionibus inscribens, uel magis irrisuros, contumelioso sq; futuros, ꝑterea quæsituros, de † maribus & feminis in quo nam opere præcipiã: in hoc uolumine de his agere potissimum elegi. Si.n. fieri nequit, ut sophistarum nugamenta deuitem, atq; hac ratione minus erunt importuni, utiq; sic faciens melius consuluisse uidebor. Huc accedit, q̃ ex speculatione ipsa magis intelligetur ipsa doctrinæ communio, si quis illa, q̃ dicentur, attentius leget. Ea hinc aggrediar. Artis, quæ ualetudinẽ tuetur, nõ leuis portio est ea, quæ de exercitatione præcipit: huius rursus non exigua pars est, q̃ lassitudines præcauet. Porrò monstratum in superioribus est, similem rationẽ esse instantis lassitudinis cauendæ, & eius, quæ iam occupauit, summouẽdæ. Ergo non alibi, quemadmodum hanc futuram uites, alibi quẽadmodum iam urgentẽ corrigas, tractandum est. Atq; hac quidem de causa in proximo libro, qui totus operis tertius est, de lassitudine, quæ exercitationi superuenit, disputatum erat, simul habita mentione de similibus affectibus,

† Cũ in hoc loco Galenus non substantiue, sed adiectiue, dicat περὶ τῶν ἀρρένων καὶ θηλυκῶν, uidetur potius intelligere de morbis aut symptomatis ad mares aut fœminas pertinentibus, non de ipsis maribus aut fœminis.

ctibus, quorũ aliqui exercitationes maxime ſequebãtur. Nũc primum quidẽ de his, prout citra E
exercitationem incidũt, agemus: ſecundo loco de illis, quæ ſimilitudinẽ quandã cum his habẽt.

De affectu, ſymptomatis, & cauſis laſſitudinum: ac de eorum differentijs. CAP. 2.

2. Aph. 5. Extord. 11. f

AC, quæ immodicas quidem exercitationes laſſitudo excipit, ſanorum ſymptoma eſt: q̃ verò ſine his cõſiſtit, morboſum. Itaq; & ab Hippocrate dictum commodiſſime videtur, Laſſitudines ſponte natæ, morbos nunciãt. Atque vlceroſus quidem ſenſus, ſymptoma laſſitudinis eſt. cauſa verò, vnde ea naſcitur, affectus laſſitudinis eſt. Porrò huius rurſum ipſius cauſa bifariam ſcinditur: aut enim intra ipſum animalis continetur corpus, vocantq́ue græce προηγουμένην: aut omnino nõ ineſt, vocantq́; προκαταρκτικήν: § nos illam internam, hãc externam non incommode vocemus. § Itaq; tria in vniuerſum genera ſunt, de quibus habẽdus ſermo eſt, ipſius laſſitudinis, ſymptoma: affectus vnde hoc oritur: & affectus ipſius cauſa. Cuiuſque verò horum ſpecies quędã differentes ſunt. Cauſarum (vt modo diximus) externa, & interna. Affectus (vt in præcedente libro docuimus) is, q̃ vlceris, & qui tenſionis, & qui phlegmones, ſenſum inuehit. Symptomatis verò, hę ipſę ſcilicet tres differentię: aliter tñ ſi cui placuerit, nominare licet: nõ licet aũt, ſi vera ſaltẽ dicere velit, iã dictis plura tum aſtruere, tũ facere, neq; etiã plures, q̃ dictæ ſunt, differentias. Quæ igĩt vlceris ″ ſenſum facit laſſitudo (incipiendũ enim ab hac eſt) motis quidẽ grauẽ F
excitat ſenſum, ceu corpus vlcereũ, idq́; vel circa cutim tñ, vtique cum eſt moderatior: vel circa ſubiectã illi carnem, cum eſt valẽtior: vel circa vtrãque, cum adhuc eſt atrocior. Atq; hoc quidẽ eſt laſſitudinis ſymptoma: affectio verò, ex qua id naſcitur, acrimonia eſt tenuis & calidi humoris, q̃ corpus erodit, ſtimulat, ac pũgit. Oriĩ hæc aliquando ex immodico motu, vt in proximo libro oſtendimus: aliqñ ex vitioſo ſucco, q̃ imprudẽtibus nobis in corpore ſuccreuit. Tales verò laſſitudines, ſpontaneas Hippocrates appellat. Alterum verò laſſitudinis genus (nempe in quo tenſio ſentiĩ) quoties ſua ſpõte incidit, plethoris ſuperuenit. quippe tenduntur [a] † ex hac ſolidæ animalis partes, pcipue in quibus ſucci continẽtur. Tertium laſſitudinis genus, quod phlegmonis ſenſum affert, ex ambobus oritur, tũ nimia boni ſucci abundãcia, tũ prædicto vitioſo ſucco. Non.n. quæuis mali ſucci ſpecies, ſed tñ, in qua rodens acrimonia continetur, vlceroſam laſſitudinẽ creat: ſed nec eiuſmodi quidem ſuccus, dum in uenis cum ſanguine miſcetur, latet enim tum eius vis, vtpote transfluẽtis, & à ſanguinis bonitate ſuperati: verum, cum ab his tranlatus, in carnibus, & ad cutẽ ſolus hæret, vlceroſum [b] † ſenſum tunc ingerit. Qui verò ex abundantia naſci hanc laſſitudinẽ putant, ſanè falluntur: nam neq; exea copia, quam plethorã dicimus, (hæc enim eã, quæ de tenſione queritur, gignit) neque ex ea, quæ vires prægrauat. non enim eroſio, G
aut vlceris phantaſia, ſed vel grauitas, & ad motiones ſegnitia, talis ſunt abũdantiæ ſymptomata, vtiq; dũ ad animales collata vires, eas ſuperans premit: vel pulſus quędam vitia, ſi quando ui talem urget: de q̃bus dictum abunde eſt in ijs, quę De pulſu ſcripſimus: atque vt in libro, quem [c] † de abundantia ſcripſimus, ẽt notas & naturalium viriũ, cum premuntur, & reliquarum amba rũ tradidimus. Non eſt igitur abundantia, eius laſſitudinis, quæ vlceris ſenſum præſefert, cauſa, immo humorum, qui in cute & carne, cõtinentur, acrimonia. Hæc enim, ut quieta ſenſum latet, ſic agitata protinus ſentitur. Motus huic acrimoniæ primus ac plurimus proprijs quibuſdam rationibus accedit, quas mox dicemus. Alter ex incidenti, ſcilicet cum nobis partem aliquam, aut etiam totum corpus, mouere uolentibus, cum hoc humores, qui in ipſo cõtinentur, ſimul mouemus. Verum hic minimus eſt, & laſſitudinis duntaxat ſenſum infert: uehementior rigorem excitat: § appello nunc rigorem, nec illum uehementis frigoris ſenſum, nec duritiem, ſed inæqualem totius corporis concuſſum, & turbationem: § medius inter utrunque, horrorem. Quòd autẽ nihil obeſt, etiam ſi calida cauſa ſit, quo minus rigorem horroremq́; excitet, in ijs, quæ de ſymptomatum cauſis ſcripſimus, oſtenſum eſt. Nunc ſatis fuerit ſummas tantum eorum, quæ illic prodidimus, ad præſentẽ diſputationẽ, quaſi [d] * baſim ſubijcere. Cũ in ſenſibili corpore ſuccreuit excre- H
mentum mordax, duplici id ratione ad motum incitatur. vna, cum a ſenſibili ipſo corpore impellitur, vtpote quod repellẽdi alieni uim obtinet. altera, cũ vehemẽtiore [e] * momento agitur, id quod tũ ab exercitando conquirit [f] * tum frictione, tum balneo. § Ergo, quæ ſubcalida, & putrida excrementa ſunt, ubi uehementius mouentur, non horrorẽ modo, rigoremve, qualem diximus, afferunt, ſed etiam febrem accendunt. At, quæ frigida ſunt, & ex partibus tenuibus conſtãt, ea horrorem quidem, rigoremq́ue creant, non tamen febrem excitant. Porrò effatu dignam aliquam copiam utriſque accedere oportet, ſi hæc efficere debent. Quæ uero aut planè exigua in ſenſibilibus corporibus excrementa mordacia, aut multa illa quidem, ſed tamen non planè ad huc mordacia ſubhæſerunt, hæc ulceroſam laſſitudinem faciunt, de quibus utique hoc libro nobis eſt agendum, quando, quæ febrem accendunt, ea ad medendi artem ſpectant. §

Communis ratio omnium euacuationum, quæ à medico fiunt. CAP. 3.

SAnatio utriuſq; generis partim cõmunia curationis amborũ [h] * cõſilia recipit, partim utriuſq; propria. Dicetur uero prius, quæ communis ſanatio eſt. Oportet igitur excrementum, ſiue calidum id ſit, ſiue frigidum, ipſum aut expellas, aut certe, alteres. Recipit uero non omne excrementum alterationem à natura. Siquidem nec omnis cibus in cuiuſuis animantis ventriculo

concoquitur:

A † Al. ἐνλάυτοις, i. in his.

B † Al. διάθεσιν τε καὶ αἴσθησιν, i. affectum, & ſenſum.

C † περὶ πλήθους, i. de plenitudine.

D * ὑπόθεσιν.

* κινήσεως.

F † *Interpres addit hæc uerba. I antiquo tamen codice græco hæc habentur.* ἢ θυμοῦ, ἢ καυτῆς ἐκ τοῦ περιέχοντος θερμασίας, *i. & ab ira, & ab ambientis caliditate.*

G † *Hæc præter ea addũtur in ueteri exẽplari* οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα ὀρίκην μὲν ἐργάζεται, πυρετὸν δ' οὐκ ἐξάπτει, καὶ ταῦτα τῆς ἐνεστώσης ἐστὶ πραγματείας. *i. uerùntamen & quæcunq; horrorem quidẽ faciũt, febrem uero nõ accẽdũt, & hæc præſẽtis ſũ tractationis*

* Η σκοπους.

A concoquitur: ſed cognatio quædam ei, quod concoquit, cum eo, quod concoquitur, eſſe debet: Quod igitur omnino alienũ eſt, nulla fieri ratione poteſt, vt id naturæ ſuæ gratiam recipiat, ſed educere id quàm primum eſt tentandum, æque certè, vt, quę in ventre corrupta prorſus ſunt, ea vel vomitione, vel deiectione expelli profecto eſt optimum. Non tamen perinde promptũ eſt in carne, atque alijs corporibus, imbibitum vitioſum ſuccum educere, vt qui in ijs, quorum ſenſibilis capacitas eſt, continetur. Interdum nec ipſa laborantis natura medicamentum, quod malũ ſuccum mature vacuet, admittit: ſicuti interdum & alius quiſpiam affectus obſtat, qui talem educendi rationem reſpuat. De quibus mox dicam, ſi prius, quod reliquũ erat in ſuperius poſita diuiſione, adiecero. Quippe communes ſcopos qui excrementorum vitijs medẽtur, iam diximus, vacuationem, alterationemq; eſſe. Proprios verò vtriuſque generis nunc adijciamus. Neque.n. vna tantum ratione educendum alterandumve eſt, ſed explorata, quæ ei, quod affligit, maximè ſit accommodata, ei eſt inſiſtendum. Ea verò, vt in ſumma complectar, ratio eſt, quæ ex contrario opem molitur: priuatim verò, quæ ex cuiuſque contrario. Et ſummæ quidem totius rei hæ ſunt, quæ latius tamen nobis nunc explicandæ ſunt una cum ſua cuiuſque euidenti demonſtratione, idque ab vlceroſo affectu orſis.

B *De curatione affectus vlceroſi, ac de dignotione vitioſorum ſuccorum.* CAP. 4.

QVoniam igitur eiuſmodi laſſitudo vitio acrium excrementorum oritur, ante oĩa conſiderandum eſt, in ſolidisne tantum corporibus, an intra venarũ ſinus, malus ſuccus contineatur. De ijs verò, quæ intra venas ſunt, excrementis, nullum planè nec manifeſtum nec euidens ſignum habemus præter ſolam vrinam: conijcere tamen ex his licèt. Primũ æſtimabimus, quonam, qui affligitur, vſus ſit victu. Secundò, ſolituſne ſit malum ſuccum naturæ ſponte congerere. Ad hæc, an naturalis aliqua & conſueta excretio iam defierit. Quartò, an exercitatione, purgatione per vomitum, aluumve, geſtationibus, aut vſu aquarum ſponte naſcentium, ſoliti ſuperua cua expellere, id intermiſerint. Atque in victu quidem uidendum, an cruditas & crebrior & maior, quàm ex conſuetudine, præceſſerit: an mali ſucci cibis copioſe ſe impleuerint: an vinum ꝑ antiquo muſtum, pro tenui craſſum, an[a] † aqua marina miſtum, ſ biberint: an etiam prorſus à vino ſe ad aquæ potionem trãſtulerint: nec ſemel bisvè in quolibet horum peccauerint, ſed aſſidue, bonoque tpe. Secundò (ſicuti diximus) æſtimandum, num homo is, qui male hẽt, ex eorũ numero ſit, qui facile malum ſuccũ congerunt. deprehẽdes id, percontatus, an ſcabie, aut lepra, aut vitiligine, aut pruritu crebro ſit affectus. item an eryſipelas, aut herpes, aut elephãtiaſis, aut C ophiaſis, aut alopeciaſis, aut puſtulę crebræ, aut[b] vlcera, *aut epinyctides, aut denique vllũ ſymptoma, qđ exuitioſo ſucco & natum, & auctum eſt, illum male habuerit. Ab his conſiderandum diximus, cõſuetane vlla excretio retenta ſit per uomitum, uel hæmorrhoidas, uel fiſtulam aliq̃, uel dyſenteriam: vel, ſi muliler eſt, per menſtruum[c] profluuium. Deinde num ipſe medicamento ſe purgare ſemper ſolitus, id intermiſerit. Nonnulli.n. ſunt, qui deiectorijs medicamentis, alij vomitorijs, aut urinam ſudoremve cientibus, aut vſu ſponte naſcentium aquarum, vtiq; quibus aut ſulfuris, aut bituminis, aut nitri vis ineſt, uere uel autumno quotannis ſoliti excremẽta uacuare, aliquando id negligunt. Multi (ut dictum eſt) exercitationum conſuetudinem dimiſerũt. Alij rurſus omnis frictionis, aut balnei, aut à uino dulci poſt balneum uomitionis, morem prætermiſerunt. Sanè conſtat non illorum modo nos, qui optimo ſunt corporis temperamento, feciſſe mentionem, ſed, quò nihil in mali ſucci cauſarum catalogo ſit prętermiſſum, etiam eos, qui uitioſum ſuccum natura prompte congerunt, ſermone cõprehendiſſe: de quibus ſuſiũs inter vitioſos corporũ ſtatus proximis uoluminibus agemus. Atq; ex his quidẽ de mali ſucci quantitate cõiecturam facere oportebit, ac remedium ad menſuræ eius quantitatẽ ꝑportione inuenire, mediocris, ſi omnino ſit exiguus, & ad cutẽ tm̃ collectus: ualentius, ſi multus, & in profundo. Prius verò D eius, qui exiguus, & iuxta cutem eſt, curatio dicetur: deinde eius, qui in carne reſidet: tertio ab his loco, eius, cui totus ſanguis impurus, excrementoſuſq; eſt. Sed, ſiquis iam inſtitutum mihi ab initio repetens, boni ſucci iuuenem dederit, qui prius ſalubri omnino victus ratione ſit uſus, nunc neceſſitate quapiã urgente longi tpis iter confecerit, in quo nec exercitatus, nec lauatus ꝑ conſuetudine fuerit, cibis, potioneque mali ſucci vſus ſit, tum à prandio, uel cæna, uel etiam toto uehiculo ſit uectus, nec bene plerũque dormierit: illud tamen addatur, nihil huic in mõ aſſumptorum erratum eſſe, proindeq; nec in cruditatem ullam incidiſſe: talis multum mali ſucci cõgreſſiſſe profecto nequiuerit: itaq; ẽt nec correctionẽ prolixam requirit, immò exercitationem tantum, quæ apotherapia dr̃: quam in proximo ante hunc libro docuimus, ubi pariter de accõmodata ei rei uictus ratione præcepimus, quò minus eſt hic multis morandum. Tm̃ eius meminiſſe conueniet, huc omne conſilium dirigere, qui corpora ſic affecta curat, ut excrementa, quæ circa cutem ſunt, educat, propterea, q affectus in hac vna conſiſtit. Itaque rurſus detur eundẽ iuuenem præter alia, quæ eadem ſint, etiã in cruditates ſæpe incidiſſe: detur & ulceris ſenſum habere, non cute tenus modo, uerum etiam altius in corpore, ſic, ut totum id malis ſuccis refertum ſuſpicere: huic nec exercitationem, nec ullum omnino motum iniungemus, ſed quieſcere ac dormire iuſſum, in abſtinentia totum diẽ exigere cogemus: dein ueſperi pinguiter uncto, & temperato

Alex.3.d.2. c.45.66. b

balneo

A † τεθαλατ-τώμενον, vt & uetus ĩterpres, & Linacer uertẽt: quãquã cod. quidã habet τεθωλένον. i. turbidum.

B In Aldino cod. legitur ἢ ἐλκωδης ἐξανάγκης. manus ſcripſit autẽ ἢ ἐλκωδης ἐξάνθησις. i. vel ulcerosa efflorescentia.*

C muliebre.*

balneo mediocriter lauato, ꝑ cibo dabimus ſorbitionē aliquā boni ſucci, ſed planè q̄ minimā, E
nec tñ a vino eum abſtinebimus: cōcoquit enim id ſemicrudos humores, quantū aliud quiduis:
tum ſudorem, vrinamq́; promouet, ac ſomnum conciliat. In ijs aūt, qui ita ſe habent, id agendū
nobis eſt, vt, quod mali ſucci iam planè corruptū eſt, nec concoqui ēt poteſt, id ſudore vrinaq́;
expellatur: quod ſemicoctum adhuc eſt concoquatur, atq; vtile reddatur. Id aūt optimè quiete,
ſomnoq́; cōſtat: Si ergo his peractis malū conſtiterit, ad conſuetudinem rurſus paulatim redu-
cendus homo eſt. Sin in poſterum ēt diem duret, de ualentiore iā remedio eſt cogitandum, ma-
xime ſi per noctē uel laſſitudo magis, q̄ ante, uel faſtidiū infeſtet, vel ꝑuigilet, uel ſomnos turba
tos, & imaginationibus inquietos habeat: his enim, ſi uires nō diſſuadēt, duorum alterū, aut ſan
guis mittēdus eſt, aut purgatio exhibēda, ſed diſcernētibus nobis, utrū magis expediat, ut mox
dicet. Sin uires imbecilliores dehortantur, ſanguis mittēdus haudquaq̄ eſt, ſed deiectio medio
eris adhibenda. Cuiuſmodi aūt deiectio mediocris ſit, in ſequentibus docebimus, ſi prius, quæ
priora ſunt, definiuerimus. Nam, uirium robore conſtante ſi laſſitudo adhuc infeſtat, æſtiman-
dum eſt, cum ſanguinisne copia, an cum crudis ac minime concoctis humoribus, an per ſe ſolus
conſiſtat vitioſus humor, qui laſſitudinem creat. Nam, ſi cum ſanguinis copia; aut vena inciden
da, aut aliquid quod tantundem valet, agendum. Sanè tantundem poſſunt hæc: Quibus hæ- F
morrhoides ſunt retentę, ſi has aperueris. ſi mulieri menſtrua conſuetudo ceſſauit, hanc ſi pro-
uoces. ſi quibus horum nihil eſt, ſi malleolos ſcalpello incidas. Poſt hæc aluus eo medicamento
deijcienda eſt, quod maxime, accommodatum malo ſucco ſit. Quòd ſi uitioſi tantum ſucci, hiq́;
citra ſanguinis copiā ſubſint, purgatio petenda eſt, quæ infeſtanti excremento ſit accommoda.

†Cum Galenus multis i locis diſcrimē ponat inter atram bilē, & melancholicū humorē, huius uero poſterioris tñ mentionem hic faciat, tñ interpres atrā bilē, humoris melancholici loco, conuertit, id qđ in pluribus huius paginæ locis illum feciſſe eſt adnotandum.

Infeſtat uerò aliàs bilioſum, aliàs † atra bilis, aliàs pituitoſum, ſed quod uel ſalſum uel acidū ſit:
atq; horum quodlibet craſſius, aut ſero proprius, aut media quapiam conſiſtentia. De quorum
diſcernendorum notis nunc agamus. Si cum puſtulis (quæ Græci ἐξανθήματα uocāt) laſſitudinis
affectus conſiſtat, ex his facilis inuentu erit excrementi ſpecies. Sin abſque his, in boni quidem
ſucci corporibus tum ex ijs, qui præceſſerunt, cibis, tū reliquis, quæ ipſis corporibus inciderunt.
In ijs uero, qui malos ſuccos natura colligunt, hinc quoq; non nihil capiendū. Sed de eiuſmodi
temperamentis uberius poſt agetur, nunc de reliquis agamus, ex quibus licet de mali ſucci ſpe-
cie coniecturam accipere. Qui in ocio degunt, ij pituitoſum aceruare ſuccum ſolent. Quos mul-
tus labor exercet, ij bilioſum, uel melancholicum: illum æſtate, hunc autumno gignunt. Quin ēt,
an diuturni labores fuerint, inſpiciendum eſt. Quanto.n. fuerint longiores, tanto ſunt ad atrā ge
nerandam bilem magis procliues. Præterea, qui cū multo ſudore obeuntur, ij craſſius excremen G
tum faciunt. Qui ſine ſudore peraguntur, magis tenue, ueluti qui hyeme & frigido aeris ſtatu ſu- Ad 4. ſum. c. 7o. ſum.
ſcipiuntur. Conſiderandum ad hæc eſt non ſolum de urinæ multitudine, & ſqualitateſ ſed ēt de
ſudoris quantitate: hic" nāq; partim acidus, partim ſalſus eſt, partim ueluti lutum, aut uirus pla-
nè olet: licet aūt hoc ex ſtrigili deprehendere, cum lauantur. Sæpe namque amarus * planè ap-
paret, qualis utiq; morbo regio laborantibus emittitur. Eius uerò dignotio ēt citra guſtum faci-
lis eſt ex ſolo colore. Quippe pallidus pro eiuſmodi bilis ratione apparet. Sæpe tñ poſtualidiſſi
mos labores, & uehementem æſtum planè flauus cōſpicitur. Aliqñ medius, atq; ex ambobus mi
ſtus cernitur, ueluti quodammodo ex pallido flauus, ὠχρὸς ὀξανθοῦ Græcè dñt. Ad eundem modum
& ipſe bilis humor ſe hēt: qñ hunc quoq; in uomitu deiectioneq́; aut pallidum, aut flauum, aut ex
utroq; compoſitum licet intueri. Qualiſcūq; uerò is in corpore hī, tale neceſſe eſt eius appareat
ſerum. Ac ſudor quidem, ſuccorum, qui in uniuerſo corpore abundant, nota eſt: urina, eorū tñ,
qui uaſis continentur. Oīno ergo nihil omittendū: ſed ſudor quoq; ipſe, ut modo diximus, inſpi
ciendus. Aliqñ uerò ipſum, qui afficitur, guſtare ſudorem ſuum, quo certius interno ſcatur, iube-
mus. Id quod aliqñ ſua ſponte accidere ſolet, dum ex frōte & eius partibus in os ſæpe delabitur.
Aeſtimare præterea urinæ tum conſiſtentiam, tum colorem oportebit. Sed nec, quæ in ea pen- H
dent, aut ſidunt, prætermittere conueniet, ſed oīa perpendere. Cuiuſmodi.n. ſanguis ſit, qui ua-
ſis continetur, ea planè oſtendunt: quando, ſi is bilioſus ſit, ſerum quoque eius bilioſum eſſe ne-
ceſſe eſt, idq́; pro utriuſuis bilis ratione. Simili modo pituitoſum, ſi is ſit pituitoſus. Ergo, ubi cru-
dus planè is eſt, utiq; tenuis, aquoſaq́; urina cernitur, nihil, nec quod ſidat, nec quod pendeat, in
ſe habens. At, ubi is concoctus eſt, hæc in urina apparent, atq; ēt nubeculę quædam deſuper te-
nues ſuperſtant, ueluti quod in ſummo lacte colligitur, (Græce γραῦς dī) & quod in ſummo refri
gerati iuſculi cōcreuit. Quòd ſi turbida ſit, qualis ueterinorum uiſitur, crudis uocatis humoribus
refertas uenas indicat, non tñ ceſſare naturā, ſed eos ualenter concoquere. Si uerò celeris ſepa-
ratio craſſi a liquido in ea cernitur, ſitq́; quod ſubſidit, album, leue, & æquale, iam iam ſuperatu-
ram eos oēs naturam indicat. Sin, cum emingitur, pura ſit, protinus uero turbetur, iam crudi ſuc
ci concoctionem aggredi naturā docet. At, ſi interpoſito tpe turbentur, nō protinus, ſed poſt ag
greſſuram inſinuat. Verum oīum † quæ turbantur ſurinarum generalis nota eſto ipſius craſſi a li-
quidiore ſeparatio, aut propere, aut tarde facta, aut omnino nulla. Ergo, ſi protinus fiat, & quod
ſubſidit ſit album, leue, & æquale, ſuperiorem longe naturā ſuccis, quos concoquit, oſtēdit. Sin
bonum ſit, quod ſubſidit, ſed quod poſt longius interpoſitum tempus colligatur, etiam naturam

temporis

* πυρρόχολος.

† θολεών. i. turbidarum.

A temporis ſpatio ſuperaturam ſuccos nunciat. Si uerò uel oĩno nulla ſeparatio, uel id, quod ſubſidit, malum ſit, imbecillitas naturæ ſignificatur, egetq́; ope aliqua ad ſuccos percoquẽdos. Sicuti uero urina, ſuccorũ, qui in uaſis ſunt, qualitatem prodit; ita ſudor, aliaq́ue, q̃ per uniuerſum animalis habitum apparent, eos, qui illic ſunt, affectus demonſtrant. Quippe ſuperantibus in eo calidis ſuccis, inſolito caloris ſenſu urgetur: frigoris uero, cum frigidi dñantur. Iam albiores pituita ſuperante, pallidiores bili abundante cernuntur. Quòd ſi meracior bilis ſit, ẽt planè flauiores. Siquidem color a ſuccis prouenit, non ex ſolidis animalis partibus, utiq; cum ſe ſucci in altũ nõ receperunt. Accidit uero id illis ꝑꝑ frigora, rigores, uel animi affectus, ueluti timorem, uel ingẽtem triſtitiam, uel incipientem uerecundiam: quorum nullum ſi adſit, nunquam ſe in altum recipient ſucci. Aeque nec in cutem uiolentius irruentes, hanc adurent unquam, niſi animus aliquo modo affectus ſit, aut æſtu immodico animal extrinſecus obſeſſum. Ergo uehementer commotis, aut iratis, aut in pudore ueluti reciprocantibus ſe humoribus inſpicere colorem nõ oportet. At, ſi nec ambientis uiolẽtia calidi frigidiue, nec ullus animi affectus cuiuſmodi iam dictus eſt, ſubſit, certiſſima ſucci animalis cognitio ex colore datur. Tãquam igitur corpus, ſicubi albius ſolito eſt effectum, pituitoſum abundare ſuccum indicat: ſicubi pallidius aut flauius, bilioſum: ita, ſi-
B cubi ad rubicundius, q̃ pro natura, eſt mutatum, ſanguinis abundantiam ſubeſſe ſignificat: ſicubi ad nigrius, nigram ſupereſſe bilem oſtendit. Videas præterea ceu plumbi colorem aliqñ nõnullos hr̃e: rurſus aliqñ ceu miſturam eſſe albi, liuidiq́ue: aliqñ liuorem ſolum ſine albo conſiſtere. Ergo eiuſmodi colores, crudum dominari ſuccum indicant: qui, cum de genere ſit pituitę, minus tñ humiditatis habet, q̃ ea, quæ publice uocatur pituita: plerunque uero huic nec lentor ineſt. Nam, is, ſi adſit, Praxagoras eiuſmodi ſuccum uitreum appellat, egregie quidem frigidum, craſſum tñ eo, quem crudum per eminentiam uocant, certe minus. Generaliter igitur eiuſmodi ſucci oẽs albi, crudiq́; ſunt, nomenclaturam uero alius aliam ſortitur. Nec attinet ad præſentẽ diſputationem eos oẽs diſtinguere, quippe ad quam illud tantum commune omnium accidens pertinet, ꝙ hi ſucci percocti a natura non ſunt, ſed crudi adhuc manẽt. Siquidem ſanguis in medio eſt bilioſorum, atque horum, quorum utique genus uno uocabulo appellare licet, uel crudum ſuccum, uel pituitam. Illi namque ex ſanguine fiunt, ubi ſupra iuſtum modum eſt percoctus: hi uero eo nondum perfecto. Sunt autem utriuſq; generis innumeræ particulares differentiæ, cæterum quæ ab ijs, qui in talibus ſunt periti, in numeratas ſpecies ſunt iam deſcriptæ: quarum tamen ipſarum adeo hic omnium meminiſſe neceſſe non eſt, ut etiam ſatis ſit eas ad unum caput redige
C re, quod tibi ueluti ſcopum agendorum proponas. Nam, qm̃ alij prius, q̃ ad exactum ſanguinem nutrimentũ peruenit, ueluti ſemicocti ſunt, alij prorſus incocti, crudiq́ue, alij paulo abſunt a ſanguinis forma, rurſus alij ſanguinis faciẽdi, ſiue (ut ita dicam) ſanguificationis ueluti ultima pars, qui utique exceſſu caloris proueniunt, (quorum alij paululum, alij plus, alij plurimum a ſanguine receſſerunt) ubi paululum uel citra ſanguinem reſtitum, uel ultra proceſſum eſt, audacter mittendus ſanguis eſt: ubi plus, conſideratius agendum: ubi plurimum, in his nullus omniño mittẽdus eſt. Inſpicere uero & quantitatem conuenit, ut, uerbi gratia, ſi bonus ſanguis exiguus ſit, reliquus uero ſuccus plurimus: utique in his abſtinẽdum a detractione ſanguinis eſt. Sin is quidem exiguus, ſanguis uero copioſus, audacter incidenda uena eſt. Deinde deijcere (ut dictum eſt) aluum oportet, ratione habita de abundantis ſucci copia pariter & ſpecie. Quòd ſi quis ꝑꝑ uel ætatem uel timiditatem permittere ſe medico ad ſanguinem ullo modo detrahendũ nolit, huic deijcienda largius aluus eſt: aut, ſi id quoq; ſuſpectum habet, alia rõne educendum ſuperuacuum eſt. Ac in propoſita nobis hactenus natura alias uacuandi rationes inuenire difficile non eſt: in aliis cum diſcretione & diligenti examine diſquiri eas conueniet. Eam diſcretionem poſt trademus, ubi de propoſita boni ſucci natura tractationem abſoluerimus. Pone.n. talem hominem ex ma-
D la uictus ratione laſſitudine affectum, deinde ex iis, quas retulimus, notis in uenoſo uaſorum genere apparere, ſubeſſe illi copiam ſemicrudorum ſuccorum, in reliquo uero corpore toto multitudinem horum ſane mordacium, quos laſſitudo ſecuta eſt, auctus præterea illi quodammodo & ſanguis eſto, maxime ergo (ut dictum eſt) detrahere primo de ſanguine oportet, deinde ſuccũ illum educere, qui ſuperare vr̃. Non ſuſtinẽte autem homine ſanguinem ſibi detrahi, augere deiectionem: ſi uero neutrum admittat, aliam quampiam rationem iniri, qua maxime ſi nõ breui, at longiore tempore priſtinam corporis habitudinem homo recipiat. Quoniam ergo duo prima ſunt, quibus primum intentus ſit oportet, qui eiuſmodi affectibus medebitur, crudorum, ſiue etiam ſemicoctorum, qui ante ſanguinis perfectionem fuerunt, percoctio, & acrium ac mordacium, qui ſecundi ſunt, & ſanguine poſteriores, eductio; abſtinere eos conuenit ab omni ualido motu: blande uero vnctos, atq; oleo perfrictos, perquam ſuaui lauare balneo: inde in ocio, abſtinentiaq́; habere, atq; etiam ſomno, ſi fieri poteſt, minime ignorantibus nihil eſſe, quod ęque cõcoquat ea, quæ cõcoqui poſſunt, & malos ſuccos per halitum digerat, vt ſomnus a balneo. Cum igitur (vt paulo ante diximus) primo die experti, an facile finita laſſitudo ſit, ſimiliter grauatũ hominem cernimus, tum mittendus in balneum ſecundo etiam die eſt, tum in quiete abſtinentiaq́; hñdus: æque uero, & ſi iterum & tertio ꝛoportere videris, itidem ꝛieiunum lauabis, quietẽ ac ſom-

num

num ipſis lauationibus interponens. Cõducit ad ſomnũ non in poſtremis ipſum quoq; balneũ: E ſunt.n.qui eo ſunt vſi, oẽs magis ad ſomnum propenſi, modo maioris momenti nihil obſtiterit. Adeo tibi ſomnus & cauſa & ſignũ percommodũ ſperatæ vtilitatis ſit: velut e diuerſo nõ poſſe à balneo dormire, nec cauſa, nec ſignũ eſt cõmodũ. Quippe plerũq; redundantis ſucci indicia ex ſomno, vigilijsq; ceperis: frigidi nãq; ſucci † marcorẽ, qđ κῶμα greçe vocãt, & lõgiores ſomnos inducunt: calidi & mordaces, vigilias; &, ſiqñ dormitur uarijs imaginibus inquietos & turbatos ſomnos efficiunt ſic, vt ſtatim excitent. Sicuti autẽ in primo die, ita ẽt in ſecundo ſorbitionem & minimã & ſimplicem illis exhibebimus: quippe large ijs apponere, quibus auferri potius aliq̃d debeat, planè eſt cõtrarium: ſicut rurſus oĩno non nutrire, & faſtidia ſtomachi (quas greci ἄσσας vocãt) creat, & eundẽ lædit, & uires labefactat, & malũ ſuccũ adauget. Ergo exiguũ his dandũ, ac potiſſimũ, ſi fieri põt, ptiſanæ cremor ſimpliciter * conditus, ſi minus, * farris eodẽ, quo ptiſana, modo præparatus, cum paulo aceti adiecto: præſertim ſi cruditatis abundantiã uel in venis, vel in toto corporis habitu ſubeſſe ſuſpicamur. Quippe, ſi nihil prſus aceti ſit alicæ admiſtum, gluti noſior erit, q̃ ut propoſitis cõducat: itaq; obſtruet magis, q̃ detergebit, halitus meatus: quod tñ maxime petit in craſſis ac glutinoſis ſuccis, cuiuſmodi planè oẽs pituitoſi ſunt. Ac boni quidem ſucci far ipſum eſt, & eiuſmodi, qui [a] † à uitioſo facile ſecuros p̃ſtet. Cæterũ, niſi lentor eius cor F rigatur adiectis aceto, & porri modico, non ſolũ obſtruet, ſed ẽt nutriet plenius, q̃ propoſitis ſit ex vſu. Hac itaq; de cauſa ptiſanæ cremor in hoc caſu tutior eſt, ut q tũ modicet nutriat, tũ nuſquã per anguſtos meatus hæreat, [b] † ſed & permeet ipſe, & meatus p totũ detergeat, & quicquid in ſemicoctis crudis ve ſuccis cõtinetur craſſi, id diſſecet ac reſoluat. Horũ ipſorũ gratia & mulſa his idonea eſt, & oxymeli, & apomeli, & piper, & zingiber, poſtremo oĩa quæ citra uitioſi generationẽ ſucci, humorẽ craſſum diſſecant, ſoluumq;: quorũ materiam latius in ſequẽtibus proſequemur. Ad inſtitutũ uero nunc ſermonẽ exempli loco poſita ſint, & quæ iã ſunt dicta, & quæ nũc dicenda. Frugũ nãq; maxime apta eſt ptiſana: Olerũ, ſola lactuca: Piſcium, qui ſaxatiles dicuntur: Panis, qui & † furno coctus, & fermentatus, & modice purus eſt: Aues mõticolę: Potio oxymeli, mulſa, uinum tenue, & album, ſemelq́; quæ boni ſucci, eademq́; detergẽt, nec glutinoſa ſunt, nec craſſum ſuccum efficiunt, nec ualenter nutriunt. Quæ uerò urinam cient, hoc caſu nõ probo, maxime q̃ præualentia ex his ſunt, & ſanguinem calfaciunt ac liquant: quippe, quod concoquendum probe eſt, huic tanta adhuc uexatio non conuenit. Hæc itaq; oĩa ſecundo die faciẽ da ad hunc modum ſunt, atq; ẽt tertio, quartoque. Ad hæc præterea, ſi tum laſſitudinis [d] * ſenſus leuetur, tum corpus coloratius appareat, tum ſomni quieti, & urinæ concoctæ ſint; fricare quidẽ G liberalius, excitare uero parce hominẽ audebis. His ita peractis, ſi nullus laſſitudinis ſenſus præterea ſuperſit, ad conſuetas ſtatim exercitationes hoĩem reduces: ſin quicquam appareat priorum aut ſymptomatum, aut notarũ, rurſus tu quoq; in id intentus, mutare tentabis ea, quæ particulatim non rectè hñt. Si itaq; ſolius laſſitudinis ſenſus recordatio ſupereſt, cæteris notis oĩbus bñ ſe hñtibus, vtiq; apotherapiæ munere laſſitudinem ſubmouebis, ſin aũt turbatæ notæ ſunt, & ueluti cõfuſæ, cæterum laſſitudo abeſt, in quiete maiore ſeruare hoĩem oportebit. Si uerò ambo coierunt, eadem rõne hominis curam ages, qua prius uſus, in eum ſtatum duxiſti, quo etiã exercitationis aliquid tentare auderes. Atq; ita quidem iam comprehenſo affectui medendũ cẽſeo.

De affectu ulceroſo, cui coniuncta ſit cruditas primarum venarum, ac Dioſpolitico & medicamento Trium piperum parando. CAP. 5.

AT, ſi in eodem homine reliqua eadẽ ſint, cæterum in laſſo corpore ſanguis bonus exiguus ſit, crudi humores plurimi, huic nec ſanguis mittendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut oĩno motus, aut balneum adhibendum;; quippe inciſa uena bonum ſanguinẽ emittit: malũ, qui in primis maxime uenis circa iecur, & quod meſenterium vocãt, colligitur, in totũ attrahit corpus. Deiectio uerò in talibus, tormina, & roſiones creat, animiq́; deliquia, cũ eo, q nec nata- H tu quippiã dignum educit: qñ crudi oes ſucci pigri, atq; ad motum inepti propter craſſitudinem, frigiditatemq́; ſunt. Quo fit, ut ẽt omnes anguſtas uias obſtruant, per quas id, quod medicamentum deijcit, ferri ad aluum debet: itaq; nec ipſi educãtur, & alijs ſint impedimento. Id quod ſane Hippocrates illo oraculo præcanit, quo breuiſſime precepit, ‖ Concocta medicamento tentanda eſſe, nõ cruda. Eadem de cauſa nec exercitare, nec omnino mouere, ſed nec lauare expedit eos, qui in primis venis crudorum copiam habent: ſi quidem oẽs id genus motus, ſuccos illos in totum corpus agunt. Seruandi igitur hi ſunt in omni quiete, dandaq́; ipſis cibus, potio, medicamentaq́; ſunt ſingula eius generis, quæ attenuent, diſſecent, & cõficiant ſuccorum craſſitudinem, idq́; citra manifeſtũ calorem: nam, qui excalfacti vehementius ſucci ſunt, ij in oẽm corporis partẽ ferũtur. Ergo nutries hos maxime oxymelite, aliqñ ẽt ptiſanæ & mulſę exiguo quopiã: ſuſtinẽt enim hi victũ, ſi modo alij ulli, tenuem, ipſa nimirũ crudorũm copia, quos paulatim concoquunt, ad corporis alimentũ abutẽtes. Qñ aũt * precordia iſtiuſmodi omnibus turgida, inflataq́; ſunt, ac facile, quicquid aſſumpſerint, in flatum uertitur, nõ inutile fuerit lõgi piperis aliquid cum cibo dare: quippe quod flatuoſi ſpiritus craſſitudinem ſoluit: &, quæ in præcordijs pigra ceſſant, ad ventrem inferiorem depellit: & cũ coquendis, quę ſumpſeris, ſ buenit, pro com-

muni

Soporem melius, eſt enim proprie marcor ea putredinis ſpecies quæ ab Ariſtotele ἄῦπνωσις dicitur l. 3 Celſus vtitur pro lãguore, vt 1 c. dele thargo.

* ἠρτυμένον. i. paratus.

* χόνδρον.

A † ἐπικερασικὸς in græco legendum eſt, non ãt ἐπικρατητικὸς aut ἐπικερασικὸν contẽperãs, aut mordaciũ humorum acrimoniam retundens.

B † Græci quidã codices addunt. ὥσπερ ὁ χόνδρος, i. quemadmodum alica.

C † κλιβανῖται i. clibano ſeu teſtu coctus, qui teſtuaceus dicitur.

D* *Al.* διάθεσις.

1. Aphor. 22. Ext. ord. 10. b

* τὸ ὑποχόνδριον.

A. l. 6. c. 14.

A muni piperum ratione. Quòd ſi huius copia non eſt,utiq; albo utendum quippe qđ ſupra duo reliqua gña uentriculũ roborat. Sic hoc nõ adeſt,optimũ nigrum petendum eſt:id uerò fuerit, quod pondere præcellit.Sanè utilius ſit & dioſpolitico uocato medicamento uti,cuius compoſitio duplex eſt: Aliàs ex partibus oĩbus, cumino, pipere,ruta,nitro·põtq, ita magis uentrẽ ſoluere: Aliàs,cum reliquorũ pari pondere miſcetur nitri dimidium. Præſtiterit ãt cuminum eſſe, qđ uocant æthiopicũ,piper uerò uel lõgum,uel album. Macerabitur cuminũ in aceto maximè acri:dein continuo id tunditur,aut ẽt prius modice frigitur in uaſe fictili,quod coctum in camino q̃ optime ſit.quæ.n.exacte penitusq́; cocta nõ ſunt, hæc lutoſa potius,q̃ figulina ſunt,& qua litatum ſuarũ non nihil medicamentis remittunt.Sunto uero & rutæ folia modice ſiccata. Vt.n. ſi pluſculũ ſiccẽtur,acria amaraq́; redduntur,& ſupra,q̃ par eſt,calida,ſic,ſi prorſus non ſicces, excrementitium quendã humorẽ retinent, nondũ ex toto concoctũ,cuius uitio flatum diſcutere minus pñt. Quatuor his aliqñ deſpumatum mel additur,aliqñ nihil,ſed ſola ſine melle repo nuntur:ac ptiſanæ cremori, & alijs,quibus maxime conuenire uidentur,cibis inijciuntur. Sumitur & p ſe medicamẽtũ hoc,& ante & poſt cibũ, Porrò ad eũ uſum optimũ eſt,qđ mel admiſtũ hẽt,qđ utiq; curioſe ſit deſpumatũ:id.n. * flatum maxime diſcutit:ſit ãt, oportet, & mel opti

B mũ,ſi mõ,qđ flatum diſcutiat,quodq́; maxime diſſecet,futurũ medicamentum eſt. Appoſitũ ſanè remedium ſic affectis eſt,& qđ ex tribus piperibus cõficiẽ, (διὰ τριῶν πεπέρεων græci uocãt) utiq; cũ nõ admodũ medicamentoſum fuerit, ex uarijsq́; cõfectũ,ſicuti a pleriſq; medicorũ cõponitur, miſturæ cuiuſdã ritu, quã καρυκείαν uocant,aut apri a mirificis iſtis coquis cõditi:adeo ut non minimũ medicis,aut ijs,qui * ſumpſerint,negocium ſit immiſta illi medicamenta conco quere, ami,ſeſeli,libyſticũ,& alia id genus:cruda.n.minimeq́; mutata ab ijs,qui ea ſumpſerint, longo tpe durare in uentriculo intelligunt.Hæc igitur ſubtrahenda medicamento ſunt:pterq́; hæc helentiũ,& nardi ſpica:ceu uerò nõ nulli cõponunt,ẽt caſia. Expedit ãt præparatũ habere ad manũ dupliciter,ſicut ipſe ſoleo: Alterũ ſimplex,qđ ijs dandum eſt,q̃ minime cõcoxerunt, & qui recens frigus in uentriculo habent, & pituitoſum ſuccũ: Alterum,qđ medicamentoſum magis eſt,quo maxime utimur in ijs fluxionibus,q̃ a capite deſcendunt ad pectus. Verum,hoc quo pacto ſit præparandum,alibi dicetur.Simp ex illud,quo ad eruditatis abundantiã,q̃ in primis eſt uenis,utimur,hmõi eſt: Ad cuiuſq; triũ piperum, quinquaginta,abunde adduntur aniſi,& thymi,& zingiberis,ſingulorum ʒ.8.& ſimpliciſſimũ quidem hoc eſt. Etiã hoc ipſo magis ſimplex,a quo detractum zingiber eſt. Alterum uerò eſt,qđ ex ijſdẽ conficitur:uerũ ad cuiuſq;

C trium piperum ʒ.quinquaginta, reliquorũ cuiuſq; ſedecim drachmarũ inijcitur pondus, nẽpe aniſi, thymi,& zingiberis:quo ẽt ad propoſita utimur cõmodiſſime. Debet ãt,ſi haberi poteſt, aniſum Cretenſe eſſe: thymum aut Atticum, aut planè ex editis locis, & ſiccis: cuius, quicquid ligneſum eſt circũciſo,coma ipſa una cum floribus inijcietur.Eſto uerò & piper,qđ lõgum q̃dẽ eſt,integrum,minimeq́; foratum:æq; uerò & zingiber:nã ambo perforari facile ſolẽt. Quin etiam non ſolum non perforatum, ſed & uerum illud,quod ex barbaris affertur,piper eſto:hic nanque quod adulteratur, duplex eſt, alterum, quod in Alexandria maximè præparatur·alterum,quod herbæ cuiuſdã germen eſt. Qua uero maxime rõne internoſci,quod adulterinum eſt, poſſit,ipſe docebo,tãtiſper præfatus,nequis aut miretur,aut cauſam requirat,quamobrem uel probãdi medicamẽti, hic tradere rationem ſubijt,qui in medẽdi libris nõ temere id facere ſoleã. Siquidẽ in illis,cum medicis ipſis duntaxat ago:hic uerò ẽt cum alijs uniuerſis,quos aliqui cõi nomine φιλιατρούς.i.medicorum ſtudioſos uocãt, q̃ ſcilicet in primis diſciplinis uerſantur,quo intelligentiam ſuã exerceant.Porrò his neceſſe non eſt nec in libris de ſimplicibus medicamentis, nec in opere de medicamentorum cõpoſitione, eſſe exercitatis,multoq́; minus explorandi cuiuſq; medicamẽti peritiam habere. His itaq; perſcribi in plenũ talia oĩa ſatius eſt,

D ſicut paulo ante de longo pipere tradere occepi.Principio.n.experiendum guſtu eſt,diligẽterque ęſtimandum, an piperis qualitates ſeruet;poſtea in aquam mittẽdum,nam,quod factitium eſt,ſi p diem totum in humore macereẽ,ilico liquatur,ac ſoluitur. Si ergo tum piperis ei qualitas planè ineſt,nec maceratum reſoluitur, ſitq; (ut dictum eſt) minime foraminibus pertuſum, piper id lõgum idoneum iudicabis. Nigrum uero nec exile,nec rugoſum,nec craſſi corticis eſt, ſed ex eo,qđ ponderoſum uocãt,id,quod tum maximum,tum pleniſſimum eſt. Itemq́; de albo ſimili modo eligatur,qđ maximum eſt atque pleniſſimum. Deinde omnibus ſimul tuſis,& per tenue cribrum tranſmiſſis,mel optimum curioſe deſpumatum admiſcetur.Sanè id odorum,flauumq́; præterea accerrimum,dulciſſimumq́; fuerit tum* craſſitudine nec planè craſſa,nec liquida,ſed,quæ,ita continuitatẽ ſuam tueatur,ut,ſi digitum in id dimiſeris,poſt in ſublime attollas, qđ mellis ab eo defluit,longiſſima quaſi lineã ſibi cõtinuatum uideas. Coquitur hoc recte,aut ſuper carbones,aut ligna omnino arida,quæ etiam ἄκαπνα græci uocãt. Hoc igitur medicamẽtum dare conueniet nõ ſemel,bisve quotidie,ſed etiam ſæpe:ſi quidem mane,& ante cibum,& poſt:etiam cubitum euntibus recte datur cochlearij pleni menſura, atque huius quidem,ut pariuis corporibus parui,& maximis maximi,ita mediis ad portionem. Præterea etiam zingiber, qđ ex barbaris affertur,aceto maceratum aſſumere confert. Eſt id uirẽtis herbæ radix,a collectu

ſtarim

* ἀφυσώτατον .i. atum minime generans, q̃ uox bis hoc in loco ponitur.

* Al. apparant.

* Al. pinſere.

συστάσει.i conſiſtentia.

ſtatim in ac etũ coniecta. Extinguitur. n. eiuſmodi medicamentorum calor circa ipſas primas ve E
nas, nec in totum perfertur corpus veluti aliorum quorundã, cuiuſmodi id medicamentũ eſt, quod dia calaminthes, propterea q calaminthen recipit, vocant: de quo mox vberius agemus.

De parando Oxymelite, ac de Apomelite, & vino, quæ propoſito affectui conducunt. CAP. 6.

IDcirco ẽt oxymeli his vtiliſſimum eſt, ut prius diximus. Id ita prẽparari debebit. Cum melli optimo ſuper carbones ſpumam abſtuleris, cõijcies in ipſum aceti tantum, vnde guſtanti nec acidum nimis, nec dulce videbitur: ac denuo ſuper prunas coques, quoad planè vnitę amborũ qualitates ſint, nec appareat guſtanti acetum adhuc crudum: hinc ab igni depones; cumque vti uoles, aquam ei miſcebis ita nimirum temperans, vt uinum. Ergo qui bibet, ſi nec de acore eius queritur, nec dulcedine, aſſidue eo utatur, ſin alterutro offenditur, adiecto qd deſideratur, rurſus id coques. Neq; n. eos probo, qui ſub una quapiam mẽſura id conficiunt, qui mihi ſimiliter ijs affecti uidentur, qui bibentes oẽs ſimiliter aquam uino miſcere cenſent, non aduertẽtes quibuſdã utiq;, qui dilutiori inſueuerunt, caput ſtatim, ſi uel puſillo meracius hauſerint, tentari: quibuſdam, qui meraciore delectantur, ſtomachum, ſi dilutius biberint, ſubuerti. Cum igitur in uino tam familiari potione iſta incidant, multo ſanè magis in oxymelite, utpote, quàm uinum, tũ minus familiari, tum magis forti, ipſa ſequi par eſt. Satius ergo ſit ex ſumentis guſtu, non noſtro, iu- F
dicium de* modo facere, id eſſe ſumentis naturæ conuenientiſſimum oxymeli ratos, quod utiq; eſt iucundiſſimum, proindeq; ẽt utile: contra aduerſiſſimum eſſe, quod iniucundũ. Ipſam tamen primam ipſorum miſtionem, quo plurimis conueniat, talẽ eſſe oportet; Vni aceti parti, mellis, à quo detracta ſpuma ſit, duplum eſt miſcendum, deinde ambo in leni igni coquenda, donec eorum qualitates in unum coierint: ita enim nec acetum amplius crudum apparebit. Cum aqua verò ſtatim ita facies oxymeli. Melli quadruplũ optimæ aquæ miſcebis, dein coques modico igni, quoad ſpumare deſinat. Ac malum quidem mel multam egerit ſpumam, quo etiam diutius coqui debebit. Optimum verò ut breuiſſimo tempore coquitur, ita minimum ſpumæ euomit, unde nec pari ei coctione eſt opus: plurimum certe quartam partem eius quod ab initio eſt inditũ amittit: poſt uerò dimidio aceti adiecto, rurſus coquendum, donec qualitatum omnino ſit unitas, nec acetum crudum ẽt appareat. Conficitur ſanè oxymeli etiã tribus ſtatim ab initio miſtis, ad hunc modum. Aceti vni parti additur mellis duplum, & aquæ quadruplum, atque hæc ad tertiam partem coquuntur ſuel etiam quartam, ſpuma interim detracta. Quòd ſi valentius id facere ſtudes, tantundem inijcies aceti, quantũ mellis. Apomeli uerò optimum aqua conficitur, bibiturq; tota æſtate refrigerãtis uice. Poteſt uerò, cui id libet, & ad quam propoſuimus affectio- G
* ὠφελίμως. nem, eo* commode uti, potiſſimum ubi coacuit: id quod ei ſæpe contigit, alias magis, alias minus, utpote ex aqua confecto nõ pluuia, ſicut mulſa, ſed qualibet: quanq; poteſt, qui uolet, & ex pluuia aqua id cõficere, ipſeq; ſi pluuiam aquam probarem, id ſuaderem. Verum nec ipſam probo, & nihilo eſt deterius, ſi aceſcit, potiſſimum ad ea, q nunc ſunt propoſita. Quinimmo mediocriter ẽt acet, quod ſaltem non omnino incurioſè eſt cõfectum. Sanè cura conficiendi in eo eſt, ut nec fauus admodum ſit uitioſus, coquaturq; bene in fontana aqua, quæ & pura ſit, & dulcis. Oportet enim expreſſum a fauis mel eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde ſpuma exiſtat. Ergo tum hac utendum potione eſt, tum verò è uinis ijs, quæ leuiter aceſcunt. Nutriendum prę terea cibis eſt, qui citra calorẽ extenuẽt, cuiuſmodi capparis eſt ex oxymelite, vel aceto, & oleo ſumpta ad duos uel tres dies, ut dictum eſt. Quòd ſi crudos iã ſuccos ſatis attenuatos ſperas, vinum dabis, quod & ſubſtantia ſit tenue, & colore ſuluum, album ve: hoc enim & ad ſucci bonitatem, & cõcoctionem facit, illud vrinam mouet. Sunt uerò in Italia prioris generis Falernum, & Surrentinum: poſterioris Sabinum, & Albanum, & Adrianum. In Aſia uerò prioris generis Leſbium, & Ariuſium: ſecundi Titacazenum, & Arſyinum. Atq; hæc exempli tantum gratia protulimus. Sunt autẽ & alia multa tum in Italia, tum in Aſia, & cæteris nationibus, quæ his ſunt ſimi- H
* σκοτοὺς. lia, ex quibus facere delectum conueniet ad eas, quas diximus, notas* reſpiciẽtem, nempe colorem ac ſubſtantiam, craſſa uero & nigra reijcere, ut quę tum malum ſuccum gignant, tum tarde penetrẽt. Quod ſi his adhibitis melius habere ſe ſenſerit, etiam lauare tum hominem debebis, ungereq; ac molliter fricare. Vt verò primum in urina ſubſidẽtia viſuntur (ὑπόστασιν vocãt) tum frictiones augere, tum ad conſuetas exercitationes paulatim reducere. Hoc tempore vnguẽtis ijs quoque vtendum, quę per halitum euocent, de quibus & ante mentionem feci, & in ſequẽtibus faciam. Haudquaquam tũ in eiuſmodi affectibus uomitu utendum ſuaſerim, ſicut nonnullis eſt viſum tum medicis, tum gymnaſtis falſis (vt opinor) ex ijs, quæ a Philotimo, & Praxagora de eiuſmodi ſuccorum curatione ſunt ſcripta. Non enim cum laſſitudinum affectus abundant, ſed cum ſoli, infeſtant uomitus, eos expellunt: quippe, cum nullum periculum ſit, ne intro uiolẽtius reuellatur aliquid eorum excrementorũ, quæ in carne conſtitere: quemadmodũ certe eſt, cum ambo redundant, & in primis uenis cruda, & in ſolidis mordacia. caueri enim in talibus ſatius eſt utrunque reuulſum, & foras crudorum, & intro mordacium. Sicuti igitur in ſuperioribus cauimus, ne crudi ſucci foras traherentur, ita ne mordaces reuocentur intro, eſt vtique cauendum. Summæ vero eorum quorum occaſione foras ferantur, hę ſunt, exercitatio, & frictio, &

balneum

A balneum,& fomenta calida,vnctio calfaciens,tum ex animi affectibus iracundia,& vno verbo omnia,quæ ſuccos,qui alte in animantis corpore ſunt merſi,ad motum quoquo verſus irritant. Quorum verò occaſione intrò ferantur,ea ſunt,quæ utiq; prohibẽt foras ferri: talia ſunt ex ijs, quæ cuti propinquant,& quæ frigida ſunt,& quæ adſtringunt:ad hæc,quæcunq; ſuccos ſuſ intror ſuſ attrahunt,aut aliàs quoquo modo ipſorum intrò motum excitant: quorum ſunt triſtitia, & horror quacunque de cauſa ortus, quippe cum ex calida cauſa & frigida tum horrorẽ gigni, tũ etiam rigorem,qualem ſupra deſcripſimus,eſt oſtẽſum: præterea quæ auditu uiſuve animo aut ſtuporem,aut horrorem incutiunt.Hæc itaq; omnia deuitanda tũ ſunt,cum idem homo pariter & laſſitudinem ſentit,& uenas hẽt crudis ſuccis refertas. Nam neque qui extra ſunt,recte intro reuocantur:neq; qui intus ſunt,foras:immo qui foris ſunt,leuiter educendi per halitũ ſunt:ſiquidem quæ vehemẽtius id faciunt,etiam eorum,quæ intus ſunt,aliquid attrahunt.Qui uerò intus ſunt,ij attenuandi coquendiq; ſunt.Quòd ſi uel uomitu eos,uel alui deiectione educere violentius tentes,vtiq; eorũ,qui foris ſunt,aliquid intro rapueris. Neq; accuſandus Philotimus eſt,ſi tali uſus expulſione eſt,ubi citra ullum alium affectũ crudorum abundantia in primis uenis cõſtitit:quin potius nos ipſos aſſuefacere par eſt,ut veterum ſcripta diligẽtius inſpiciamus. Ergo,
B quibus intus crudi ſucci copia eſt,& foris laſſitudinis ſenſus,ijs hyſſopum in mulſo coquens,nõ ſtatim,nec primo die,ſed ſequẽtibus dabis:vomitu uerò abſtinebis,veritus (ut diximus) neq; excremẽti externi intro rurſum reuocetur.Praxagoras verò ac Philotimus rationabiliter poſt eiuſmodi mulſum,uomitum probant,propterea q̃ crudos citra laſſitudinem ſuccos curant.

De ulceroſo affectu,cui cruditas in extremo corporis habitu ſit coniuncta: ac de parando medicamento Diacalaminthes. CAP. 7.

C Aeterum quoniam de his abunde dictum eſt,tempus monet reliquum aggrediamur affectum, † in quo cum ulceroſo * ſenſu etiam crudorum copia in corporis habitum eſt recepta.Accidunt hæc in ijs maximè negociorum circunſtantijs, in quibus aut calor, aut immodicus labor,crudos ſuccos a uenis in carnem rapit:idq; ijs, q̃ nullam ad præſens recentẽ crudita tem contraxerunt. Quippe hæc ſi adſit,uniuerſum ita corpus crudis ſuccis occupabitur. Cũiuſmodi affectus curatio etiam poſt a nobis dicetur. Verum,qñ compoſitum oẽ poſterius ſimplici eſt,præſtat(arbitror)reliquum ſimplicem affectum prius expedire,ac deinde ad compoſitos uenire:quãquam ne hunc quidem omnino ſimplicem eſt arbitrandum,ſed ut inter laſſitudines ſua ſponte ortas ſimplicem.Propoſito nanq; nobis affectu,qui laſſitudinem excitat,adijcimus il
C li reliquos:ſed,quia in miſtione alias ſimplex,unaq; affectio additur,alias cõpoſita,ita ſimplicem appellauimus hanc,de qua nunc agimus. Eſto igitur crudi ſucci copia in ſolidis aĩalis partibus, non in uenis: cui accedat ulceroſæ laſſitudinis in his ipſis affectus: quippe talis erat ea hypotheſis,de qua inter initia ſermonis loqui inſtitueramus.Sicuti igitur,in quorum uenis,& præcipue in primis,crudorum copia erat,ijs eſſe a calidis cauendum cenſuimus, ueriti, ne eiuſmodi ſucci in habitum corporis pertraherentur,ita nũc id temere nõ oportet.Ergo danda his ſunt,q̃ uel ad cutim uſq; calorem ſuum tranſmittant:fricandum q̃; largiter oleo, quod relaxandi uim hẽt,ac potiſſimum mane,cum ſurgunt à ſomno: nam ea frictio ſimul concoquit crudum ſuccũ, ſimul corpoream molem animantis nutrit. Quieſcendum uerò poſt hæc diu eſt,ſiquidem probe ſint ceſſura. Sanè multo euidentius efficiant,cuius gratia fiunt,ſi homo exiguum cibũ pridie ſumpſerit:nec aliud a cæna bibat,q̃ uinum,quod ſuluum ſit ac tenue.Nec uerò illico exercitandum aſſidue & uehemẽter eſt, necubi imprudẽtes crudo adhuc ſucco nutriri corpus cogamus. Vtilius itaque fuerit mane largius fricare,& poſt id diu quieſcere,ac modice inambulare:tũ denuo multa uti frictione,& balneo modice calido,p̃terea alimentis,quæ & boni ſint ſucci, & minime glutinoſa.Eorũ materia ſupra iam dicta eſt, ubi ptiſanam ad talia laudaui,& piſces ſaxati
D les,& aues monticolas.Apti cibi ſunt & qui attenuant,de quibus ſcripſimus uno libro. Nec eſt q̃ uerearis,ne calorem uehemẽter accendas:quinimmo medicamen,quod diacalaminthẽ uocãt,audacter dabis.Eſt uerò cõpoſitio eius huiuſmodi.Accipe calaminthes,& pulegij,& petroſelini,& ſeſeleos,cuiuſq; [a] † uncias duas:ſeminis apij,cacuminum thymi,utriuſq; [b] † uncias quatuor:ad hæc lybiſtici [c] uncias * xvi.piperis uero octo,& quadraginta. Ac piper quidẽ grauis eſto põderis, quod βαρύσαθμον vocãt. Seſeli uerò Maſſilienſe:petroſelinum Macedonicum,huiusq; præcipue Aſtreoticum:calaminthe,& pulegium potiſſimum ex Creta,ſin minus,certe ex regionibus editis & ſiccis:ſimili ratione & thymum.Atq; herbarum quidem,quicquid lignoſum durumq; eſt,id abijciendum: accipienda uero ad medicamentum folia, atq; ex his maxime, quæ ſubtiliſſima,uirẽtiſſimaq; ſunt,atq; in ſummis herbis nata:ad hæc flores,&, quæ cũ ijs ſunt una, minutiſſimas tenuiſſimasq; feſtucas.Hæc oĩa ſimul tundẽda,cribrandaq; ſunt tenui cribro:quippe eiuſmodi medicamenta in totum corporis habitum maxime digerunt:ueluti e diuerſo craſſiora in uentre hærent,ut quæ anguſta venarũ oſcula ſubire nequeant.Quam obrem etiam medicamẽtum,quod dioſpoliticon uocant,cuius in hoc libro antea mentionem feci,craſſius facere ſoleo,quoties deijcere aluum per id ſtudeo. Quidam uero id nõ intelligens,cum tenuiſſimũ, minutiſſimum q̃; inſtar pollinis feciſſet,ut aluo deijciendę nihil cõtulit,ſed urinam planè multam

† Alioquĩ græci codices habent καθ' ἣν αἱ μὲν φλέβες αἵματος χρηστοῦ περιέχουσι σύμμετρον τῇ ποσότητι τὸ δὲ τῶν ὑγρῶν πλῆθος. i. in quo venæ quidem bonum ſanguinem continent quantitate mediocrem,crudorum verò humorum copia &c.

* διαθέσει.

A † In græcis codicib. uariant notæ ponderum, aliqui .n.habent drachmas loco unciarum. L. ſ. loco το: & ubi legitur το β, habent ιβ, i. non duas vnc. ſed xij

B † *Al.drachma.xvi.*

C † *Al.drachmas.*

Aliud c. 5. fol. 86

tam mouit: mecum eam rem communicauit, mirans ac ſciſcitans euentus eius ueram cauſam. E Ipſe.n.arbitrari ſe aiebat hominis* intemperantiam,(nam ita appellabat) eius quod inciderat, cauſam eſſe: vt uerò propriam cauſam didicit eſſe compoſitionis rationem, poſtmodum aliter compoſuit meliore ſucceſſu. Ac huius quidem præcepti in omnium medicamentorum compoſitione meminiſſe expedit: propoſitum uerò in præſenti medicamentum, omnia prorſus ſubtilia poſtulat, quo facile in omnem corporis partem digerantur, feranturque. Miſcendum uerò his ita præparatis eſt mel optimum curioſe deſpumatum. Porrò uſus eius erit poſt matutinā frictionem, anteq; exercitationem & balneum. Licet & ſine admiſto melle ſiccum medicamētum reponere, eoq; ſalis vice ad obſonia præparati uti. Licet & in ptiſanam ueluti acetū inijcere, uel in eiuſmodi aliquid pro pipere. Non modo autem ſiccum ipſum medicamētum, ſalis ritu in vario eſt vſu, ſed etiam cum melli eſt admiſtum: ſiquidem id quoq; poteſt cum aliquo cibo miſtum ſumi, ita, ut iucundum utenti ſit. Poſt cibum tñ nunquam nec hoc medicamentum, nec aliud ullū, quod ad diſtributionem uehementiorem facit, ſumendum eſt: non enim diſtribui tunc, ſed concoqui, quæ ſumpta ſunt, eſt utilius. Melius itaq; ſit ijs, qui externo aliquo præſidio ad concoctionem egent, hoc tempore exhiberi dia trion pipereon ſimplex: cuius compoſitionem ante expoſui. Quin etiam ipſum piper potioni inſperſum, percommodum eſt ad ea, de quibus agimus: F ſiqua fortaſſe maior neceſſitas inciderit, etiam quod ex ſucco mali cydonij conficitur; cuius omnem compoſitionem uireſque diligenter in ſequentibus explicabimus. Verum ad ea, quæ nunc agimus, omnium quæ mihi cognita ſunt, optimum medicamentum eſt diacalaminthes: nam & craſſa lentaq; attenuat, & per halitum educit, & urinas mouet, & mulieribus menſes. Eſt autē uſu quoque iucundiſſimum, præſertim cum liberalius mel accepit: quo tempore coqui largius poſtulat. Qui uerò auerſantur dulcia, & mel fugiunt (nam eiuſmodi quoq; naturas inuenias) ijs parum in compoſitione miſcebis. Sanè melius his quoq; fuerit, ſi largius coquatur: nā & minus eſt eo pacto dulce, & minus ſtomachum eorum, qui a melle naturaliter abhorrent, ſubuertit. Atq; omnia quidem huiuſmodi, uel ante noſtram admonitionem ſibi ipſi quis excogitabit, unum ſcilicet ubique deſtinans, nempe vt, quoad fieri licet, iucundiſſimum fiat medicamentum, ſed tamē uirium eius utilitate ſeruata: non enim hanc, dum * dulcedini ſtudetur, ſolui iubeo. Vbi igitur circiter duos uel tres primos dies ita præparatus homo eſt, non incommodum fuerit etiam conſuetis eum exercitationibus admouere, animaduerſis priustum coloris bonitate, tū alijs notis, quæ in præcedentibus ſunt comprehenſæ. Nam ſi omnia commode ſe habere uidentur, plene exercitandus eſt: ſin minus etiam ante mediocritatem deſiſtet: ac in prius dictis tum victu, tum medi G camentis eo die habendus: poſtridie rurſus exercitationi dandus, ſuper ijſdem tum notis, tū ſcopis, ut cum omnia ex ſententia, commodaq; appareant, ad eādem victus rationem reuoces, cui ante inſueuit, quàm laſſitudinis ſymptomate vrgeretur.

* ἀκρασίαν eſt ī multis cod. græcis, ni uertū interpres. ἰδιοσυγκρασίαν eſt in ueteſtiſſimo optimoq; exemplari, & uidetur eſſe melior lectio, quid aūt ſit idioſyncraſia, uide 3. Meth. med. c. 2. & cap. 7.

* ἡδονῆς i. iucunditati.

De Acopis ex ſemine abietino, & populi floribus: ac de reliquis medicamentis parandis, quæ propoſito affectui conueniunt. CAP. 8.

QVoniam vero & acopo, quod ex abiete fit, uti expedit ijs, qui in carne & tota corporis mole ſuccos congeſſerunt, qui aut concoqui deſiderent, aut per halitum digeri, non ab re fuerit eius quoq; compoſitionem apponere. Eſt igitur abietis * pulcherrimum ſemen circa Arcturi emerſum, quo tempore Romæ September mēſis eſt, apud nos vero Pergami Hyperbertæus, Athenis Myſteria. Id ſemen conijcere oportet in oleum quolibet anni tempore: nullum enim in ea re diſcrimen eſt. Melius tamen fuerit, ſi id cōtundas prius, q̄ inijcias: quando ita citius oleum ſua qualitate, uiq; inficiet. Erit id ſpatium dierum minimum quadraginta. Nos uerò ſæpe & tres, & quatuor, etiā multo plures menſes, macerari permiſimus: † ſic deinde ſemen abiecimus, humidum uero linteo percolauimus. Eſto uero eius generis oleum, cui relaxandi uis inſit: cuiuſmodi in Italia Sabinum eſt. Conijcies autē in quinq; & uiginti heminas eius, ſeminis abie- H tis modium Italicum. Eſto autem & hemina ipſa Italica: quam utique & libram nominant. Vbi uero maceratū in eo ſemen fuerit, multo planè minus redditur. Ei igitur quod reliquum eſt, idoneus ceræ modus erit, ſi quatuor libras immiſeris, reſinæ uero abietinæ libræ unius partē tertiā: id æquat drachmas triginta duas: Inijcies uero & pineæ * reſinæ tantundem. Quòd ſi harū copia non ſit, earum loco terebinthina utendum. Coques uerò commodius hæc in vaſe duplici, at certe igni lento, qualis prunarum eſt: quæ tamen nec ipſæ multæ eſſe debent. Medicamē hoc aptiſſimum eſt ad omnem laſſitudinem, ſeu ſponte ortam, ſeu alia quauis ratione contractam. Vtile ſanè medicamentū eſt, & quod ex populi floribus fit. Id tale eſt: Ex floribus populi adhuc conniuentibus modius Italicus in quindecim aut viginti libras Sabini olei immittitur. Si id præſto nō eſt, ſimile aliquod præparandum oleum eſt. Dictum vero in præcedētibus eſt ſimile eſſe, quod cunque tenue eſt, nec vllam adſtringēdi vim habet. Magis vero ad rem pertinebit, & ſi modice, contritum ipſum florem in oleum conijcies. Quod ſi quotidie medicamētū dimouebis, idq; potiſſimum cum Sol feruebit, ac in domo calida repones, celerius ita, magiſq; tum qualitas populi, tum vis in oleum migrabitur. Itaq; poſt binos ternosve menſes potes flore expreſſo atq; abiecto habere oleum, quod ſine vlla morſione per halitū digerat, idq; nihilo minus, q̄ abietinum.

* ὡραιότατον.

† Græ i quidam codices a uulgatis hoc in loco plurimū uariāt, hñt. n. κἄπειθ' οὕτω λαβόντες, εἶτα τὴν ὑγρότητα τοῦ σπέρματος ἐκθλίψαντες, αὐτὸμὲν ἀπεῤῥίψαμεν τὸ σπέρμα, id eſt ubi deinde ſic accepimus, ac poſtea ſeminis humiditatē expreſſimus, ipſum quidem ſemen abiecimus.

* ſtrobillinæ.

Quin

A Quin etiã cerę & reſinę tantundem inijcere licet, quantum paulo ante in id,quod ex abiete confici diximus. Si quando uero humidũ id, qđ expreſſum eſt,craſſius uidebitur,ſat fuerit uel quintam partem ceræ adijci, nedũ quartam. Ego uero etiam ſextam me addidiſſe ſcio,vbi & oleum craſſum erat effectum, &, qui uſurus erat,liquidiore medicamento delectabatur. Non nulli diu macerari tũ flores,tum ſemina non ferẽtes,partim ea percoquere in oleo cogũtur,partim aquã inijcere: vtiq; qui cautiores ſunt: quò videlicet nec torreãtur, quę ſunt iniecta,nec oleum vſtionem odore referat. Qui vero his magis ſunt curioſi,in duplicibus ij uaſis coquunt:hoc fit,cum in lebete,in quo ſit aqua feruens,inſeritur exiguum vaſculum,in quod fundi oleum debet.Id quod ſanè nos facimus,nõ tñ ad ſemina floresve coquendos,(quippe hac coctione minime egemus, propterea q̃ ea diu maceramus) ſed tum, cum in conficiendo medicamento ceram & reſinas liquare in lebete paramus.Qui vero celerius ea præparare cogitur,hũc neceſſe eſt,&,vt prędictũ eſt,p̃coquere, &,ne torreantur,aquam vinumve inijcere.Atque ad ea quidem,de quibus nunc agit̃,utilior aqua eſt:uinũ vero ad podagricos affectus, &, uno verbo,articulares. Porrò ſufficit tantulũ aquæ admiſceri,quantum coquendo totum uaneſcet.Is modus erit ſi quadruplum eius, aut quintuplum oleum ſit. Ergo & hæc medicamenta ſuccos,quicunque non admodum craſſi,

Al.1.2.3.d.2 c.16.fol.66.g

B nec lenti in carne cuteq́; reſident,euaporant:& ad hæc,quod ex chamæmelo fit,oleum,tum ipſum ſolũ, tum uero cera reſinaq́ue adiectis. Quorum modus hic quoque ſatis erit idoneus,ſi ceræ pars quarta, reſinæ duodecima ſit immiſta. Sicui uero nullius horũ,quæ memorauimus,oleorũ copia ſit, huic anethinum præparaſſe eſt facillimum. Poteſt uero & id medicamentum per halitũ digerere, ſiue ſolo eo, ſiue cũ cera reſinaq́; vtare. Dãda uero opera eſt,ut in vaſe duplici & anethinum coquatur, utiliusq́; fuerit, ſi anethum uiride ſit.Quod vtique,ſi,quo tempore requiris, cõpetet,maturum id eſto.Iam ſampſychinum oleum hyeme,& regione frigida,ac tempeſtate ſimili,idoneũ medicamentum eſt.Habeto uero ceram ac reſinam id quoque,ſi præſertim manere id ſup unćto corpore diutius ſtudes,Simili ratione ros maris herba oleo incoquẽda.Quòd ſi nec ea ſit ad manum,betæ albæ radix,&* cucurbitæ agreſtis,& althææ,& vitis albæ efficaciter euaporant,ubi ſuam ipſę qualitatem viresque in oleo aliquo ſimilis facultatis dimiſerunt.Quod cunque uero ſic præparatum oleum eſt,in id ſi vel ceram ſolam,vel cum ea reſinam inijcere uoles, non ſolum pulcherrimum, ſed etiam,quod in loco bene hærebit,unguentum facies. Abunde autem omnino erit, ſi ceræ quartã partem, reſinæ duodecimam inieceris.Si uero etiam duas reſinas inijcies, nempe abietinam, ac pineam, quam σροβιλίνην græce vocant, aut tertiam ſuper

C has terebinthinam, aut etiam, hæ ſi deſint, liquidam piceam reſinam, ſic quoque medicamentum feceris,quod euaporandi,vim habet:iam,hæ ſi deſint,aut ea,quæ in fictilibus habetur,* reſina miſcenda, aut quam φρυκτὴν græci dicunt, id eſt frixam. Nec ignoro tamen has ſupradictis imbecilliores, cæterum non omnino contemnendas.

*σικύου ἀγρίου, id eſt cucumeris agreſtis.

*In græcis legitur non ῥητίνην ideſt reſina, ſed πιτυίνην, ideſt picea.

De ulceroſo affectu, cui crudorum ſuccorum copia in corpore uniuerſo coniungatur. CAP. 9.

CVm uero reliquus laſſitudinis affectus ſit,in quo ſupra ulceroſum ſenſum copia crudorum in toto corpore congeſta eſt, de hoc quoq; dicendũ eſt. Nec eſt inuentu difficile,quemadmodũ emẽdetur, ſi quis ea, quæ dicta ſunt,ſequatur. Si enim,vbi in primis uenis crudi ſucci copia eſt, diſſecandũ nobis eum eſſe, concoquendũq́; diximus,cauentibus ſemper,ne in habitum corporis traducat̃:vbi uero in extremis venis & corporis habitu reſedit,& concoquendum pariter,& per halitũ reſoluendum:nimirũ quibus ambo inciderunt,in ijs ambæ rationes ſunt miſcẽdæ:atq; id,ſi quidem pari noxa urgere uidebuntur,æquali vtriuſque reſpectu:ſin alterum prægrauat, utiq; totius curationis ſtudio in id propenſo, nec tamẽ altero, quod minus eſt,neglecto. Miſcebis autẽ vtriuſque curationem ad hunc modum. Non enim abre fuerit exemplo aliquid

Al.4.fol.1.t.2. c.7.fol.418.e

D de hoc egiſſe. Suaſimus ijs, q̃bus in primis maxime uenis crudi ſucci congeſta copia eſt, ſimplici dia trion pipereon medicamẽto vti. Ergo, ſi nõ modo in his, ſed etiam in omnibus uenis ſit, ſuperq́; in ipſa carne principio curationis ipſo dia trion pipereon tuendum, ſed cui admiſtum petroſelini tantum ſit,quantum aniſi,& thymi,& zingiberis habebat:poſt primũ vero diem,magis q́ue etiam poſt ſecundum,miſcẽdum eidem eſt aliquid dia calaminthes:mox uero partes æque miſcendæ: p̃cedente deinde tempore, ipſius diacalaminthes plus addendum:ad extremũ uero etiam ſolum exhibebitur:Ad eundem modum & in reliqua omni uictus ratione,quoties partes affectus ſunt,miſcendæ eorum medendi rationes ſunt,ſed ita tamen,vt inter initia potiores medendi partes ijs præſtentur, quæ in primis continentur uenis:in fine uero ijs, quæ in carne:medio inter hæc tempore ambę rationes æquabiliter miſcebuntur.Hæc igitur dicta à me ſunt,& patere iam arbitror,qua ratione corrigere oportet, quod peccatũ in ſuccis eſt,prius, quam hominẽ morbus occupet. Ex ijs enim, quæ in ulceroſo affectu retulimus, cum adiunctus uitioſo ſucco eſt,ratiocinari licet,& de alio quouis,cum ſolus conſtiterit.

† Clarius legitur in antiquis græ. κατὰ πάντα τοῦ ζώου τὸν ὄγκον, in uniuerſam animalis molem.

De curatione affectus, qui tenſionem & qui inflammationem refert. CAP. 10.

AC de primo quidem laſſitudinũ genere,in quo punctionis quidem ſenſus †omnes animalis partes infeſtat, ac cæteris uitioſi ſucci redũdantijs,q̃ corpori uel ſolæ,uel cũ laſſitudine

accedunt:fermè diximus uniuerſa. De ea vero laſſitudine, q̃ à nobis tenſionis eſt appellata, de- E
inceps agamus. Atq; ″ hanc quidem,cum citra exercitationem conſtiterit,abundantiã indicare A.l.1.ſ.
aliquã, quę ſolidas animalis partes diſtendat, tum alijs quibuſdam probatis uiſum eſt medicis, c. 16.
tum non in poſtremis Eraſiſtrato. Vbi vero ſanguinis redundantia grauat, dictum(puto) ſupra
eſt, optimũ eſſe uel uenam incidere,vel malleolum ſcarificare.Reſumendus vero idem & nunc
ſermo eſt vel Eraſiſtati cauſa,qui nec in alio quouis,neq; vero in hoc affectu sãguinis detractio A.
ne eſt uſus. Ac,ꝙ in ſaluberrima quidẽ natura,de qua ſermo habeẽ,licet alia quoq; ratione eiuſ-
modi redundantiã emittere,dictum ſupra eſt.In uitioſis nanque,in quibus uidelicet uel cerebro,
vel in ſpiritus inſtrumentis, excrementũ ſubſtitit, quantum diſcrimen aditur, ſi ſanguinis detra-
ctione omiſſa, alia vacuandi ratione vtare,diceẽ alicubi in ſequentibus libris,ubi de uitioſis cor
porũ ſtatibus agemus. Sed & dictum iam eſt in libro,quẽ De ſanguinis miſſione ſcripſimus con
tra Eraſiſtratũ:quo minus hoc loco longior de his habendus ſermo eſt, ſed ad reliquũ & tertium
laſſitudinis genus, cũ ſponte oritur, tranſeundum:quod in ſuperioribus,phlegmones ſimilitudi-
nẽ repræſentare diximus,& propter doloris magnitudinem,& ꝙ cum euidenti calore etiam mu
ſculos in maiorẽ molem attollat. Hæc laſſitudo ne paucis quidem horis, nedũ duobus tribusve
diebus, eodẽ tenore conſiſtit, prout Eraſiſtrato placet, ſed ſtatim febrẽ accendit vehementiſſi- F
mã,niſi ſanguinis ″ detractione malo prius ſit occurſum. Quin etiã calidiſſimus eſt in huiuſmodi A.ibid.
laſſitudine ſanguis:eiuſque plurimũ detrahi poſtulãt, qui ea premuntur fere omnes.Non pauci
vero eorũ febricitant,etiam ſi ſanguinem detraxeris. Itaque nec cũctari,nec paruũ detrahere cõ
uenit, ſed & mature educere, &,niſi quid aliud uetat,ad animi defectum vſque. Optimum vero
fuerit bis eodẽ die, ſi fieri põt,detrahere. Ac primum quidem ita mittere expedit,ut * animi de-
* λειποθυμῆ-σαι. fectũ homo non adeat:ſecundo vero ne*defectus quidẽ ipſe eſt formidandus. quippe,qui prio-
*λειποψυχίαν. re detractione reſolutus eſt, ſecundã ſuſtinere haud poterit:in hac vero,ſi quid tale homini inci-
dit,facile reuocabit. Qui vero ſic affecti ſanguinem non miſerint,hi ſi euaſerint,utique fortunæ
beneficio id acceptũ ferent: ſed nec euadent,niſi alia quapiã ratione leuentẽ,aut ſanguinis è na-
ribus profluuio,aut largo ſudore effuſo.Porrò ęſtimare diligẽter oportet,q̃ ſanguinem ſunt miſ
* Græca lectio ſuri,in thoracene,dorſo,& lũbis,tenſio*pulſansq; dolor figatur,an in capite potius & collo. His
hẽt νυγματω-δεις. i. pungens enim affectis humeralẽ uenam diuides, maxime ſi repletum caput,& calidum ſentiunt:illis vero
non σφυγματώδης. internã: ſi uero omnino æquabiliter laſſitudo corpus occupat, ambarũ mediam. Ac, ſi ab inciſa
* χόνδρου. quidẽ uena febrire ceperint, curandi iam methodi opus eſt his proſpicere:ſin autem tum nõ fe-
bricitẽt,primo die poſt inciſam venã aut ptiſanæ cremorem, aut ſorbitionem *ex alica,ſolũ da- G
bis.Secundo uero etiã lauare licet eũ copioſo oleo : nutrire vero,tametſi laueris,planè modera
tiſſime debebis,lactucæ, ſi placet,aliquid offerẽs,vel(ſi ſit)cucurbitæ & ptiſanæ.Eſt & alica non A.ibid.
inutilis,ſiue hanc aceto,ut ptiſanam,condias,ſiue etiã ſine aceto.Si cucurbitæ copia non ſit,mal
ua,betaq́; & lapatho & atriplice eſt utendũ. Quòd ſi carnem quoq; guſtare uelit, ſaxatiles piſces
vel oniſcos in albo iure bene elixos dabis. Voco ius album, cũ ſine garo, magisq́; etiã ſine ſu-
puacua cõditura,cuiuſmodi κεχυτεία græci vocãt, ꝑparatur,anetho ſaleq́; cum oleo & porri exi
guo in aquã coniectis.Vino autem utiliter etiam ipſo ſecundo die parcet:tertio uero,ſi quidem
aquæ potionẽ facile toleret,tunc quoq; uino abſtinebit:ſi non ferat,potiſſimum quidẽ apomeli
dabis,quippe leuiter refrigerat ea quoq; potio,quo utiq; indigent,quæ phlegmones ſenſum ha
bent,laſſitudines. Hoc ſi non ſit,album tenue uinum offeres:†aliaq́; pro ratione exhibebis,quæ
† καὶ τ' ἄλλα καθὰ λόγον ἀνακομίζων, ut boni ſint ſucci, ita mimime calfaciãt. Cauẽdum uero præter cætera eſt, ne prõpere & multũ,
ſ.aliſq; prorõ-nere reſtaurabis, ut uertit uetus interpres. ⸗ſed ſenſim & paulatim,⸗renutrias.Quippe q̃ poſt huiuſmodi exinanitionem ad priſtinam diæ-
tã protinus redeunt,ijs corporis habitus crudis ſuccis impletur:quos nimirũ ante,quàm concoc-
ti cõmode in uentriculo veniſq́; ſunt,corporis moles ad ſe rapit.Et hæc quidem laſſitudo com
modiſſime ad hunc modũ curaẽ. Quam autem ob rem in ijs, qui hac premuntur, iterari ſangui- H
nis detractionẽ iubeam, nec hos multum ac ſimul reficere, ſatis profectò fuerit vel Empiricorũ
cauſam reddere:nẽpe ꝙ & magis iuuantur,q̃bus ſic eſt emiſſus,& bona valetudine diutius fruũ-
tur,q̃,ſicut comprehenſum eſt,ſunt tractati.Cæterum,& quæ ex natura rei ducitur,rationem ap-
poſuiſſe non ſit alienũ.Quoniam igitur in hac,quæ ueluti phlegmone fatigat,laſſitudine vis ca-
lidi ſanguinis congeſta in corporis mole eſt, uenæ autẽ ſectio ſuccos è uaſis emittit, utile eſt poſt
priorẽ detractionem tãtiſper intermittere,dum aliquid eorum,qui in corpore ſunt humores,re
migret ad uenas. Quod tamen, quoniam cõmittendum nõ eſt,ut in his maneat,vtpote ex dimi-
dio corruptũ, ſed potius plurimum eius expellatur,idcirco detractionem ſanguinis etiam ſecun
do die iteramus: aliquãdo uero & tertio, ubi videlicet & reuellere,& ex alijs in alia transferre,
uiſum eſt conducere. Dictũ uero de omni eiuſmodi* ratione exactius eſt in ijs,quæ de ſanguinis
* διορισμῶν. i. detractione ſcripſimus:quæ nunc ideo recenſendi locus non eſt,quòd & ad medendi artem ma
diſtinctionibus. gis pertinet,& in hoc ipſo fortaſſis opere plenius de ſanguinis miſſione ſumus acturi.

A ſanguinis detractione non eſſe ſtatim nutriendum. CAP. II.

RElinquũ ergo eſt,ubi docuerimus non eſſe à ſanguinis miſſione feſtinãter* reficiendum,hic
* πληροῦν, re- librũ hunc finiamus.Præſumetur autem & ad huius ſermonis fidẽ quiddam,quod in opere
plendum. de

A de naturalibus potentijs eſt demonſtratum. Ibi.n.oſtendimus omnibus ijs, quæ propria natura reguntur, uim quandã eſſe inſitã, qua* ſimiles, q̃bus alãtur, ſuccos poſſint attrahere. Demonſtratum præterea eſt, ubi proprio & commodo nutrimento deſtituuntur, vrgeri vel eius, quod non cõmodum eſt, aliquid rapere: tale porrò eſt, quod nondum in uentriculo, venisq; concoctũ eſt. Ergo neceſſum eſt, cum hõ" largius ſe cibis per hoc tempus impleuerit, eo caſu crudi ſucci plurimũ in corpus animalis rapi, idq; multis de cauſis, & q̃ deterius in uentre venisq; concoquit̃, q̃ copioſius eſt: & q̃ multum in corporis molem ideo* ſubit, quia multum ſupereſt: & q̃ citius etiam q̃ par eſt, propterea, q̃ uenter uenis, uenę reliquis omnibus animalis partibus, rapi, quod nondũ confectum eſt, permittunt. quod adeo non facerent, ſi id exiguum eſſet, quod ipſæ haberent: demonſtratum eſt.n. partes ipſas ex alimento primum ſua portione frui, mox cæteris tranſmittere. Ergo ultima præcipuaq; noxæ cã eſt iis, qui ſic ſunt affecti, q̃ quæ in corporea animalis mole habentur, partes, vbi multum ſemicoctumq; attraxerunt nutrimentum, non paruã excrementorum vim ex ea re congerunt: cũ neq; perinde, ac ſi bonum eſſet, cõcoquere id omne valeant; neque etiam ut cum corpore coaleſcat, & aſſimiletur, efficere: immo parũ proſpere ſingulas functiones obire, poſt vitioſum, multumq; nutrimentum par eſt. Similiter.n. his euenire neceſſe eſt, B vt uentri, cum abundantia male præparati cibi eſt refertus. Male præparata voco, q̃ elixari torrerive debentia, iuſtum in his finem non ſunt conſecuta. Ergo, ſiue panis nõ ſatis eſt coctus, ſiue caro, legumenve intra modum elixum, fieri nequit, ut hęc venter probe cõcoquat. Eadem vero rõne ſe habent, & q̃ in uentre male ſunt confecta, ad ſecundam concoctionem, quæ agitur in venis, qua male præparati cibi ad concoctionem, quæ eſt in ventre. Quin etiam, quę in uenis male ſunt concocta, ſic ſe habent ad concoctionẽ, q̃ agitur, in carne, quemadmodum ſe habebant cibi ad eam, quæ eſt in uentre: &, q̃ ex hoc ſubeuntia, ad eam, quæ eſt in uenis. Ergo nec venter externa, quæ ſumpſit, exacte concoquit: nec uenæ hæc, quæ à uentre excipiũt; ſed nec carnes, quæ ex uenis, ubi probe ante non ſunt confecta. Atq; interim excrementi copiam in corpore proue nire eſt neceſſe. Ac rem quidem omnẽ, vt breuiſſime licuit, iam diximus. Quòd ſi quis dictorum cuiuſq; certam ex demonſtratione ſcientiam cepiſſe uelit, is librum De naturalibus virtutibus legat: in quo primum illud liquido demonſtratum eſt, uentrem ſua ipſius cã nutrimentum ſuſcipere, ut eo tum fruatur, tũ, quod ſibi defit, ſuppleat, eoq; amplecti id undique, ac retinere totũ, quoad ſe ſatiauerit. Secundo illud, eundem, ubi ali p̃terea non deſiderat, imã ſui partẽ (πυλωρόν græci vocant, i. portam) recludere: ac, quod ciborum ſuperfuit, exprimere, peſſumq; ceu alienum onus C trudere. Deinde, q̃ in ipſo tranſitu p̃ inteſtina, ac potiſſimum tenuia uenę, quę huc pertinent, alimentum ad ſe rapiunt, quod ex mora, quam in uentre habuit, & alteratum, & animali magis idoneum eſt effectum: mox in ipſis uenis quoq; ab alia in aliam traditur ad eundem modum, quo ex uentre in uenas: hinc uero iam planè confectum in ſingulas pertrahitur animalis partes: vbi tertiam concoctionem nactum, ipſi alendo corpori aſſimilatur. Hæc ſi quis ex eo libro colligat, nihil eſt, quòd cauſam amplius requirat, cur multi habitu corporis exinanito, niſi ſenſim renutrian tur, plurimum excrementorum in toto eo congerant, atque ex his non leuiter ægrotent.

* *Siue ὁμοίων legas, ut impreſſi habẽt, ſiue οἰκείων i. familiares, ut manuſcripti, utraque lectio bona.*

* *ἀνέρχεται. aliqui tamen codices habẽt ἀνέλκεται. i. atrahitur.*

A ibid. b.

GAL. DE SANITATE TVENDA
LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

D Omnem ſenum uictus rationem abſoluit: ac communia præcepta docet, quibus affectus morboſi omnes emendatur, & intemperies corriguntur.

Medicorum negligentiam tum in alijs inſtituendis, tum in ſe ipſis regendis, huius operis prolixitatis cauſam fuiſſe. CAP. I.

QVintum de ſanitate tuenda librum ingrediens, ſi quiforte erunt, q̃ prolixitate operis noſtri grauabuntur, hos primum ſolari uolo. Non.n. noſtra di culpa euenit, ſed propoſitæ rei natura. Si.n. fieri poteſt, ut, qui breuibus longam contemplationem abſoluit, nihil neceſſarium omittat, fateor errorem meũ, ceu nulla neceſſitate ambages ſecutus ſim. Sin clarius ſimul, breuiusque diſſeri de ijſdem non poteſt, nemo nos merito accuſet, ſed ipſos potius, qui eorum, quæ neceſſaria ſunt, non pauca prætereunt. Eſt uero illud ſimul ex maxime neceſſarijs, ſimul veluti elementum totius artis, quæ ualetudinem tuetur, quòd num ero ſæ hominum ſunt naturæ, prout in confeſſo eſt omnibus tum medicis, tum gymnaſtis. Quorum tamen plurimi ita de ualetudine tuenda ſcribunt, quaſi de uno homine agant, idque ne uno quidem oſtenſo, quem prius iuuerint: quanquam non unum, ſed multos, quos morbis prius aſſidnis implica-

tos ipſi poſtea multis annis in ſanitate ſua opera ſeruaſſent, indicaſſe, ac ſic ad ſcribẽdum acceſ- E
ſiſſe par erat. At nos ipſis rerum effectis id oſtendimus: & ijs, q̃ prius aſſiduis premebantur mor
bis, inde adeo, q̃ ſanitatis præceptis paruiſſent, in oĩ integritate ſeruatis, ſic demũ de ipſis ſcribe-
re ſumus aggreſſi. Quippe alios exercitari in totum vetuimus, iſtis videlicet exercendi corporis
cã ſuſceptis, ac ſolis uitæ actionibus contentos eſſe ſuaſimus. Aliis de multitudine exercitatio-
num demere aliq̃d iuſſimus, vt totum ad minimum contraheretur: aliis qualitatem tantum, aut
ordinem, aut tẽpus: alijs vniuerſam earum mutare ſpeciem iniunximus. Aeque vero de balneis
præcipiẽtes, vtiq; q̃ aut omnino his ſuperſedendum eſſet, aut ſæpius, q̃ ante, vtendum, aut rarius
aut ante cibum tantum, aut etiam poſt cibum, aut calidioribus, q̃ ante, aut magis tepidis, aut fri-
gidioribus, prorſus oĩs morbi expertes multis annis reddidimus. At nihil horum facere licuiſſet
ſi neq; naturales corporum differentias compertas habuiſſem, neq; debitam cuiq; ſalubrem ui-
ctus rõnem. Nonnulli uerò ex ijs, qui de ſanitate tuenda literis produnt, aut etiã ſine ſcriptis de
ea præcipiunt, ne ſeip ſos quidem defendere à morbis perpetuo potuerũt. Itaq; cum à cauillan-
tibus, tum alia quædam, tũ verò uerſus ille obiicitur, ἄλλων ἰατρός, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων (.i. aliis me-
dens, at ipſe vlceribus ſcatens) alii id negociis imputant, alii ob intemperantiam ſe ægrotare fa
tentur: ſed horũ magis improba, me iudice, defenſio eſt, q̃ ipſum, quod obiicitur, crimẽ. Qui ve- F
ro iis, q̃ in uita incidunt, cãm tribuunt, ſi quidem diaria febri laborant, ex æſtu, frigoribus, laſſi-
tudine, aliisq̃; id genº occaſionibus, hos vindicare à culpa decet: ſin alia qualibet, minime. Quip
pe nec ipſi omnino ſine febri exegimus, immo ex laſſitudine nõnunquam febricitauimus, nullũ
aliàs morbum multis iam annis experti. Quin etiam percuſſus certis corporis partibus, vnde alii
phlegmonis, bubonibusq̃; contractis febricitarũt, ipſe nunquã phlegmonẽ, buboneve ſenſi, nec
febri laboraui, nõ aliũde certe, q̃ ex ſeruandæ ſanitatis arte tanta commoda conſecutus: cũ alio
qui nec ſalubrẽ corporis ſtatum ab ortu ipſo ſim nactus, nec vitam planè liberam ſortitus, ſed in
qua tum artis officijs ſeruierim: tum amicis, cognatis, & ciuibus, in pluribus inſeruierim: tũ plu-
rimam noctium partem, nonnunquam ægrotantiũ ipſorum cauſa, ſemper autem dulcedinis ſtu
diorum gratia peruigilauerim: nec tñ ullo ſenſi me eorum, qui è corpore originem ducunt, morbo
tentatum multis iam annis, excepta (vt dixi) diaria quandoq; febri: quæ tamen & rariſſime,
nec niſi ex laſſitudine incidit: quamuis in puerili ætate, atq; etiam tũ in ephebia, tum adoleſcen-
tia, morbis nec paucis, neq; his leuibus premerer. Sed poſt octauum & vigeſimum annum, cum
perſuaſiſſem mihi, eſſe cõſeruandæ ſanitatis rõnem quandam, præceptis eius per totã deinceps
uitam parui ita, ut nec minimo morbo poſt laborarim, niſi forte (quæ tamẽ rarius incidit) diaria G
febri: cum alioqui liceat hanc quoq; in totum effugere, ſi quis liberam vitam ſit nactus, veluti in
ſuperioribus iam oſtendi, fietq̃; ſi quis animum aduertat, ẽt clarius in iis, quæ mox dicam. Illud
n. affirmare auſim, ne bubone quidem laboraturos eos, qui præparati ad ſanitatem ad unguem
ſint, ſi modo eorum corpus ab utroq; excrementorum genere uacet, & eo, quod in quãtitate cõ
ſiſtit, & eo, quod in qualitate. Atque ad eos quidem, qui nunc ſanitatis tuendæ p̃cepta dicto ſcri-
ptove profitentur, uel hæc ſatis arbitror. Prioribus vero, quoſq; nec ſeipſos extra morbũ perpe
tuò, nec eos, qui ipſis paruiſſent, ſeruaſſe aut aliorum relatu audiuimus, aut ipſos in ſcriptis ſuis
tale quippiam iactare auſos, ne contradicendum quidem cenſeo. Mirandum certe potius arbi-
tror, ſi quis eorum vniuerſam ſanitatis tuendæ artem vno libro complecti eſt pollicitus, p̃ſertim
† ἐξεργαζόμε- non (ſicut Hippocrates) in primis & ſummis capitibus methodum indicans, ſed ſicut nos † oĩa
νοι πάν ακρι- rationibus firmans. Ac prolixitatis quidem ſermonum noſtrorum cã iam dicta eſt. Quiſquis au
βῶς. tem honeſti probiq̃; ſtudioſus eſt, ac pro iis, quæ optima ſunt, diligens, hunc decet non tam ar-
tis huius longitudine grauari, q̃ magnitudinem eorum, q̃ promittit, ſuſpicere. Nam qui, quæſo,
νοσῶδες, i. mor boſum. nõ magna illa, mirandaq̃ artis opera ſunt, ſicui non ab ipſo ortu imbecillum corpus fuit, hũc
& ad plurimam perduxiſſe ſenectutem, & ſenſibus illæſis, ab omni prorſus mõrbo doloreq̃; alie H
num atq; integrum perpetuo ſeruaſſe? Ego uero etiam nonnullos, quibus ſalubre admodum fir
mumq̃; natura corpus erat, vidiſſe mihi uideor, permultis morbis afflictos, ac poſtremo immedi
cabilibus malis in ſenectute ſaltem oppreſſos: quos tamẽ fas erat, quod ex naturali habitu fuit,
tum ſenſibus omnibus illæſos, tum reliquis corporis partibus ſanos ad ultimam vſque duraſſe
ſenectutem. Quo nam igitur pacto turpe non ſit, qui optima natura ſit præditus, hunc ob poda-
gram ab aliis geſtari, aut calculo iam cruciatum, & colo, & vlcere in ueſica ex cibis mali ſucci cõ-
†‖Interpres omi tracto, doloribus contabeſcere? Quomodo rurſus non turpe ſit propter† articularem morbum
ſit uocem θαυ- ſuis ipſius manibus uti non valentem, alienis egere, quibus ori cibos admoueat? † cuiq̃ ſedes
μαςὴν, quæ hic infirma eſt, eo qui in deiectionibus§ ſubminiſtret. § Satius. n. ſit, ſicui ullum omnino pectus eſt, ſex
ſignificat dete- centies malle mori, quàm tali uita uiuere. Quòd ſi quis tam impudens ſimul, delicatusq̃ eſt, ut
ſtandum. turpitudinem ſuam negligat, at dolores, quos noctes diesq̃ exuitijs ſuis ſuſtinet, non aliter,
† & eo qui ſedẽ quàm, qui à carnificibus torquentur, certe contemnendi non ſunt: tametſi certe hæc omnia vel
abſtergat in de intemperantiæ, uel ignorantiæ, uel utrique imputent oportet. Verum intemperantiæ corrigen-
iectionibus. dæ hic locus non eſt. Ignorationi eorum, quæ agenda ſunt, hoc opere, ut ſpero, medebimur ſcili
cet pro quauis corporum natura, propria ſanitatis tuendæ ratione appoſita.

Summa

A *Summa earum rerum, quæ ad optimi corporis lapſus cognoſcendos, & emendandos faciunt.* CAP 2.

INitiũ vero mihi ab optima natura iuſtum erat, ad cuius curationem omne conſilium dirigitur, non eò, vt corrigatur, ſed vt in ſtatu ſuo ſeruetur. Id quod ipſi hactenus fecimus, qui de ea hucuſque ꝑ ſingulas ætates, præter inclinantẽ (παρακμαστικὸν græci vocant) egimus: cuius extrema pars ſeniũ proprie dicitur, ipſum quoq; in ſuas partes diductũ, vt poſt dicemus, vbi ea pars artis tradet, quæ de ſenibus curandis agit, γηροκομικὴν græci vocant. Verum nunc ſaltem præcipuis eorũ, quę dicta ſunt, repetitis, ad vitioſas corporũ naturas tranſibimus, ac, quema dmodum cuiuſq; earũ ſeruari valetudo, poſſit, trademus. Ergo optimum corpus ſcopos habet ad ſui cuſtodiã in qualitate, quantitate, & facultate: in exercitationibus, quę moderatę, mediocresque ſunt, queque ſingulis corporis partibus æquabiliter ſint adhibitę, idq; oĩ vitiato exceſſu: aut ſicubi in quoquã dictorũ ſit erratum, errore correcto. In edendorũ vero bibendorũq; natura, ſimiliter in qualitate, quãtitate, & facultate, hic quoq; ſcopus eſto ipſa mediocritas, vt nec plura nec paucio ra capiat, q̃ q̃, vbi cõcocta, diſtributaq; in corpus ſint, idẽ bene nutriant: ac, ſi opus ſit creſcentibus adhuc, mediocre quippiã adijcere, nihil relinquant, quod vel ſuperuacuum ſit, vel deficiens.

B Ad eundẽ modum in ſomno, vigilijs, balneis, animi actionibus, & alijs id genus, medium omnis exceſſus ſeruari debebit: ꝙ ſi in aliquo ſit erratum, corrigendus error eſt. Porrò omnis corrigendi erroris cõmunis eſto ſcopus, contrarij exceſſus vſurpatio, ita, vt, ſi pluſculum pridie fatigatũ corpus eſt, demas aliquid exercitationum modo: ſin minus iuſto ſe exercitauit, vt exercitij modũ augeas. Eodem pacto, ſi concitatiore motu eſt vſum, vt hunc modice remittas: ſin remiſſiore, vt intẽdas. Simili modo, ſi robuſtior motus præceſſit, vt pro hoc mitiorem iniungas: pro leuiore contra q̃ ualentior ſit, & pro languido vehementem, & pro vehementi contrarium: & uno verbo, vt omnẽ exceſſum contrario exceſſu corrigẽs, in ſanitate hominem cuſtodias. Vt autem corrigendo non erres, primũ corporis affectus ad unguem ſcire oportet, deinde omniũ eorũ, quæ priore die facta uideris, meminiſſe. Nã affectus quidem, quod delictum ſit doceb unt: recordatio eorum, quæ pridie ſunt acta, quantum tibi à cõſuetis recedẽdum ſit, inſinuat. Atque in affectibus quidẽ eiuſmodi exceſſus uideas, ꝙ aut gracilius, aut obeſius, aut duri⁹, aut mollius, aut ſiccius, aut humidius, aut rarius, aut denſius corpus, q̃ ante, apparet, cum eo etiam, ꝙ nec naturalem coloris gratiã ad unguem ſeruat. Memoria vero factorum, & quod peccatum eſt, oſtẽdet, & prout corrigẽt, ex præſentium collatione docebit. Nam, "ſi gracilius redditum corpus ſit, æſtimare oportebit, atq; ad memoriam reuocare, plusne, quàm par erat, exercitãdo fatigatus homo ſit, aut cõcitatiore motu vſus, aut fricando lauando ve modũ exceſſerit. Ab his mox conſiderare, nimiane cogitatione ſit uſus, aut nimium vigilauerit, aut per aluum longe plura iuſto deiecerit. Expendi etiã debebit, nũ domus, in qua verſatus ſit, calidior fuerit, aut parcius comederit uel biberit, aut ueneri liberius indulſerit. Sin obeſius viſum corpus ſit, num frictio mollior, aut exercitium parcius, aut tardius, aut ſomnus lõgior, aut vẽter adſtrictus, aut ciborum copia optime cõcoctorum, ꝑceſſerit. Si vero durius, quàm ante, corpus apparet, primum frictionũ meminiſſe oportet, mox exercitationũ, an hę robuſtæ, & cum cõcertatore duro, denſanteque, præierint: ad hæc, an in puluere, eoq; duro ac frigido, & an citra apotherapiã: Dein balnei, an uidelicet hoc planè frigidum fuerit, an nimiũ calens: Præterea domus, in qua dormiens vigilansve uerſatus eſt, num frigida: Itemq; ciborum ſiccitatis, & potionis, penuriæ. Sin mollius, q̃ prius, poſtridie corpus videatur, primũ quidem frictionum meminiſſe conueniet, an molles, & cum pinguitudine, & balneis, leniter tepidis, ſint adhibitæ. Ab his reuocari ad memoriã debebit, an exercitationes tardæ & exiguæ, cũ concertatore immodice molli, præceſſerint: Dein an potio uberior fuerit: Mox an cibos plures, aut natura humidiores acceperit: Poſtremo an multũ dormierit. Proximus molli corpo-

D ris affectui eſt humidus, hoc differẽs, ꝙ mollis ipſorũ corporũ propria qualitas eſt; humidus, qui in eo continent, humorum. Diſcernuntur hi tactu: nam humidus affectus cum madore cutis eſt, mollis ſine hoc: quanquã eſt profectò & molle corpus humidum ſuis ipſius partibus. Cæterum pro doctrinæ claritate hoc molle uocet, alterum humidum: Ac ſiccus quidem immodice corporis affectus habitum ſtatim durũ reddit: non tamẽ cũ mollitie neceſſario coniunctus eſt humidus affectus: poteſt nanq; durata caro eſſe, & tamen mador ſudorve è corpore emitti. Atque in humecto quidẽ corporis habitu, uel ex intempeſtiuo ueneris uſu, uel alia quapiam ex cauſa, de uiriũ imbecillitate ſuſpicio eſt, uel corporis raritate ex immodice molli frictione, vel nimio balnei vſu, uel aere domus, ubi verſatus eſt, q̃ par erat, calidiore. Habenda præterea eſt & de potione cõſideratio, an ea uberior fuerit; Et de ſomno, an is maior, q̃ pro naturæ ratione: Et de aere ambiente, nũ ſe non ſenſim, ſed ſimul totum in humidum calidumq; mutauit: Et de cibis pari modo. In teneritudine vero ſiue mollitudine (utroque enim modo cõſuetudo appellat) cum vtique ſine humiditate fuerit, concoctũ probe nutrimentum eſſe, & corpus nutritum, ſed exercitatum diminutius eſſe, putandũ eſt. Cõtra in duritie, aut duriter perfrictum eſſe, aut nimium exercitatũ, idq; cum duro concertatore, & in puluere iudicãdum. Siccitas uero habitus penuriam potionis cibive, aut uigilias, aut uitæ ſolicitudinem, aut multã frictionem, aut exercitationem im-

modicam indicat. Hæc itaq; conſiderans corrigere errorem quotidie poteris prius, quàm inau E
ctus error curatu difficilior euadat. Semper autem memineris, exceſſum omnem contrario ex-
ceſſu eſſe emendandum: quippe omnium, quæ præter naturam incidunt, omne huc conſilium
curationis dirigitur. Quare, ſi huic præcepto etiam corporum, quibus præficeris, dignoſcendo-
rum peritiam adieceris, & ſingulorum remediorum facultates adiunxeris, uniuerſæ iam artis, A.l.1. c.1.fo
quæ corpori hominis tuendo dicata eſt, peritus fueris: cuius ope non ſanis modo ſuam valetudi-
nem tueberis, ſed etiam ijs, qui ægrotant, priſtinum ſtatum reſtitues.

De ratione fricandi, & exercendi ſenes, tum qui validas & firmas partes, tum qui imbecilliores ſunt nacti. CAP. 3.

ATque optimum quidem corpus cuiuſmodi ſit, dictum iam eſt. Quod ab huius perfectione
defecit, ſcire licet tribus id de cauſis defeciſſe, aut ꝙ ſtatim" in vtero † uitioſo ſtatu fuit: aut A.l.1.c.
quòd qualibet de cauſa † in non naturalem affectum poſt conceſſit: aut ætatis ratione. Omnia
vero corrigenda per contrarium exceſſum ſunt. Senium enim, vt de hoc primum agam, frigi-
dum ſiccumque eſt, veluti in libro de temperamentis eſt oſtenſum. Corrigitur id per ea, quæ cal
faciunt & humectant, talia ſunt balneum dulcis & calidæ aquæ, & uini potio, præterea ex cibis
quicunque humectare & calfacere natura poſſunt. De exercitatione vero, frictione, & omni mo F
tu (ab his enim cœpiſſe eſt ſatius: nam recte illud dictum arbitror, ‖ Labor cibum præcedat) hæc
ſcire licet, poetam ex parte verum dixiſſe,

Vt lauit, ſumpſitque cibum, det membra ſopori,
Nanque hæc iuſta ſeni,

A.l.1 c.5.fo

non tamen in hoc totum eſſe poſitum. Poſtulat enim ſenum non ſecus quàm iuuenum corpus
dimoueri, cum inſitus alioqui calor extingui in his periclitetur. ‖ Nam corporum, quæ in floren
te ætate ſunt, non deſunt, quę quietem poſtulant, de quibus Hippocrates prodidit: Senum vero
nemo quietem ex toto poſtulat, ſed nec exercitium vehemens. Ceu enim vętulo quodam exci-
tari, accendiq; calor eorum deſiderat: vehementiore autem motu deijcitur. Ac magnæ quidem
flammæ, eius, quod ita accendat, minime egent, cum ſatis ipſæ ſibi & ad tutelam ſint, & ut ma-
teriæ dominentur. Ergo nec à ſomno mane fricari deſiderāt omnes, † qui ægrotant, ſicuti ſenes:
cum eiuſmodi frictionis, quæ cum pinguitudine adhibetur, duplex ſcopus ſit: nempe vt vel laſſi-
tudinis affectum ſanet prius, quàm inauctus febrem accendat, vel imbecillā diſtributionis vim
excitet. Nam multos, quorum corpori lōgo tempore nihil ex alimēto acceſſit, (ἀτροφοῦντας græ-
ci vocant) eiuſmodi frictione adhibita facile paucis diebus carne impleuimus. Verum, quod alijs G
ex affectu certo in tempore incidit, id ſenibus adeſt perpetuo, quippe quorum omne corpus fri-
gidum eſt, nec potēs alimentum ad ſe trahere, atque id probe cōcere, ex eoque nutriri. Sed fri
ctio, cum & uitale robur excitet, & modice calfaciat efficit, vt & diſtributio nutrimenti ſit faci-
lior, & nutritio promptior. Hac victus ratione & iuuenes non pauci, qui ex eo, ꝙ alimentum his
diſtributum in corpus non eſt, emaciati ſunt, carnis incrementum receperunt: & ſenes planè om
nes fructum non paruum ſenſerunt. Atque hæc quidem" vna ſenibus veluti exercitatio ſit ma- A.bibio.
ne adminiſtrata, nempe fricatio cum oleo: poſt hanc inambulatio geſtatioque, quæ tamen ſint
intra laſſitudinem, & ex ſenis viribus coniectatæ: quarum cauſa de cibis potioneq; non pauca
prius diximus: nunc de exercitationibus quoque exempli cauſa quædam ponemus, de quibus
hæc in ſuperioribus didicimus: Quòd acuta exercitatio (ſic enim vocant, cuius celeres motus
ſunt) corpus tenuat, contraria craſſum reddit, multa corpus ſiccat, mediocris obeſum præſtat.
Dictum eſt & de cæteris omnibus exercitationum atque etiam frictionum differentijs. Verum
exercitationis formæ, quæ ſenibus vtiles * alienæve ſint, tum ex corporis totius affectu, & con-
ſuetudine, tum uitijs ipſis quæ infeſtant, intelligentur. Ex totius corporis affectu, ad hunc mo-
dum. Nam optimi ſtatus corpus, de quo hactenus ſermonem fecimus, ſicut in iuuentute ad vehe- H
mentiſſimos quoſq; labores idoneum maxime eſt, ita in ſenecta ſe habet ad omnes mediocres.
Quod vero aut craſſis cruribus eſt, aut lato pectore, aut cruribus vltra, quàm par eſt, gracilibus,
aut quod exiguo eſt thorace, aut admodum anguſto, aut valgum eſt, varumve, aut alio quouis
pacto à mediocritate recedens, id ad pleraſq; exercitationum ineptum eſt. Quippe vitioſæ figu-
ræ thorax in ijs, quæ per vocē adminiſtrantur, offenditur. Crura uero per inambulationem læ-
duntur. Ad eundem modum de manibus, collo, humero, lumbis, coxis, & tota ſpina, mihi dictum
intellige. Quicquid. n. ex his parum rite ab initio conditum eſt, id ſanè exercitando imbecillum
potius, quàm firmum redditur: niſi ſi cui moderatos motus, imbecillis mēbris modicas exercita-
tiones nominare placet: verum ita de nomine magis, quàm de re, lis fuerit. Senibus vero q̄ præ-
cipua ad ſanitatē exercitia ſunt, hæc per valentiores corporis partes ſunt obeunda, quippe cum
quibus reliquæ ſimul mouentur, exercenturque. Quin etiam conſuetudo maximā vendicat par-
tem ad exercitationis ſpeciem deligendam. Nam, quæ conſueta ſunt, vt minime laſſantia, quos
exercent, ēt delectant: ſicuti e diuerſo, quæ inſueta ſunt, tum diſplicent, tum vero laſſant. Porrò
quibus operibus arte opus eſt, ea ne attingere quidem ſenes * debebunt; non tibia, non tuba ſo-
nare, non cithara: non magis, quàm, quæ in palæſtra geruntur, qui luctæ ſunt ignari. Senes igi-

tur

† κακῶς κατε-
σκευάσθη.

† εἰς τὴν παρὰ
φύσιν διάθεσιν
id eſt in affectū
præter naturā.

6. Epi. com. 4. t.
31. 3. 187. e

Ibidem. t. 15.
183. e

† Præter fidem
antiquiſſimi codi
cis ex ipſo cōtex
tu apparet nō le
gēdum eſſe κα-
μνοντες ſed ἀκ
μάζοντες, id eſt
iuuenes ſeu æta
te florentes.

*βλαβεραί, i. no
xiæ.

* poterunt.

A tur omnes consuetis laboribus sunt exercendi, sed tamen uehementia eorum remissa. Tertium, quo dirigit, q̄ exercitationis formam præscribit, ab affectione sumitur, omnis quidem ætatis cō mune, nō tamē parem vbique vim obtinens, cum nec parem vbique noxam neglectum inferat. Quos enim ex leui causa vertigines (σκοτώματα græci vocant) comitiales morbi, grauis ophthal mia, vel auriū dolores male habent, ijs inclinato capite dorsove, aut humi uolutatis exercitari non expedit, immo tū ambulatione sæpe, tum cursu mediocri, tum gestatione in uehiculis, citra fatigationem vti. Simili modo, nec quibus tonsillæ quas παρίσθμια græci vocant, aut vitia, quas antiades appellant, aut anginæ facile incidunt. Nec quibus prompte in columellam, gingiuas, dentes, deniq; partem aliquam ex ijs, quæ circa collum, aut totum caput habentur, fluxiones ꝓ cumbunt. Quippe non nulli dimidio capite infestantur, græci ἡμίκρανα vocant. Aliis tendones, quos græci τένοντας vocant, ex leui qualibet causa dolent. Quorum nemo exercitationem sustinet, quæ caput impleat, sed sunt his omnibus, quæ per crura geruntur, vtilia: sicut e diuerso, qui imbecillis sunt cruribus, his superioribus partibus exercitari est satius, chironomijs, acrochrismis, disci iactu, halterum usu: præterea his omnibus, quæ in palestra humi exercent. At, quorum mediæ crurum, brachiorum q̄ partes opportunæ offensionibus sunt, ijs quoduis exercitatio-
B num genus idoneum fuerit, modo ne reliquarum considerationum vlla prohibeat. Quæ tamen circa thoracem partes sunt, magis inferiorum exercitatione iuuantur: quæ circa vesicam & re nes, superiorum: lienis, ventriculus, iecur, intestina, & colon, sicuti in medio superiorum inferiorumq̄ sunt, ita se ad exercitationes habent. Frictiones tamen partibus infirmis, quo tempore laborant, admouere non conuenit: vbi sanæ sunt, conuenit vel magis, quàm alijs, & potissimum siccas: quas & per linteum, & solis manibus liberaliter adhiberi expedit. Quin etiam, qui certa periodo redeūt quibusdam partibus dolores, hi ne fiant, non parua ex eiusmodi frictione cautio est, si medio tēpore, præcipueq̄ si duas vel tres horas ante accessionem adhibita sit: firmant enim eæ partes, & consuetas fluxiones minus admittunt. Atque hæc quidem non senum modo, sed & qui aliam quamlibet ætatem agunt, omnia sunt communia. Non exercitari vero imbecillis partibus, solis senibus suadeo: ex cæteris, quanto quisq; remotior à senio fuerit, tanto illi magis exercitanda pars infirma est. Quod utique, & quo clariora, quæ dicimus, sint, exemplo prosequi non grauabor. Finge corpus aliquod ex ijs, quæ adhuc augescunt, gracilibus esse cruribus, huic picari crura conducet, & modice fricari, & cursu uti potius, quàm alia quauis exercitatione: porrò præfici ei quempiā oportet, qui* modum in motu præscribat, quò neque intra, quā
C expedit, exercitetur, neque adeo vltra, ut lassitudinē sentiat. Id, tametsi non in exercitationibus modo, verumetiam in alijs omnibus difficile intellectu sit, nos certe facile esse ostendimus in ijs saltem, quæ ad salubrem uictus rationem pertinent. Neque enim in his præceps occasio est, sicuti in morbis: immo, vbi à tutissima in singulis mensura inceperis, & simul, quod ex ea secutum est, æstimaueris, licet, vel addas aliq̄d quotidie, vel detrahas, ac, quod omissum est, corrigas: veluti statim de ijs, q̄bus gracilia sunt crura. Ipse nanque, cum aliquando traditum mihi tredecim annorū puerum, toto augmenti tempore ad ea, quæ prædixi, præcepta curassem, reddidi iuuenem concinnum, legitimiq̄ modi. Nam primo die illitum prius, † bis deinceps, vt soleo, pice, iussi currere, nec celeriter, nec multum. Secundo die frictione, quæ in qualitate quidem esset duræ mollisq̄; media, in quantitate uero exigua, atque hac cum pinguitudine adhibita præmollitum, iussi paulo plus currere, quàm prius, non tamē celerius. Ab ipso vero cursu ea, quæ apotherapiæ debetur, frictione sum vsus. Iussi vero quotidie ambulare, sed inter initia modice, post uero modū augere. Aestimabam quoque in cruribus tum alia, tum præcipue venas, num amplius increuissent, quàm pro crurum bene alendorum ratione. Quippe id graue est, & quod tempore tum fluxiones humorum adsciscit, tum valgos facit, haudquaquam bonum habitum crurum: ☞ Ergo
D non huic modo notæ te esse attentum conuenit, sed & illud obseruare, num calidiora iusto reddita crura sint: num lassitudinis quippiam sentiant. Nam si nihil horum apparuerit, augeri tum ambulationis modum, tum cursus oportebit, atque etiam alternis diebus picari. Sin aliquid eorū cernitur, tum & crura non ꝓ consuetudine deorsum ac prona, sed cōtrario situ, id est sursum habita in lecto collocare conueniet, & copiam omnium, quæ dixi, minuere, minus inambulare, minus currere iubere, frictione inferne sursum vti. Hæc faciens, vbi naturalem planè habitū crura receperunt, rursus ad eū, quem cœpisti, remediorum vsum redibis, aut exiguis eorum incrementis vsus, aut etiam eundem perpetuo modum seruans: adhibebis & quas rotūdas frictiones vocant (hæ mediæ sunt durarum ac mollium) aliàs à superioribus, aliàs ab inferioribus partibus incipiens. Aliquando vero & puluere prius insperſis cruribus oleū infundes, mox fricabis. Esto vero, puluis, qui appellatur pinguis. Sanè ita appellant, in quo asperum quippiam nec acre subest: quippe extenuat potius, quàm carnem auget, quisquis aut pumicosam asperitatem, aut nitrosam, salsamve acrimoniā in se habet. Sicuti vero crassiora quidem crura sunt, brachia vero, cubitiq̄ gracilia, huic omnia quæ per manus fiunt exercitia sunt petenda: fugienda vero, quæ cruribus obeūtur: frictiones tū & picationes simili modo fiant, aliaq̄e, quę de exercitijs crurum iam diximus. Neq; enim parua in ipsis differentia est, alijs omnino ad motum inualidis, etiamsi

† *In ueteribus codicibus legitur δὶς ἐφεξῆς ut ĩterpres uertit: sed in ĩpsis δὶ ἐφεξῆς ut sic postea uertatur. Nā primo die illum pice inunxi: deinde, ut solitus eram, curari etiam iussi.*

ſeptuageſimum ætatis annum nondum attigerint: alijs multo his robuſtioribus, qui etiam ſupra E
octogeſimum ſunt nati. Ergo, qui imbecilliores ſunt, hos geſtatione potius, q̃ inambulatione, di
mouebis: validiores vtroque genere exercitabis: ageſq́; ad ſecundam frictionem vtroſq; nõ ta
mẽ ſimiliter, ſed ſemper imbecilliorem citius. Nam id quoq; ex maximè cõmunibus præceptis
eſto, Vbi imbecillæ uires ſunt, crebra exiguaque frictione utendum: ubi ualide, rara multaque.

De cibandis ſenibus: ac de ratione victus, qua Antiochus medicus, & Thelephus grammaticus, qui longiſſimè vixerunt, utebantur. CAP. 4.

SEd hæc, atq; alia vt dixiſſe quidem eſt facillimũ, ita præeſſe ſenis ſanitati tuẽdæ, ſanè eſt dif-
ficillimum æquè, ut eorũ, qui ex morbo cõualeſcunt. Porrò hanc artis partem appellant iu-
niores medici græce Analepticam, quaſi refectricẽ dicas: illam, quæ ſenum ſanitati proſpicit, Ge
rocomicen. Videturq́; hi ambo affectus nõ eſſe exacta planè ſanitas, ſed vel morbi & ſanitatis
affectus quidã medij: vel oĩno eius ſanitatis non eſſe, quæ firma conſtansq́; ſit, quam καθ' ἕξιν ap
pellant, ſed eius potius, quæ fallax incertaq́; ſit, quam iſti κατὰ σχέσιν nominant. Ergo, ſiue mor
bum, ſiue morboſum quendã affectum, ſiue mediũ quiddam ſanitatis morbiq́ue, ſiue κατὰ σχέσιν
ſanitatẽ, ſenium appelles, huiuſmodi quæſtionibus, cum his nos leuiſſimi homines petunt, pro
nihilo habitis, ſcire licet ſenilis corporis ſtatum, qm̃ ex leui momẽto in morbum decidit, ſimili F
ratione ijs, qui ex morbo cõualeſcunt, in victu eſſe curandum. Quare dictu quidẽ facile eſt, ſeni
expedire mane oleo ungi, ac fricari: cæterum apte hæc opere peregiſſe, omnino difficillimũ eſt.
Nam durior paulo frictio laſſitudinẽ affert: præmollis uero inefficax eſt: ſicut etiam, quę exigua
omnino eſt: at multa magis per halitum digerit, q̃ ad nutritionem conducit. Iam locus ipſe, vbi
corpus ſenis nudat̃, ſi frigidior eſt, non ſolum nihil affert commodi, ſed etiam denſat & refrige-
rat. ſin iuſto calidior eſt, hyeme quidem, vbi rarius corpus effecit, frigori obnoxium reddit:
æſtate uero & per halitum exhaurit, & uires deijcit. Qui enim καθ' ἕξιν ſani ſunt, ijs ne uehemens
quidem cauſa corpus alterat: ſeni uero uel minima cauſa maximę mutationis occaſio eſt. Simi-
liter igit̃ ſe habet in cibi tum qualitate, tum * modo, quippe in quibus ſenes, ſi breue quippiam
* ποσότητος: quantitate. tranſgreſſi limites ſint, non leuiter læduntur: cum iuuenes uel ex maximis erroribus minimum
noxæ ſentiant. Ergo tutius eſt imbecillo ſeni exiguum dare ter die, ſicut Antiochus medicus ſo-
litus eſt ſe cibare, iã quidem annos natus plus q̃ octoginta, ac quotidie ad forum progrediẽs in
eũ locum, vbi concilium ciuium conuenerat, interim etiam longa uia ad ægros inuiſendos per-
gens. Cæterũ domo in forum quaſi trium ſtadiorum ſpatium pedibus confecit. Quo etiam mo-
do infirmos, ſi quos propè habebat, inuiſit. Longius vero ſi quò erat eundum, partim geſtatus G
in ſella, partim uehiculo, uehebatur. Erat autem ei domi domuncula quædam, quæ hyeme cale
bat camino: æſtate citra ignẽ bene attemperatum aerem habebat. In hac mane omnino fricaba
tur tam æſtate, quam hyeme, utiq; deiecta prius aluo. In foro autẽ loco aliquo circiter horã diei
tertiã, vel ad ſummum quartam, ſumpſit panem cum attico melle plerumq; cocto, rarius crudo.
Poſtea partim cũ alijs commentans, partim ipſe ſolus aliquid legens, ad * ſextam uſq; horã perſe
* Al. ſe ptimã. uerabat. Ab hac tũ in publico balneo fricabatur: tum uero exercitabatur, aptis ſcilicet ſeni exer
citationibus: de quarum forma paulo poſt agemus. Mox lotus prandebat mediocriter, primum
ijs ſumptis, quæ aluũ deijciunt: poſt hæc maxime piſcibus, vel quos ſaxatiles vocant, vel † qui in
† πελάγιοι. alto mari degunt. Rurſus in cœna à piſciũ eſu ſuſtinuit, ſed boni ſucci aliquid, ac quod non facile
putreſceret, ſumpſit: utiq; aut * far cũ mulſo, aut auem ex iure ſimplici. Atq; hac quidẽ victus
* χόνδρον. ratione Antiochus in ſenio uſus, ſenſibus illæſis, mẽbriſq́; omnibus integris, ad extremum dura-
uit. Telephus autẽ grammaticus prouectiore, quàm Antiochus, ætate fuit, vt qui centum ferè an
nos uixerit. Is uero hyeme bis menſe lauabatur, æſtate quater, medijs harum temporibus ter. Qui
bus uero diebus non lauabatur, ijs circa tertiam horam unctus eſt cum exigua frictione: mox
mel optimum crudum * alicæ in aqua coctæ permiſtum eſitabat, eoque ſolo contentus pro ienta- H
* κεκραμμένῳ. culo fuit. Prandebat ſeptima hora, aut paulo citius, primum oleribus ſumptis, deinde piſcibus gu
ſtatis, aut auibus: veſpere autem tantum panem ex vino * miſto edebat.

De uinorum natura, ac qualia ſenibus accommoda ſint. CAP. 5.

SAnè vinũ, ſicuti pueris eſt alieniſſimum, ita ſenibus eſt aptiſſimum. Eſto autem id ex ijs, quæ
calidioris naturæ ſunt, qualia ſunt in Græcia quidẽ Ariuſium, & Lesbium, & quod Myſium
vocant, non ex ea Myſia, quę ad Iſtrum eſt, ſed ex ea, quæ Helleſpontia dicitur, quæ nimirum in
noſtra eſt Aſia, Pergamo uicina: ex Italicis vero Falernum, & Surrentinum. Proxima his ſunt in
Italia quidem Tiburtinum, & Signinum, ambo vetera, quando nouella nec deductionem nutri-
menti in corpus adiuuant, nec urinas promouent, ſed diu in uentre fluctuantia permanent. Se-
*Gabianum potius uidetur legendum à Gabiis oppido Latinorum, uel a Gabinis populis Italiæ. cundo ab his loco ſunt Adrianũ & Sabinum, & Albanum, & * Gabrianum, & Triphylinũ: præ-
terea omnia Amineæ, quæ in Italia naſcũtur, & circa Neapolin, & in Thuſcia. Cæterũ Myſiũ Sur
rẽtino ſimiles uires habet: Falerno uero, quòd è Tmolitis eſt optimum. At Sabino & Adriano
Titacazenũ & * Ariuſiũ ſunt ſimilia. Ergo de his modice antiquatis bibendum ſenibus eſt, utique
q̃bus ualentius caput non eſt: quibus autem eſt, ijs & Falernum, & Surrentinum, & Ariuſium &
* Al. Arſyinũ. Lesbium, & Myſium, & Tmolites idonea ſunt. Ergo in omni regione ad prædicta exempla,

deligere

A deligere ſibi quiſq; idoneum poterit, huc uidelicet omni conſilio uini pro ſenibus deligendi di-
recto, ut in ſubſtãtia ſit tenuiſſimum, colore, quod Hippocrates πυῤῥὸν, i. fuluum, appellare ſolet:
poterat autem & ξανθὸν, i. flauum, id appellare. Commodum uero uinum eſt, & quod ὠχρὸν, græce De uict. rat. in
i. pallidum, dicitur, utiq; quod medio colore eſt inter flauum & album. Quippe, ſi flauũ albo mi morb. acu. cõ. 3.
ſcere libeat, quod ex ambobus conſit, pallidum euadet. Et iam aquæ admiſtum flauum, eiuſmo t. 7. 7. 126. h
di colorem reddit: uerum pro maiore minoreve aquæ modo aliàs pallidum, aliàs ueluti qd græ
ce ὠχρόλευκον. i. ex pallido albicãs, uel quod ὠχρόξανθον. i. ex pallido flauum, apparet. Calidiſſimũ
ergo ex iam dictis, ſi colorem ſpectes, flauum eſt: minime uero calidum, album: quæ media in-
ter hæc ſunt, prout alterutri magis accedunt, ita uim eius exhibent. Vnum igitur illud maximũ
ſenibus commodum ex uino accedit, quod omnia eorum membra calfacit: alterum, ꝙ per uri-
nas ſerum ſanguinis expurgat. Itaq; etiam optimum id ſenibus eſt, quod hæc maxime præſtat:
porrò ideſt, qd ſubſtantia quidẽ tenue eſt, (quippe urinas mouet) colore autem flauum: pro-
prius. n. is eſt prẽcalidorum uinorum color. Itaq;, etiam quæ ualde ab initio albæ ſunt, ſi inueteraverint, flauitiem quandam contrahunt: unde primũ pallidula, mox vero planè pallida fiunt.
Quòd ſi longiſſimo tempore ſeruentur, ex pallido flauentia cernuntur: nam, ut oĩno flaua fiant, A* παχεῖς, ideſt
B quæ alba uina ſunt, fieri certe nequit. Quæ uero ex pallidis, aut flauis uinis ſubſtantiæ [a]* pinguis craſſæ.
ſunt, hæc & ſanguinem augent, & corpus nutriunt: quo fit, ut ea utilia ſenibus interdum ſint, utiq;
quo tempore nec ſeroſam humiditatem in uenis habent, & ali liberalius deſiderant. Plurimum
tamen, qui hac ſunt ætate, ijs uinis indigent, quæ urinas cient, propterea, ꝙ aquoſum excremen-
tum in ipſis abundat. Quæ uero diu in uentre morantur, eorum ſanè nullum aptum ſeni eſt. Eius B* Al. Mar-
generis ſunt & Amineum a Bithynia, & ex Italicis [b]* Murſum, & Signinum, & Tiburtinum: quoad ſum.
uidelicet ſunt nouella. Verum hæc omnia alba ſunt, nigra uero reliqua: quorum craſſa, quæ qui-
dem adſtringunt, ea longo tempore in uentre manent, & fluctuationes in eo excitant, ueluti, qd C* Al. Aega-
in Cilicia naſcitur, Sybates, & quod in Aſia natum [c]* Agauſien uocant, & Perperinium. Quę ue ſie in 12. meth.
ro citra adſtrictionem nigra craſſaque ſunt, quod genus ſunt Scibellites & Theræum, ea minus capit. 4. legitur
in uentre morantur, urinas tamen nec ipſa mouent, ſed deorſum properant. Itaque etiam ante Aegeatem, &
cibum illa ſumunt. Cæterum ea ſenibus utilia non ſunt, nec cum præbibuntur, nec multo magis alibi.
alio quouis tempore ſumpta, ueluti nec aliud quicquam, quod craſſum efficiat ſuccũ: quippe ob- D* Gal. li. 7. de
ſtruuntur his iecur, lienis, & renes. Vnde fit ut ſenum, qui his liberalius utuntur, alij aqua intercu ſimpl. med. fac.
te, alij calculo laborent. Si quis ergo ſenum dulci uino uti a balneo uelit, ubi mane comederit, cap. de Ceſtro
C ſicuti Antiochum ſolere diximus, huic optimum Fauſtianum Falernum fuerit: aut, ſi eius copia dicit Ceſtrũ la
non eſt, ſimile aliquod. Porrò ſimilia fuerint, quæ dulcia ſimul & pallida ſunt: proxima his ſunt tine uocari Be
Therenum, & Cyrienum. Non uetem etiam nec ijs uinis, quæ melle condiantur, ſenes uti, maxi- tonica, hic ta-
me quibus ſuſpicio eſt calculi in renibus gignendi, aut podagræ alicuius, articulariſve morbi im mẽ uidetur fa-
petus futuri. Porrò uinum huiuſcemodi compoſitioni aptiſſimum fuerit Sabinum, aut ſimile ali- cere differẽtiã
quod. Cõijcitur autem in id petroſelinum. Atque id ſolum articularibus ſatisfaciat: ijs uero, qui inter Betonicã
calculo laborant, etiam aliquid Betonicæ, & [d]* Ceſtri, qui in Gallijs naſcitur, eſt immiſcendum: & Ceſtron: &
uocant autem herbam eam [e]* ſaxiphagon. Qui uero curioſius id medicamentum componunt, ita ẽt i cod. græ
etiam ſpicæ nardi aliquid inijciunt. Sunt uero & alia quædam, quibus urinas mouendi uis ineſt. cis Actij, Ger-
Verum ſimplicem potionem plerique ex uino melleque conficiunt, adiecto rutæ piperiſq; exi- manus namq;
guo. Si uero prius, quàm lotus eſt, comedit quippiam, nec uenter eius ullo auxilio eget, uinum al interpres Aetij
bum, & quod parum aquæ tolerat, a balneo bibat. At, quæ craſſa, dulcia, & nigra uina ſunt, ea dicit, Betonica
omnia propterea quòd obſtruunt uiſcera, ſunt fugienda. quæ & Ceſtron
appellatur &
Quos uitare, quos ſumere cibos ſenes oporteat, ne obſtructionibus corripiantur. CAP. 6. ſaxifraga.

E* In impreſſis
græ. ẽ ſaxipha
gon. in manu-
ſcriptis, ſaxi-
phragõ, hoc eſt
ſaxifraga.

F* χόνδρου.

G* πυρῶν, i. tri
tici: interpres au
tẽ legit τυρῶν.

H* Aetius lib.
4. c. 3. ubi tra-
ctat. de Diæta
ſenũ, totã hanc
Galeni ſniam
ponens, habet
ὠῶν ἐφθῶν, &
ita omnino ui-
detur legendũ.
Qualia autem
ſunt oua ἑφθά,
uide potiſſimũ
lib. 3. de alim.
facult. cap. de
Ouis.

D VErum obſtructio, quæ ex uino incidit, mediocris eſt: q̃ uero ex cibis iis naſcitur, qui ſuccũ
craſſum lentumq; creant, huic non facile ſuccurritur. Quo magis cauendum ſenibus eſt à
Al. 1. ẽ. 3. d. 3. c. ſũ. 67. e multo [f]* farris, aut [g]* caſei, aut [h]* ouorum, aut cochlearum, aut bulborum, aut lentis, aut ſuillę car
nis eſu: multoq; magis, nec anguillarum, aut oſtrearum, aut deniq; eorum, quorũ dura caro dif-
ficilisq; concoctu eſt, uſum frequentent. Ob eandem rationem nec eorum, quæ teſta integunt,
(oſtracoderma græci uocant) aut cartilagineorum, aut thynnorum, aut denique cetarij generis
ullum utile his eſt. Sed nec ex carnibus ceruina, caprinave, aut bubula. An hæ potius nec alij ul
li ſunt utiles? Ouilla uero iuuenibus quidem non malus eſt cibus: ſenibus uero nec ea eſt cõmo-
da: atq; etiã hac multo minus agnina, quippe quæ humida, & mucoſa, & glutinoſa, & pituitoſa
eſt. Hœdina vero ſanè non incommoda ſeni eſt. Præterea aues eæ, quæ extra paludes, ac flumi-
na, ſtagnaq; degunt. Salita vero omnia, meliora recẽtibus ſunt. Ergo, ſicuti diximus, ante omnia
cauendum ab ijs, qui obſtruant, cibis eſt. Quòd ſi res cogat aliquando copioſius his vti, protinus
ſumendum medicamentum diacalaminthes eſt: cuius compoſitionẽ ſupra in quarto poſui. Eius
ſi copia non eſt, dia trion pipereon petendum. Sin ne id quidem ad manum eſt, piper album tu-
ſum, cribratumque diligenter, ac in pollinem redactum, & cum cibis eſſe, & potioni inſpergere,
ſed & cæpas eſitare, tum expediet: quin etiã allium, ſi huic aſſueuerit. Antidotus quoq; ex vipe-
ris, quã Theriacen vocant, non incommode ſenibus datur, potiſſimũ vbi poſt obſtructes cibos,

ea,

ea,quæ obſtructiones liberent, ante hanc exhi bueris : tunc.n.efficaciſſimum ex Theriace præſi- E
dium expectes.Quòd ſi ab iſtiuſmodi ſubducta aluus ſit, utiliſſime Theriacen poſtridie dederis.
Aeque uero,& quam Ambroſiam, & quam Athanaſiam uocant, aliaq; id genus medicamẽta,
quæcunq; ex prædictis aromatis ſunt compoſita.Seni tamen,qui accurate ſibi proſpexerit,nuſ-
quam tali medicamento opus erit:ſed,ſiquando extenuante uictus ratione egebit:ſatisfacient,
quæ alio opere ſeorſum ſcripſimus,in quo de extenuante uictu diſſeruimus.

De pane, & optimo ſenibus lacte comparando. CAP. 7.

IAm illud patere arbitror,panem″ quoque his exhibẽdum, qui nec ſalem,nec fermentũ, nec
ſubactionem,nec iuſtam coctionem deſideret;non autem aut iſtam publice laudatam ſimila- A.l.2.c.2.fo.
ginem,aut,quæ ex ea fiunt,bellaria:quippe omnia talia non ſolum coctu difficilia, ſed etiã ma
li ſucci ſunt,uiſceraq; obſtruunt.Ac niſi placentis,quæ ex butyro & ſimilagine fiũt,mel affatim
eſſet admiſtum,nullus cibus omnibus hominibus,nedum ſenibus,magis erat aduerſus.Cęterum
quid noxijs ſalubria miſceas,cum licet melle per ſe uti, partim cocto, partim crudo, cum pane?
Cura uero maior hñda eſt de panis bonitate,q̃ mellis.Nã mel profectò melius fuerit,quod ſpe-
cie,ac uiribus Attico ſit ſimile:ꝙ ſi talè non datur,quolibet utare,modo ne mali odoris ſit,neve
ceræ qualitates aperte præferat, neve præſertim qualitatem quampiam extraneam. Adeo ue- F
ro panes id genus,quale modo retuli, utile quicquam ſenis corpori non conferunt, ut etiã ſint
alieniſſimi:atq; hoc amplius,quo ſint magis puri. Video autem athletis id genus ſtudio præpa-
rari,verum his ad ea,quæ moliuntur,aptum eſt.Seni,niſi multum admiſtum ſit ſalis,niſi multum
fermenti,niſi diligentiſſime ſit coctum, craſſum efficit ac glutinoſum ſuccum, qui nec vlli alij eſt
utilis copioſius inauctus. Ergo & obſtructiones in iecinore, liene,& renibus facit,maxime qui-
bus in his uiſceribus uaſorum exitus anguſtiores natura ſunt:Nam,ſicut in ijs uenis,quę palã ocu
lis ſubijciuntur,non parua amplitudinis diuerſitas cernitur tum alterius hominis ad alterũ,tum
in unius cuiuslibet partibus,ſic in ijs, quæ intus latent,ſe habere putandum:hanc tñ differentiam
prius q̃ experimento ſit explorata,internoſcere non eſt. Experiẽtiam intelligo, quam ex eorũ,
quæ ſumuntur,ſingulis facere licet ξita,vt,ſi quis hæc craſſa ſumere ſit aſſuetus, nec tamen offen
ditur,latas habere prædictorum uiſcerum uenas ſit putãdus:ſin facile offenditur,anguſtas.ξNo-
uimus.n.ſenem quendam agricolam,qui amplius,quàm centum annos,ruri vitam egerat: huic
plurimum nutrimenti caprinum lac erat:quod aliàs cum mica panis in eo macerata ſtatim ſum
pſit:aliàs mel immiſcuit:aliàs coxit,etiam thymi cacumina vna cum pane inijciens.Hunc quidã
imitatus,videlicet tam longæ vitæ cauſam ratus in lacte ſubeſſe,perpetuo lædebatur, quocunq; G
in modo ſumpſiſſet:nam primum illi grauabatur os ventriculi:moxtendebantur in dextro* præ
cordia. Alius quoque, ſimili modo cum lacte vti cœpiſſet, de reliquis nihil eſt queſtus, quippe
qui & probe id cõcoxit,nec acidum,aut fumidum ructum ex eo ſenſit, nec ſtatum, ac grauitatem
in præcordijs:ſeptimo tamen † quàm ſumpſerat ξ die iecur ſe ſentire manifeſte grauatum dixit,
quippe videri ſibi quiddam in dextris præcordijs,ceu lapidem, iacere, ſic, vt & deorſum trahe-
rentur,quæ ſupra eſſent,& tenſio ad iugulum vſque pertingeret.Conſtat huic obſtructum iecur
fuiſſe,illi flatu intumuiſſe. Quin etiam noui,cui ex diuturno″ lactis vſu calculus in renibus eſt na A.iiii.
tus:ſicuti alium quendam,qui omnes dentes amiſit, læſitque: id verò alij quoque multis contigit
ex diutino lactis vſu. Alij rurſus citra noxam lacte perpetuo ſunt vſi,immo etiam cum maxi- A.iiij.
mo fructu,veluti agricola,quem ſupra centum annos vixiſſe diximus.Vbi enim nec lactis qualitas
vtentis naturæ quicquam eſt aduerſa, & viſcerum tranſitus faciles propter venarum amplitudinem
ſunt, qui ita ſunt affecti,ij commodis lactis fruuntur, omnis eius incommodi expertes.
Porrò commoda lactis iam aliis ante me medicis dicta ſunt: nempe ventris moderata deiectio,
ſucci bonitas,& nutritio,paſcuis quoque ipſis animalium,quorum lacte vtendum eſt,non parũ
ad hæc conferentibus:quanquam ſunt,qui paſcuorum rationẽ planè pro nihilo habeant,quaſi H
nihil,parumve ad lactis bonitatem conferant. Cæterum haud dubie videmus animalium,quo-
rum vſuri lacte ſumus,ſi ſcammonia,aut † marinarum lactucarum ξ quapiam,veſcantur, in lacte
quoque laxandi vires ineſſe.Ex quo patet,ꝙ ex vitioſo paſcuo acre,* acutum,& auſterum redde
tur,naturam videlicet herbarum imitatum. Itaque etiam, qui ante nos medici fuerunt, ipſo rei
vſu docti,quædam paſcua,vtique quæ lacti eſſent inepta,ἀγάλακτα dixerunt,ita enim græce ap-
pellant:de quibus ipſi quoq; alibi tractauimus. Nũc hactenus ſaltẽ de his intelleXiſſe abũde eſt,
animaliũ,quorum ueluti optimi ſucci lacte ſis uſurus, neq; acria, neq; acuta,neq; admodum au-
ſtera,debere eſſe nutrimenta.Illud uero, uel me tacente,conſtare arbitror, animal ipſum & flo-
rẽte ætate eſſe,& corporis habitu planè inculpato,debere. Satiusq; fuerit alterum caprã, alterũ
aſinã eſſe,earumq; lacte uicibus uti:quippe aſinæ lac,tenue,ſeroſumq; eſt:capræ,mediocris ſub
ſtantiæ eſt. Itaque hoc nutriet magis, ubi uidelicet nutritione eſt opus : illud omnino tutius eſt.
Nam, & ſiquando ſolum † cum pane ſumitur, tum citius ſubducitur, tũ minime eſt flatulentum:
ſed nec in uentre cogitur, potiſſimum ſi prius ſalis aliquid & mellis immiſeris. Oportet autem
non huius modo,ſed etiam reliquæ omnis auxiliorum materiæ,uires ſeorſum prædidiciſſe, qui
ipſis recte ſit uſurus,ne ſæpe nobis de ipſis eadem repetere ſit neceſſe. Ac nũc certe mihi videor

longius

* ὑποχόνδρια ſic paſſim præcordia pro hypochondrijs.

† μετὰ τὴν ἀρχὴν. i. poſtquam eo uti cœpiſſet.

† τὸ θυμαλλῶν ὀξύ i. acidum.

†Aliqui codices græci non habẽt ξὺν ἄρτῳ, ſed χωρὶς ἄρτου. i. ſine pane : q̃ lectio uidetur melior,cũ prius dixerit ſolum.

A longius q̃ pro re propoſita, de lacte uinoque diſputaſſe. Siquidem præſtitiſſet commoditate eorum in ſenes explicata, qui iam tum facultates utriuſque* publicas, tum priuatas differentias dicciſſet, hunc ad materiæ delectum remittere, utique de uino tantiſper præfatos, q̃ que calidiora ſunt, quæque vrinas mouent, ea ſenibus magis conducant. De lacte uero, q̃ non omnibus ſit exhibendum: ſed ijs ſolis, qui id probe concoquant, nec ullum ex eo ſymptoma in dextra* præcordiorum parte ſentiant. Sed, quoniam interim propter multorum ad legendos eos libros, in quibus prolixius de præſidiorum materia diſſeritur, faſtidium, lõgiores eſſe ſubinde cogimur, merito (ut arbitror) nunc quoque condonabitur nobis tractationis modus, ſi exacta breuitate in vniuerſali methodo minime utimur. Illud tamen non ignorandum, fieri non poſſe, ut tuto quis comprehenſis materijs ex huiuſmodi ſolum doctrina utatur, qualem modo de lacte uinoq̃; tradidimus. Immo, qui his optime uti uolet, didiciſſe hũc prius oportet propriam de omni materia tractationem: in qua tum publicas materiæ vires æſtimauimus, tum priuatas eius differentias vſque ad vltimas ſpecies. Neque enim de cæteris omnibus, quæ ſcire opus eſt ei, qui ſenis ſanitatẽ tutabitur, expedit hoc opere fuſe tractare, ſed ſatis eſt de quibuſdam, ſcilicet, quæ ſenibus maxime ſunt neceſſaria, ita determinaſſe, quemadmodum paulo ante de lacte uinoque egimus, de

* κοινὰς. i. communes.

B quibuſdam etiam breuius, quàm de his fecimus, ſicuti rurſus de alijs in totum nihil dixiſſe: quanquam, cui extendere ſermonem cordi eſt, poteſt omnium, quæ in ſenibus abundare ſolent, meminiſſe, atque ad hunc modum dicere.

De victu ſenum pro ratione affectuum, quibus infeſtantur. CAP. 8.

CAeterum ſatius eſt & de reliquis dicere, quæ ſenum pleriſque incidunt: vt ſunt raucedines, quos branchos, &* deſtillationes, quas κόρυζας græce uocant, & calculus in renibus, & articulares morbi, & podagræ, & aſthmata, aliaq̃; id genus. Atq; ad raucedines quidem & * deſtillationes, victus rationem hanc, medicamenta uero hęc comparare oportere: ad calculum uero, & reliquorum ſingula, hæc. Atque ad eum modum de reliquis differens, non diligens modo uidebitur, ſed etiam in ſenum curandorum ſciẽtia doctus. Verum, ſicuti nec horum quicquam ſcribi in tractatione de ſenum curatione conuenit, cum præſertim ex morborum curandorum methodo, quiſquis in hac ſit exercitatus, ea liceat ſumere, ita rurſus nec, cum ſola communia dixeris, ibi deſiſtere, ſed ipſis propoſitis aliqua mox ex particularibus ſubijcere, quæ maxime propoſitę diſputationi ſunt accommoda: ceu ipſi fecimus. Nam, quoniam in ijs commentarijs, quos De temperamentis ſcripſimus, indicatum eſt, ſenium indubitato frigidũ eſſe, non tamen indubitato ſic-

* Grauedines, ſic.n latini κόρυζας uocant.

C cum, vtpote nonnullis id humidum eſſe affirmantibus, conuenit ſane, vt ijs, quæ de ſenum tẽperamento demonſtrata ſunt, ad hanc artis partem, quam de ipſorum ductu nũc inſtituimus, hypotheſeos loco acceptis, ipſarum rerum ſcopum ab illa ſumamus, ac nonnulla particularium tractemus, partim exercendi diſcentis cauſa, partim ad inuentionem eorum, quæ conſulto omiſſa ſunt, futura veluti exempla: propterea, q̃ non omnes ita ſunt ſolertes, vt ex ſolo vniuerſali præcepto ipſi particularia inueniant, ſed, qui ad ea veluti manu ducat, deſiderent. Quippe quibus exercitata ratiocinatio eſt, vbi ſenis corpus, quantum ad ipſas partes attinet, frigidum ſiccumq̃; eſſe audierint, facile autem ſeroſis, & pituitoſis excremẽtis ob virium infirmitatem impleri, hæc quidem conabuntur emittere, ſolidas autem ipſas calfacere, atq; humectare. Verum, qui excrementorum copia decepti, indefinite pronunciarunt, ſenum temperamẽtum eſſe humidũ, ij protinus in ipſo primo agendorum conſilio falluntur, dum ſenum corpora ſiccanda putant. Itaque

Alij 3. d. 3. alij 7. d

ex cibis eos potius, qui ſiccant, exhibent, ueluti ex oleribus brafſicam potius, q̃ maluam, aut blitum, aut lapathum, aut atriplicem, aut lactucam. Ex leguminibus præ ptiſana lentem, & præ faba milium, & præ zea panicum. Ex fructibus amygdalas, & terebinthi ſemẽ potius, q̃ cucurbitas, & cucumeres maturos, & pruna, & mora. Iam ex carnibus eas, quæ ferarum ſunt potius, q̃ cicurũ:

D & ſalitas potius, q̃ recentes. In tota deniq; uictus ratione, quorũ vis humida eſt, hæc fugiunt: quorum ſicca eſt, hæc amplectuntur, quanquam contra prorſus res ipſas poſtulat, cum proſint his* maxime humectantes cibi. Verum qm̃ horum etiam frigidi quidam temperamenti ſunt, proindeq̃; pituitam in ventre ilico gignunt, ac primis venis, hinc videlicet noxij ſunt niſi ijs, qui nec vniuerſum ſenum temperamentum nouerunt, nec caput uictus eorum ordinandi uident. Quippe nec oleum, nec dulcis aquæ calens balneum, nec uini potio his proſit, ſi humectationis nõ indigent. Iam, q̃ moderato motu & ſomno indigeant, ſatis magna documenta ſunt, quo uictus eorum dirigi conſilium debeat. Quare, ſi qñ propter pituitam genitam cogimur aliquid ex ijs, quę ipſam incidant ac diſſecent, petere, reuertendum ſine mora ad humectãtem uictum eſt. Pari modo, ſi qñ propter obſtructionis ſuſpicionẽ ad cibos, medicamenta ve, quæ obſtructos meatus liberent, conuertimur: quo minus tamen humidi temperamenti cibi ſint, nec illo ipſo die committendum, multoq̃; magis poſtero die eidem propoſito hærendum, ac* far cum melle exhibẽdũ, acetiq̃; aliquid ei miſcendum, utiq; cum ptiſanæ ritu præparamus, ex mulſo, uinove falerno ſumere iubendum, aut lacte, ut prædixi, utendum, aut ptiſana bene cocta, quæ piperis pollinem accepit. Ita uero & maturi fici præ cæteris fructibus autũnalibus ſunt eligendi: hyeme uerò caricę. Panis quoq; ita, ut dixi, præparatus, aut cum melle, aut cũ mulſo, aut cũ uino aliquo idoneo. Ve-

* ἐναργῶς. i. euidenter.

* χένδρον.

luti

luti enim exempla claritatis causa hæc apponimus, ut, qui perlegerit, ad uniuersalem scopum, E quo calor, humectatioque petuntur, intentus iudicare de materia simili modo queat.

Quibus senes uti debeant ad aluum ciendam. CAP. 9.

QVoniam autem tum pituitosum, tum serosum excrementum, in senum corporibus colligitur; & urinas moueri quotidie conuenit, non tñ per pharmaca, sed apio, & melle, & uinis, quæ id præstare ualeant: & aluum soluere, potissimum oleo ante cibum absorpto, sed & oleribus ex oleo, garoq; ante cibum assumptis. Ac quotidie quidem tum per hæc abunde aluus quibusdam soluitur, tum ex ficis, vtique cum hi hñr, & prunis, ac alijs id genus, quæ æstate autumnoq; vigent: hyeme vero & caricis, & prunis damascenis, ijsq; aut elixis, aut in mulso, cui pluscu- A.Lu. ca. lum insit mellis, maceratis. eritque id melius, si mel atticum sit. Longe autem ad deijciendam aluum damascenis hispana præstant. Quin oliuas ex muria præsumere aliquando licet. Aloë uero, quod multos senum, quibus siccus uenter est, facere uideo, haud quaquam sumi suaserim: hãc alij in pilulas fingunt cum brassicæ succo, alij tantum puluerem eius alicui inspergunt liquori, q alijs aqua est, aliis mulsum. Diuites eam, quæ cum cinnamomo conficitur, accipiunt: medicamẽ tum id alii hieram dialoes, alii amaram uocant. Habent vero id alii siccum, quo potioni inspergant, alii melle modice exceptum non cocto. Verum nullo horum senibus est opus, nisi maior a- F liqua necessitas vrgeat: quippe, si iam comprehensis aluus soluitur, etsi non quotidie, saltẽ alternis diebus, nullum planè medicamento sum dari debebit. Quòd si biduo adstrictus" uenter, ter- A.Aëti. tio die non soluitur, sat eo tpe fuerit mercurialem herbam, & marinam brassicam (græci thalassocramben uocant) & cnicum in ptisana, aliaque, quæ modice medicamentorum uim obtinẽt, dedisse: similiter & terebinthi resinam. Sumitur autem ea aliqñ nucis ponticæ magnitudine, aliqñ duarum, triumve: quippe non modo aluum soluere citra noxam potest, sed etiã uiscera omnia, iecur, lienem, renes, pulmonemq; absterge re. Porrò ijs, quæ prædiximus, varie uti expediet, neque uno tñ delecto, id perpetuo exhibere: cui namq; assuefacta spatio sumentis natura erit, eius vim contemnet. Ergo uariare uices tum prædictis oportet, tum vero eo medicamẽto, quod ex caricis conficitur: Sunto autẽ hæ pingues, auferaturq; ipsis ea, quæ foris circuit pellis: pari modo & cnico: mox ambo simul tundantur. Esto autem & carica cum cnico pari põdere. Licebit vero hic quoq; medicamentũ experiri, ac prout se ad sumentis naturam habet, aliàs plus, aliàs minus cnici immittere: sumere vero duarum triumve caricarum magnitudinis modum. Ex ipsa vero (vt dixi) experientia inueniet sibi ipsi quis talium omniũ legitimũ modũ, cum uenter aliis magis, aliis minus, medicamentis sit obediens. Cæterum nullũ eorũ, quæ dicta sunt, medicamento- G rum exhiberi admodum copiose debebit. Siquidem nonnulli in præsens gaudẽt, si copiosius desederint: verum, quanto magis sunt uacuati, tanto his uenter sequentibus diebus magis adstringitur. Quo fit, vt ipse, si qui sunt, quibus in diuturnis morbis uenter sistitur, (quales potissimũ hyeme contingunt, quibusq; post longam infirmitatem in conualescẽtia similis affectus incidit) iis aluum duco non" acribus per inferiora infusis, sed tñ oleo. Quod etiam sanis quoque, vbi vẽter A.Aëti. adstringitur, securus interdum infundas: quippe quo & siccius excrementum madescit, & transitus efficitur lubricus, & corpus ipsum senis emollitur, duris aliàs pellibus similiter rigens. Non tamen sunt hæc senis, qua senex est, propria: quippe cum etiam sint ijs, qui à longis morbis conualescunt, vtilia. Quid igitur proprium est senis, qua senex est? nempe, quod temperamento eius conducit. Id enim est, cuius culpa senescimus, alius alio tempore citius seriusve, prout uel natura ab initio sumus comparati, uel ex uitæ exercitio, uel ex uictus ratione, uel morbo, uel solicitudine, uel alio id genus, immoderatius siccati. Est enim id, quod omnes homines proprie senectutem appellant, non aliud, q̃ siccum & frigidum corporis temperamentum, annorum multitudinis ratione proueniens. Accidit autem interdum & ex febrili morbo: atque id etiam ex morbo senium appellamus, sicuti in libro de marasmo diximus: quippe cũ eiusmodi affectus, marasmus H quidam sit: qui non in animalibus modo, uerum etiam stirpibus uisitur. Tradita uerò iam est primo huius operis uolumine prouenientis in nobis senectutis necessitas. Ergo tum ex illo, tum ex ijs, quæ de temperamentis, atque etiam ex libello, quem De marasmo scripsimus, instructior quispiam ad eam artis partem, quæ de senum ductu agit, reddi poterit.

Ratio dignoscendi & curandi omnes affectus, qui in senum & reliquorum hominum corporibus oriuntur. CAP. 10.

SIquidem omnis affectionis corporalis prouidentia in duobus consistit, nempe propria eius internoscenda essentia, & materiæ præsidiorum uiribus: vt statim in proposito nunc nobis senio, qui scienter pernouit affectum eum siccitatem quãdam cum frigiditate esse, si quidem, quæ humectent pariter & calfaciant, præsidiorum materias norit, is idoneus senum medicus fuerit. Quadruplex uero materiæ genus cum sit, quæ sumuntur, quæ geruntur, quæ educuntur, quæ foris admouentur, utique ex singulis eligere oportebit, quę calfacere humectareq; possint. Sed ad horum cuiusque commodum usum, exercitatio, quæ per exempla fit, maxime est utilis. Scio ergo aliquando me, pueri thoracem, qui ab reliquarũ partium symmetria, i. debita cõuenientia, non parum aberat, eiusmodi remedii genere ad iustam perduxisse mensurã. Cinxi illi lato modice

A dice cinctu oĩa, quæ ſub thorace ad coxas vſq; ſunt, ita temperans, vt tum citra offenſionem hę reret, tũ nec laxum quicquam relinqueret, nec etiam premeret. Exercitationes vero iniunxi, & q̃ per tota obeũtur brachia, & vociferationes, quas phonaſci ἀναφωνήσεις appellant. In vtriſque vero cohiberi anhelitũ iuſſi. Id fit, cum thoracem ipſum undiq; valenter *impuleris: *anhelitũ autẽ ſic compreſſeris, vt, quem prius attraxeris ſpiritum, totum intus retineas. Itaque etiam am plius inſpirauerit, oportet, q̃ hoc cõmode faciet: quãdoquidem, quo amplius ſit aeris, qui com pellit, hoc magis thorax diſtentus dilatabitur. Quòd autem ipſæ quoque uociferationes tũ magnifaciendæ, tũ in acumen tendendæ ſint, id minime eſt obſcurum, ſi modo uniuerſas thoracis partes valenter exercitari in aĩo eſt. Atq; hæc quidem gliſcentium adhuc coporum ea, quæ natura male condita ſunt, ad iuſtã conuenientiam, ſymmetriamq; reſtituẽt. Eadem modice etiam ijs, q̃ perfectam iam magnitudinem conſecuti ſunt, proderunt: uerum in ſene nihil tale molien dũ, utpote cui feriari infirmas partes utilius eſſe diximus. Vtilius uero his eſt & conſueto *opere exercitari, ẽt ſi modice noxium ſit. Contra iuuenibus ea mutare, quæ nocent, tentandum eſt, etiã ſi à pueris his maxime inſueuerint: poſſunt enim eorũ uires moderate factam mutationem ſuſtinere, ſperariq; põt in reliquo uitæ tempore fructum aliquem eos ex meliore conſuetudine

B percepturos. At ſenex, ſi poſſet longo tempore ſenſim malam conſuetudinẽ mutare, propterea quòd, quo tempore meliore frueretur, habiturus non eſſet, fruſtra laborem inſumeret: non aliter, q̃ ſi quis artem diſcere quampiam octogenarius inciperet. Sicuti vero ſenum ipſorum inter ſe non parua differentia eſt, ſiue id ex ætate ſpectes, ſiue ex corporis affectu: ita & eorum, qui natura ſicciore, frigidioreq; ſunt, ſi ad mediocrem ſtatum compares, nõ paruum intemperiei diſcrimen inuenies tum ipſorum inter ſe, tum uero ad ſenes. Atque humectare quidem hos profectò calfacereq; conueniet, cæterum audacius hæc facere in ijs, qui per ætatem maiori exercitio sũt ferundo, ceu quorum validæ adhuc uires ſunt. Quippe primum, quo omne remediorum conſilium dirigitur, eiuſmodi intemperies corporis eſt, non ſenium, aut ætas aliqua. Verum, quoniã affectuum * naturam per coniecturam accipimus, idcirco ætatem quoq; conſideramus. Porrò eadem utilitas & conſuetudinis noſcendæ eſt, præterea extrinſecus incidẽtium cauſarum, quas procatarcticas græce uocant: quippe ad certiorem affectuum notitiam talia omnia nobis condu cunt: remediorum tĩ * inſinuatio ex his non præſtatur. At empiricis talia totius concurſus, quam συνδρομὴν uocant, pars eſſe cenſentur: quæ ſyndrome in ipſa curatione eſt obſeruata, haud quaquam ex ijs, quę fieri affectus poſtulat, inuenta. Quo rationabilius Hippocrates de agnoſcẽdo,

C præſagiendoq; plurima ſcripſit, utiq; in particularibus nos exercens: quod ẽt optimi medicorũ poſt eum fecerunt, non ignari huic nullo negocio inuẽtum iri remedia, qui eius, quod curat, corporis ægri ſanive affectum, exacte norit. Siquidem, vt ſæpe teſtati ſumus, incipiendum ab illo medendi præcepto eſt, ‖ Contraria eſſe contrariorum remedia: ubi uero remediorum materiã compertam habueris, ac ſimul uires eius intellexeris, male affecto corpori, ſemper cõtraria: optime ſe habenti, ſimilia uiribus eſſe adhibenda. Quin etiam intemperies ipſas, quæcunq; adhuc intra ſanitatis fines ſubſiſtunt, ſi corrigere ſtudebis, contraria quodammodo uictus ratione curabis: quod tamen per multum fit ocium. Nam, ſi in negocio ſint, ſimilibus uteris: potiſſimum cum ita fuerint corpora aſſueta. Porrò accidit alterum horum plerunq; magis, ceu naturis ipſis ea, quæ ſibi ſunt accommoda, ſua ſponte, citraq; doctorem eligentibus. Atq; hactenus male affecto corpori contraria exhibebimus, quoad priſtinum ſtatum conſecutum ſit.

De victus ratione, quæ intemperies corrigat, inſtituenda. CAP. II.

CAeterum ea uictus ratio, quæ intemperies corrigit, longius plerunq; procedit, p̃pea, q̃ ſimilibus maiore ex parte morbis tentamur, qui calidiore natura eſt, calidos morbos facile incurrente: qui frigidiore, frigidos: & reliquis pro ratione. Facilius itaque, quicquid intemperatũ

D eſt, ad propriam naturam redit, q̃ ad optimum temperamentum uenit: quippe id cum in medio omnis intemperantię ſit, quiſquis conueniente naturæ ſuę morbo laborat, ab eo longius abeſt: qui diſſimili, minus. Ergo nec aſſuetudines ipſę, tametſi prauę ſunt, diſplicentibus adhuc ſibi corporibus nutandę ſunt. Quin nec per ſummam ſanitatem ſemper id tentandum, ſed tum, cum is, cui mutandę ſunt, à ciuilibus negociis maxime vacat. Hæc itaq; communia omnium temperamẽtorum præcepta particulatim variantur, prout intemperantia quæuis ab optimo temperamẽto receſſit. Nec mirum ſanè eſt, ſi intemperatæ naturæ, quæ in medio exactæ ſanitatis, & morbi ſenſibilis conſiſtunt, etiam ad ordinandi uictus modum ſint ancipites. Sed nec illud mirandum, ab ijſdem adiuuari, lædiq; homines uideri. Nam contra, ſi omnes inter ſe ſimilem corporis ſtatum obtinerent, utiq; mirandum tum eſſet, aliquos † iuuari lædiq; ab ijſdem: ſed, quoniam contrarij inter ſe multorum hominum corporis ſtatus ſunt, ratione caret, quod ex cõtrarijs etiam utilitatem percipiant. Quo magis de medicis omnibus mirari cuipiam licet, quicunq; nullo prius naturarum facto diſcrimine, de ſanitate tuenda ſcribere ſunt aggreſſi. Sicuti enim fieri non poteſt, ut unum calopodium ad omnes homines ſutor accommodet, ita nec medicus unam omnibus vitæ ſpeciẽ, quę conducat. Hac igitur de cauſa quidam ſaluberrimũ eſſe affirmant abunde quotidie exercitari: quidã nihil obſtare, quo minus in quiete prorſus degatur. Et ſunt, quibus lauari

maxime

*θλιβόντων.

*ἐκπνοὴν, expirationem.

*ἐπιτηδεύματι.

*μέτρον. i. menſuram.

*ἔνδειξις. i. indicatio.

In lib. de Flatibus, haud longe a principio.

† *Additur in cod. græcis,* ὑπὸ τῶν ἐναντίων, *i. a contrarijs.*

maxime ſalutare videtur: alijs minime: Quin etiã de vini aquæq; potione, itemq; de alijs ad eũ- E
dẽ modum, non ijs modo quæ ad ſalubrem victus rationem pertinent, ſed etiam morborum re-
medijs, pugnantiſſima inter ſe ſcribunt adeo, vt uel unum quippiam, quod omnibus his inter ip
ſos conueniat, rarũ inuentu ſit. Cæterum uſus ipſe docet, tum ab ijſdem ipſis aliquos lædi iuua-
riq;, tũ à contrarijs pari modo. Equidem quoſdam noui, qui, ſi triduo ſe ab exercitatione abſti-
nerent, protinus egrotabant. Alios in perpetua quiete degentes, tamẽ ſecundam ualetudinem
* τείρας tueri. Atq; horum ipſorum alios minime lauare: alios, niſi lauiſſent, illico febricitare: ſicut Premi
genes Mitylenæus. Atque, ꝙ hæc quidem ita fieri cernantur, ẽt ij, qui ſolo * uſu artem colligunt,
nouere. Nemo tũ eorum ita, ut in morbis, notas prodidit, quibus quis intentus, quam quiſque vi
† pleuritide. ctus rationẽ poſtulet, inuenire poſſet. Quippe in pauciſſimis inuenias exacte traditas, quas em-
pirici ſyndromas, id eſt concurſus, vocant, quemadmodum in peripneumonia, & † laterum com
* ſymptomatũ. punctione: ſed pleriq; morborum coniecturalem hñt dignotionem, vt qui non ex certorũ * inci
dentium collectu noſcantur, ſed hoĩem deſiderent, qui exquiſite corporis affectum calleat, qui-
que omnia, quæ eiuſmodi affectui conſonent, inuenire ſingulatim queat. Quippe, quod propo
ſitum eſt, nos ipſa ratione ducti adhuc iuuenes inuenimus. Vnde ẽt manifeſtum eſt uſum q̃tum-
uis longum ſine ratione talia inuenire non poſſe. Nam, de Premigene cum audirẽ, niſi lauaret, F
omnino febricitare, collegi ratione eũ ſumida excremẽta gignere, quæ tranſpiratu emitti poſtu
larent: cæterum, cũ denſior cutis eſſet, quàm ut ea tranſmitti omnia ſineret, collecta ſub cute ca
lorẽ excitare: Itaq; etiam balneum eiuſmodi naturis utiliſſimum eſſe non ob id modo, ꝙ fumi-
dum euocet, ſed etiam ꝙ humectet, idq; dulci humore. Ergo placuit explicata quoq; manu Pre-
migenis thoraci iniecta, cuiuſmodi eſſet caloris qualitas, explorare. Vt uero acrẽ, mordacemq;
comperi, non diſſimilẽ calori eorum, qui cæpas ampliter comediſſent, multo adhuc magis euẽ-
tus cauſam probe coniectaſſe mihi perſuadens, percontabar, ecquid ſudoris illi citra balneũ in
cideret, neganteq; id, iam firmiorẽ habere me affectus eius notitiam mihi perſuaſi. Quin etiam
alios quoſdã uidimus, q̃bus mordax calor erat ſimiliter, vt huic, nõ tamen hi una balnei inter-
miſsione febricitabant, propterea, ꝙ per ſudores excrementa his uacuabãtur. Premigeni p̃ter
naturalẽ habitũ, etiam victus ratio uel ſemel intermiſſo balneo febricitãdi occaſio erat. Nam
plurimum domi uerſabatur, ibiq́ue ſcribens uel legens perſeuerabat, propterea, ꝙ Peripateticæ
* φροντίδα. diſciplinę incumbebat: in qua nemini ſuę ætatis erat ſecundus. Scimus & ijs, qui minime natura
† φροντιστὴς ἦν. tale excrementum aceruant, inſtantẽ laborum diligentiam, * curamq;, gignẽdi eius cauſam eſſe.
Itaq; etiam alteri cuidam, cui æque, atque illi, mordax calor erat, tametſi balneum vno die inter G
mitteret, cõtigit non febrire: propterea, quòd nec † ſtudijs deditus erat, & negocia ſua per urbẽ
inãbulans obibat, emens uendensq; multa, etiam pugnans ſubinde: in q̃bus ſudare coactus eſt.
Ideoq; ẽt alterum quendam ex ijs, qui eſtate quotãnis acuto bilioſoq; morbo laborant, multos
† τελέως ἄνοσον ἐφύλαξα i. ſine morbo ſen ſanum prorſus ſeruaui. iam annos † ſeruaui, exercitari uetans. Nã, cũ calido ſiccoq; temperamento eſſet, ſicuti Premi-
genes, etiã exercitatione utebatur * præceleri, tum uero Sole ac puluere. Contingit ergo ei & ca-
lorem immodice augeri, & cutem denſari, atq; ad tranſpiratum ineptam reddi: quæ ambo vbi
concurrerunt, nimirum corpus, cui acciderunt, paratum ad febrem reddunt. Ergo, quod in me-
dendi arte ſemper uſurpare ſoleo, id nunc dicã. Facillime quidem, quod quæritur ratiocinatio
inuenit, fidẽ uero eius experientia comprobat. Quanquam illud multo maxime mirandum eſt,
concitato συντόνῳ. 6. Ep. d. com. 4. t. 15. 3. 183. e cũ Hippocrates moneat ‖ calidis naturis utilius eſſe in ocio agere, quàm exercitari: non paucos
tamen medicos eſſe, q̃ ne norũt quidem, cuiuſmodi tales homines ſint, ſed iuxta omnibus exer-
citationes iniungant: Ẽ diuerſo nonnullos eſſe, quibus nihil ad ſanitatẽ conducere exercitatio-
nem placeat: Sed & tertiũ ab his genus eſſe, qui aſſuetis exercitari, id permittant: non aſſuetis in
terdicant. quorum nemo planè non errat: minus tamen ij, qui tertio loco dicti ſunt. Quippe, qui
cuilibet rei inſueſcunt, magna ex parte naturæ ſuæ cõuenientem conſuetudinẽ deligunt, propte H
rea, ꝙ ab ijs, quæ non conueniunt, ſubinde læſi, ipſa repudient. Aliqui tamen uel dulcedine vi-
cti, uel p̃ nimia dementia ſe lædi non ſentientes, in malis conſuetudinibus perſiſtunt: verum hi
A in Aph. non legi hanc ſententia, ut ſuperius etiã admonui pa. 69. lit. d. ſed Epid. 6. cõ. 4. t. 31. 3. 187. f pauci: plures, qui non perſiſtunt. Quo magis rationabile eſt minus errare medicos eos, qui omnẽ conſuetudinem ſeruandam cẽſent: qui uero nihil ad ſanitatem intereſſe putant, exercitatus
q̃s cibum ſumat, an contra: item qui omnes exercitandos putant: hos peius conſulere, quàm qui
p̃dicti ſunt. Horum vero ipſorum, ſi inter ſe comparentur, minus incommodi ſunt, qui ante cibũ
perpetuo exercitandum eſſe putant: quod & Hippocratem præcipere aliqui ſunt rati (labores
B Ibidem, t. 15. 183. c ª ‖ enim cibos præcedere, in Aphoriſmis legi) non uidentes hoc loco de ordine eum locutum
exercitationis, & cibi, nequaquã illud affirmare, ꝙ omnibus hominibus hæc ambo conducant,
* C δυνάμει. i. potentia. immo quibus exercitari expedit, præcedere exercitium cibos debere. Quòd autem non omni-
bus proſit, & in libro de uulgo graſſantibus morbis aperte teſtatus eſt, ubi ᵇ ‖ calidas naturas quie
D Et hanc quoque ſententiam non legi in libro Apho. qui editi ſũt, ſed in lib. de Flatibus. ſcere cenſet: & in Aphoriſmis ᶜ * tectius ſub uniuerſali præcepto, ubi ᵈ ‖ contrariorum contraria
eſſe remedia proponit. Porrò fieri poteſt, ut pugnare aliquando uideantur huiuſcemodi præce
pta, non deficientibus, qui omnẽ motum ipſi moto corpori conuenientem, exercitationem no-
minent: alijs tantum eum, qui uehementior ſit: ita ut priore ſignificato omnes homines exercita

tionem

A tionem desiderare neminem lateat: secundo uero significato non ita se habere. Eorum nanque qui in carcere sanitatem suam tuentur, parum apte mihi mentionem facere quiddam vñr, quippe qui spatio prorsus pereunt, si oīno tum ungi, tum lauari prohibentur. Quòd uero ad paucos dies insalubri uictus rōni resistunt, nihil sanè miri. Si igitur exercitationis uocabulo oīs uenit motus, & qui inambulauit, & qui perfrictus, & qui lotus est, exercitatus dicetur, dummodo conueniẽte modo, præsenti corporis statui sit motus. Quòd si quis ẽt ab his sit prohibitus, omnino ægrotabit. Qui.n. ab his in carcere prohibentur, eos nunc non modo ægrotare, sed ẽt mori uidemus, si diu sint inclusi. Sin uehementiores tñ motus exercitationes uocantur, eo pacto uerũ sit non egere omnes hoīes exercitatione. Statim.n. Premigenes ille nullum requirebat uiolentũ motũ, sed nec in porticu, quæ est ante balneum, exiguam ante lauandum inambulationem: immo * unctũ esse ex oleo, & a balneo aquam detersisse, satis magni motus sunt talis temperamenti homini. Hic uero & ante cœnam ambulabat, & cum amicis disputabat: similiter mane quoque domi. Nusquam igitur ex ipsa in totum desidia adiutus quisquam est. Sed, cum quietem agere calidis naturis Hippocrates suadet, ‖ vehementi motione uti uetat. Porrò ipse multos, qui propter eos motus, quos per totam æstatem exercebant, in principio autumni quotannis ægrotabant, ipsis B uetitis sanos reddidi: quemadmodum rursus alios à uehementi exercitatione prohibui: alios à quiete ad exercitia traducens, cum sæpe ante ægrotassent, in sanitate seruaui. Porrò hi frigidiores sunt ijs, qui tẽperati & mediocres sunt, & affectu planè contrario ijs, qui calidiores siccioresque sunt. Diximus aũt temperamentorum notas non solum in libro De temperamentis, sed ẽt in libro De arte medica. Is.n. uni ex libris nostris est titulus. Mirandũ uerò de ijs medicis est, qui ne ea quidem, quæ sensui euidenter apparent, agnoscunt. Quis.n. latissimum esse hominum discrimen nunc non uidet, adeo ut eadem *exercitia, ijdemq; cibi alios bene, alios male habeant, non secus, q̃ in morbis? Quare, sicuti, q̃ non oēs eadem requirant, eos scire decuerat, ceu manifeste apparens, ita cũ cõmentarios scriberent, determinare ac docere, q̃ quibus uel cõducerẽt, uel officerent, par erat. Quid igitur causæ fuit, cur eiusmodi determinationes, tametsi ab Hippocrate proditas omiserunt? nẽpe quid aliud, q̃ perdita ambitio, dum dogmatum principes noīari, atq; inde gloriam consequi inter homines studebant? Cuius cã illi non ea quidẽ, quæ manifeste apparent, sed opiniones, quas ipsi ultro ponebant, sequi uoluerunt. Posteri uerò, qui in hos inciderunt, psuasi pleriq; sunt p̃pea, q̃ nec quicquam didicissent melius, & simul rudes, imperitiq; demonstratiuæ scientiæ omnino essent. Qui nanq; hanc sequeẽt, facile tum uera dogmata à C falsis discernet: tum, quæ certis determinationibus scripta sunt, ab ijs, q̃ non ita. Idem nimirum insciti㠠 eorum oīum damnabit, qui citra determinationẽ §de dissidẽtibus§ aliquid scripserunt,

* τρίφασθαι, i. fictum esse.

6. Epid. com. 4. t. 15. 3. 183. e

* ἐπιτηδεύματα.

Duo hæc uerba non sunt in græco.

De exercitatione, balneo, & uini usu pro naturarum ratione, ac de triplici parte senectutis. CAP. 12.

QVo magis, quæ nam esse determinationes debeant, altius repetentẽ, sed breuibus, diligenter audias. Quibus mordax calor natura est adeo, ut fumida gignat excrementa, ijs balneũ salubre est, tum motus, qui & exiguus & lentus sit, multus autem & celer aduersissimus est. Itaque istis non semel modo, uerum etiam bis die lauari conducet, potissimum æstate: Esse quoque boni succi nutrimentum, in quo nihil insit acre: In sole autem uersari, & irasci, & multum cogitare, his inimica sunt. Qui diuersæ ab his naturæ sunt, (hi autem sunt, qui frigido & humido temperamento sunt) ualentiores motus desiderant, ac uictum, in quo superet, quod tenuẽ succum faciat. Is cuiusmodi sit, diximus singulari libro; hi uero, nec si in sole exercites, lædũtur: nec etiam, si balneo abstineant. Ac maxima quidem est dictarum inter se naturarum differẽtia. Aduersissimum enim est humidum & frigidum temperamentum ei, quod calidum est & siccum. Maxima rursus est & calidi ad frigidum, & humidi ad siccum. Porrò frigidum & siccum senum temperamento, D quàm simillimum est: itaque etiam celeriter senescunt eiusmodi corpora: dictumq; de hoc tẽperamento supra abunde est. Humidum uerò & calidum fluxionum uitijs obnoxium est. Cæterum, quod omnibus intemperatis naturis commune præceptum est, id expedit in hac quoq; seruari. Est autem id, ut eas corrigas quidem contrarijs, sed dum plane in ocio sunt: serues autem similibus, cum per negocia sibi uacare non possunt. De exercitationibus huiusmodi corporum ita statuendum est, plus quidem his laborandum esse propter corporis humiditatem: *præceleri motu non utendum propter calorem. Porrò attendendum diligenter est, cum ex segniore uitæ ratione ad exercitationes se transferunt: ilico enim fluxionum tentantur morbis, nisi prius sint uacuati, quàm exercitationes adeant. Quicquid enim in corpore concretum, & crassum in humoribus fuerit, aut etiam modice frigidum, id statim in spiritum uertitur, ac funditur. Itaque etiam uere tales naturæ maxime ijs morbis patent, qui ex plenitudine oriuntur: quales sunt synãchæ, cynanchæ, destillationes, quos catarrhos uocant, hæmorrhoides, sanguinis profluuia, articulares morbi, ophthalmiæ, peripneumoniẽ †laterum compunctiones, reliqui denique omnes, quorum genus est phlegmone. Quare etiam* occupare per ueris initium sanguinis detractione oportet, aut per incisam uenã, aut scarificandis malleolis. Quòd si ita inaniri recusent, purgandi medicamento sunt, non simplicis facultatis, sed quod trahere & flauam bilem, & pituitã, & serosa

* συντόνῳ concitato.

† pleuritides.

* φθάνειν, i. ante uertere, præuenire, uel præoccupare.

roſa excrementa poſsit. Quæ uero de exercitationum ratione diximus, eadem & de balneo di- E
cta eſſe putandum: quippe quod ipſum quoq; non tutum eſt, niſi prius inanitum corpus ſit. Ina-
nito uero utile eſt potiſsimum, cuius lauacri aqua potabilis non eſt, ſed in qua vis aliqua per ha
litum digerendi ſubeſt. Vinum autem frigidis ſicciſq; naturis vtiliſſimum eſſe prius dictũ eſt. An
6. Epid. com. 4. t. 15. 3. 183. c uero calidis omnibus idoneum non ſit, ſed utilior his ‖ aquæ potio ſit, ſicuti in libro De popula-
ribus morbis ſiue Epidemion legimus, nunc æſtimandum. Fortaſſis. n. abſurdum omnino cuipiã
uidebitur, iuuenem, qui athleticus, uel militaris ſit, aut ẽt foſſor, meſſorve, aut arator, vel deniq;
qui robuſtum aliquod opus exerceat, a quæ tantum potione uti: atq; in hoc falli Hippocratẽ, cum
calida temperamenta aquæ potionem poſcere, abſolute pronũciet. Mihi uero Hippocrates nõ
abſolute id, ſed de naturis ſumme calidis, quę utiq; propter intemperiẽ tales ſint, dixiſſe uidetur,
non ꝙ plurimum habeant naturalis caloris, quem ipſe augeri in athletarum exercitio cõfirmat.
At, qui ex intemperie calidus eſt, is neq; athleta, neq; miles bonus, ſed neq; foſſor, meſſor, ara-
torve, aut deniq; ad ruſtica, vrbanave opera fortis unquam euadet. quippe ualentium hominũ
ea ſunt munera. Porrò tales nunq̃ fuerint, niſi mediocri ſint temperatura. Atqui, ſi media tempe
rie ſint, utiq; plurimus his fuerit naturalis calor. Ac tali quidem naturæ mediocre profecto dan
dum eſt uinum, ſicuti ipſa quoq; mediocris eſt. Atq; hactenus ſaltem mediocre, quoad ipſa me- F
diocris eſt temperamenti: qñ hanc quoq; neceſſe eſt nõ ſolum in ſenectute, ſed ẽt in remiſſionis
tpe, media temperatura frigidiorem euadere. Sicuti ergo, ut in intemperie, quæ intra ſanitatem
conſiſtat, calidiſſimum temperamentum ſit, huic omnino uinum circũcidiſſe prodeſt. Sed, cum
triplex genere ſit calidi temperamẽti differentia, una, in qua reliqua contrarietas (nempe quæ ĩ
humido ſiccoq́; conſiſtit) mediam tẽperiem ſeruat: altera, in qua ſiccitas ſubſultat: & tertia, in
qua una cum calido etiam humidum redundat: utiq; in qua altera contrarietas medium tempe
ramentum tenet, nunquam fuerit ultime calor immodicus, quandoquidem huic ſiccitas ſtatim
ſuperuenit. iſta uero nõ ſemper iuncta eſt cum ſicca. At, in qua ſiccitas calori eſt adiũcta, in hac
incidere aliquando plurimus, ut in intemperie, quæ cum ſanitate conſiſtat, præter naturã calor
poteſt, idq; longo tempore. Plurimam uero breui ſpatio, etiam quæ cum humiditate coniuncta
eſt, immoderatam caliditatem, ut in ſanitatis intemperie, fieri licet. Ac ei quidem, quam primo
loco diximus, differentiæ tantum diluti uini, quod ὑδατῶδες uocant, exhiberi ſinemus, quantum
à ſumma intemperie ipſa receſsit: reliquarum autem neutri, præſertim cum ſumma ſit, quemad
modum oſtenſum eſt. Quæ. n. tales intemperies non ſunt, ijs dandum uinum, ſed exiguum & di
lutum, tale porrò eſt, quod colore quidem eſt album, ſubſtantia tenue: ſicut e diuerſo frigidis in G
temperantijs calidiora uina præbemus. At, quod calidiſsimum quidem uinũ eſt, id frigidiſsimis
intemperantijs eſt utile: reliquis uero, qd̃ proportione reſpondet. Neque. n. eius tãtum memi-
niſſe oportet, ꝙ contraria contrariorum ſint remedia, ſed etiam quantitatis rationem in ſingu-
lis contrarijs habere. Ergo, ſicuti de medicamentis oſtendimus, nõ ſolum æſtimandum eſſe, ca-
lidumne, an frigidum quicquam ſit, ſed etiam quoti in his ordinis ſit: ita & de uinis eſt agendũ,
non ſolum dilutum aut calidum deligentibus nobis, ſed quod, ut ad intemperantiæ ſpeciẽ, calo
rẽ, frigoreve ſuo conuenienter occurrit ac reſpondet. Hæc uero dicta mihi de ijs ſunt, q̃ mediã
ſenectutis ætatem agunt, utiq; nec ignoranti primam eius partem eſſe, quæ ὠμογερόντων. i. eorum
qui cruda uiridiq́; adhuc ſenecta ſunt, dicitur, propterea, ꝙ adhuc obire ciuilia negotia poſſunt:
ſecundam autem, cui apte nomen ipſum inditur eò, quòd ipſa ſit, de qua dicitur,

Vt lauit, ſumpſitq́; cibum, det membra ſopori.

Quod tamen in tertiam non conuenit, in qua Telephum grammaticum bis, terve menſe lauari
dixi: propter enim uirium infirmitatem aſſiduum hi balnei uſum non ſuſtinent. Accedit,
quòd per habitus frigiditatem mordacia hi excrementa non pariunt. Nomi-
nant eum, qui ad hanc partem peruenit, græce πέμπελον, ſicuti aiunt, H
qui uocabulorum etymologijs gaudent, ab eo, quod eſt
πέμπεσθαι τὴν εἰς ᾅδου πομπὴν, ideſt mittendo
in pompam, quæ ducit
ad Manes.

GAL. DE SANITATE TVENDA
LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Monſtrantur præcepta, quæ ad omnes lapſus remouendos, & declinandos attinent in ijs corporibus, quæ ab optima labuntur ſanitate.

Summa earum rerum, quæ ſuperioribus quinque libris comprehenſæ ſunt, ac quodnam ſit huius ſexti inſtitutum. CAP. 1.

B ALiud huius de ſanitate tuenda ſpeculationis: argumentum hoc libro inchoaturus, repetenda cenſeo eorum, quæ hactenus, tractata ſunt, capita: quæ vtique dicendis ſunt neceſſaria. Igitur primum diximus, quid ſit ſanitas: ſecundo loco generalis eius deſcriptio poſita eſt: tertio quemadmodum ſeruari ea poſſit, eſt proditum. Ad hæc illud adiectum, animalium corpora perpetuo mutari, indeque adeo neceſſe eſt ſanitatem eorum, quæ alias corrumpi periclitetur, noſtræ procurationis indigere ante, quàm tam notabilis mutatio fiat, vnde iam manifeſte ægrotent: procurationem uero non aliunde conſtare, quàm ex cibo potione, quibus quod de ſubſtantia corporis decidit, reficiatur. Altera incurabilis eſſe demonſtrata mutatio eſt, ſcilicet quę pro ætatis ratione accedit, propterea, quòd, cuiuſque animalis corpus à prima genitura ad exitum vſque toto interueniente tempore ſicceſcat. Cæterum, qui ſalubrem uiuendi rationem ignorant, credibile eſt hoc citius, quàm pro naturæ ratione, interire. Quoniam autem (vt diximus) neceſſe eſt omne genitum animal nutriri, ſubſtantia" vero ciborum uniuerſa in nutrimentum non abit, ac proinde uitioſum quiddam ex ſuperuacuo eius relinquitur, quod proprie excrementum uocant, præparatæ à naturæ quædam corporis partes ſunt, quæ id ſecernant, atq; emittant. Plurima uero cum ſit in naturis corporum differẽtia, rationabile eſt ſuam eſſe cuiq; ſanitatis tuendæ prouidentiam. Primum igitur, hominem, qui optimo ſit ſtatu, pro materia tractationis propoſitum, quẽadmodum quippiam in ſanitate cuſtodiat, tradere ſtuduimus. Cum autem uariæ occaſiones ſint, quæ ſalubrem uiuẽdi regulam pluribus modis intercipiant, eum, qui optimo corporis ſit ſtatu, ſ vni ſibi uacantem ſ ac ab omni ciuili negocio liberum, in ſanitate ſeruare propoſuimus. Atque hunc quidem, cum in primis quinque libris, quemadmodum quis à prima ineunte ætate ad ultimam uſque ſenectutem in ſanitate cuſtodiat, docuerimus, nũc ad eos ueniemus, quibus per negociorum qualitates eſſe, bibere, atq; exercitari debito tempore non licet: præterea ad eos, qui ſtatim ab ortu ualetudinarium corporis ſtatum ſunt ſortiti. Sanè breuior erit de his ſermo, quàm prior, quamuis ſuapte natura longior ſit, propterea, quòd plurimarum materiarum uires, quibus ad ſecundę ualetudinis tutelam utimur, prędictæ iam ſunt. Nam, cum frictione, balneo, exercitatione, cibo, potione, calefactione & refrigeratione, veneris tum uſu, tum abſtinentia, & ſiquid aliud eiuſmodi eſt, mutationes fieri corporis cernamus, utique horum omnium uires (ut dixi) prius ſunt proditæ.

Alex. 3. d. 2. c. 1. fol. 59. h

C

De uitioſis corporum conſtitutionibus, ac de ea, quæ ex ætate prouenit, differentia. CAP. 2.

VItioſi autem corporum ſtatus genere duplices ſunt, cũ elemẽtares & primas corporis particulas, quas Ariſtoteles ὁμοιομερῆ, id eſt ſimilares uocat, alij æquabiliter, alij inęquabiliter attemperatas habeant. Dico aũt æquabiliter temperari, cum ad aliquã intẽperiem uerſæ æqua

D biliter corporis particulæ omnes aut frigidiores iuſto, aut calidiores ſunt redditæ, aut ſiccio res, aut humidiores: aut p cõiugationem q̃dam calidiores ſimul, & ſicciores, q̃dam humidiores pariter & frigidiores, & quædam humidiores, & calidiores, quædam ſiccio res, & frigidiores. Quin ẽt in inſtrumentalium partium compoſitione quædam æquabiliter, quædã inæquabiliter ſunt cõditæ. Ac primum quidem dicam hic quoque, qui* ſtatus corporũ ſint maxime ualetudinarii, ſicuti & prius† qui maxime ſanus eſſet ſ oſtendi. Verũ is vnicus erat: etenim in omnium rerum genere, quod optimum eſt, id unum eſt; uitioſa uero plurima ſunt. Duplex tamẽ eſt eorum ſecundum genus diſcrimen, ceu paulo ante dixi, alijs ſimili intemperie oẽs partes habentibus, alijs diſſimili. Atq; eorum quidẽ, quæ ſimilem intemperantiam habent, ea peſſima eſſe cõſtat, quæ has ualidas habent, ac potiſſimum frigidas ſimul & ſiccas. At, quibus inæqualiter ſe habẽt corporis* cõſtitutiones, horũ numerare quidẽ uarietates facile non eſt. Cæterũ illa quoq; duplici genere, ſpecieve, ſiue quouis alio modo nominare uelis, uariare licet. Nam maxime quidem ea morbis patent, quorum principes maxime partes contrarijs tẽperamentis ſunt affectæ. Minus obnoxia ualetudini ſunt, quibus† diuerſæ a principibus partes ſ ita ſe habẽt. Equidẽ aliquos iam uidi, quibus uenter frigidus erat, caput calidum: ſicut contra, quibus caput frigidũ erat, uenter calidus. Vidimus autem & ex accidenti, non primũ nec propria temperamenti ratione aſſidue afflictum bili

*νοσωδέστατα.

† ὑγιεινὴν, i. ſalubrem.

† *Græce clarius* τὰ μὲν κύρια, *ideſt partes non principes.*

uentrem, qui alioqui nõ erat natura calidus: æque uero & refrigeratum alterũ, quãuis non eſſet natura frigidus: ad eundem modum & caput, & iecur, & lienem, atq; etiam alias partes, aliarum qñq; intemperantijs affici, cum aut ipſæ haudquaquam leſæ in proprio tẽperamento eſſent, aut etiam contrarium planè quam aliæ, affectum haberent. Primum ergo de ijs verba faciam, qui æquali ſunt intẽperie, idq; ab ijs, qui præcalidi ſunt, auſpicatus. Sanè dictum à nobis in libro de temperamentis eſt, fieri non poſſe, ut intẽperies quælibet ſola diu duret: qñ ipſa ſibi ipſi alteram ex neceſſitate adſciſcit. Indeq; factum, ut pleriq; medicorum quatuor tñ eſſe intemperantias putarint, easq; compoſitas, ſimplices vero ne eſſe quidem. Nam & calidam, dum humiditates ſempер conſumit, parere ſiccitatem: & frigidam, dum nihil abſumit, †humoris incremento quodam modo conferre. Eodẽ modo & ſiccam per eas ætates, q̃bus augeſcit animal, calidius ipſum ſempер efficere: q̃bus uero decreſcit, refrigerare, & ſiccare quidẽ ſolidas corporis particulas, congerere uero abundantiam excrementorũ. Simili modo, ſi humida cum modice calida coierit, exiſtere aliqñ in vtraq; oppoſitione mediã temperiem. Vtranq; oppoſitionem intelligo, & quę ex calido ac frigido conſiſtit, & quæ ex ſicco & humido. Erit autẽ medij tẽperamenti (quod ἄκρατον græci uocant) eiuſmodi intẽperantia in ipſo præcipui uigoris tẽpore (quam ἀκμὴν græci uocant) ſed & in remiſſionis tempore, prout ipſi conuenit. Optimam nanq; temperiẽ in adoleſcentia corpus obtinet: reliquæ omnes ætates deteriores hac ſunt, ut prius eſt oſtenſum. Atq; hoc ẽt meminiſſe conueniat, vnum id quoq; ex ijs, quæ dicta ſunt. Cum.n. duplices actiones in animalibus ſint, certe corporales pueri præcipuas obtinent: quæ animi ſunt, ea quæ à pueris ad remiſſionem uſq; ſuccedit ætas. Nec tñ eſt has ætates annorũ numero circunſcribere, quemadmodũ non nulli fecerunt: niſi forte in latitudine quadam. Ergo pubeſcere quidem incipiunt aliqui, ubi quartumdecimum annum expleuerunt: quidam uno poſt anno, aut etiam amplius. Initium præterea remiſſionis nõ nulli habent ſtatim à trigeſimo anno, non nulli poſt quintum & trigeſimũ. Ac robur quidem omnibus minuitur poſt ipſam ſummi uigoris ætatem: non tamen hi ſanitatẽ amittunt, tametſi minus hanc, quàm ante, laudabilem habent. Cęterum hanc habent non ſolum uſq; ad initium ſenectutis, uerum etiam, in ipſa ſenectute tota: quæ ipſa quoq; quibuſdam naturalis eſſe morbus uidetur. Cum enim nec dolore anguntur ullo, nec ullam actionum earum, quibus ad uitæ munera utimur, aut penitus amiſerunt, aut omnino imbecillam hñt, utique ſani, ſunt ſanitate, quæ ſenectuti ſit congrua. Meminiſſe.n. profectò oportet eorũ, quæ de ſanitate demonſtrata ſunt, nẽpe q̃ ampla ſit eius latitudo. Iam, ſi tertia quoq; corporis affectio eſt, quam neutrã Herophilus appellat, quæ in ijs, q̃ è graui euaſerunt febri, conualeſcẽdi tẽpore cernitur, & ſenili ætate, omnino extra morbum ſenes erunt: actiones tñ perinde, ut ij, qui in flore ætatis ſunt, firmas, ualentesq; non habebunt. Verum, ſi ad videndum, audiendum, ingrediendum, aliaq; faciẽda, quæ ſeni expediunt, nullo deficitur corpus, ẽt hoc rationabiliter ſenis ſanitatem nomines, utique totum hoc iungens, ſenis ſanitatem, non abſolute ſanitatem. Hęc.n. propter ipſam actionum uirtutem integra eſt, & de qua queri non poſſit. ſenum ſanitas querimonijs non uacat: quãuis enim omnes actiones habet, nullam tamen validam habet. Atque adeo illa pars artis, quæ de ſenum ductu inſtituitur, huc tantum conſilia dirigit, ut ſanitatem eorum, quatenus fieri licet, tueatur. Corpora uero, quę à prima ſtatim genitura † pronum ad morbos ſtatum ſortita ſunt, ea planè ad ſenectutem nunquam perueniunt, aut, ſiquando peruenerunt, uno ſaltem diutino morbo penitus laborant. Propoſuimus autem in hoc libro de ijs differere, qui uitioſo corporis ſunt ſtatu: atque, hos quemadmodum ſanos plurimum tueamur, diſquirere.

† τὸ ὑποτρέφειν ὑγρότητα, *i. humiditatem ſubnutrire.*

† νοσώδη, *morboſum.*

De regendis corporibus, quæ calidiorem naturam ſortita ſunt, humida, ſiccave, aut harum media adiuncta. CAP. 3.

ERgo initio ab ijs ſumpto, qui parẽ in oĩbus corporis partibus intemperiem habent, primũ de ijs agamus, qui calidius temperamentum ſortiti ſunt, cæterum in humiditate ac ſiccitate modice ſe habent. Ac talis quidẽ corporis natura ab initio ſtatim magis apparet ſana, quã ea, q̃ in utraq; oppoſitione uitioſa eſt: utranq; oppoſitionẽ intelligo, & quæ ex calido & frigido conſtit, & q̃ ex humido & ſicco. Eadem dentes edet citius, & citius articulatã vocem proferet, & citius ingredietur, & ſingulis annis ad portionem increſcet: poſtea vero, q̃ adoleſcentię annos cõpleuerit, exinde ad remiſſionem uſq; manifeſte calidior apparebit ſiẽ, vt tum morbis, tũ ſymptomatis, quæ à bili oriuntur, facile ſit obnoxia. Multus nanq; calor, dum humorem abſumit, ſiccius temperamentũ reddit. At, cum florens iam ætas item calida ſit, nimirum compoſita eorum temperies calida ſimul, ſiccaq; erit. In talibus aũt temperamentis bilis abundare tum pallida, tum flaua ſolet. Ergo, q̃ hac natura ſunt, ad ætatem vſq; adoleſcentiæ ſimiliter educãdi ijs ſunt, qui optimæ ſunt naturæ: de q̃bus dictum in præcedẽtibus eſt. Poſtea uero, quã abſolutum eorum corpus ſit, cõſiderare oportet, vtrum ne bilis excrementũ illis p̃ aluũ unà cum fecibus expellatur, an ad ſuperiorẽ ventrem ſit propenſum. Si.n. deorſum feratur, conſtat non debere eſſe ſolicitos. Sin ſuperiorem uentrẽ petat, per uomitũ eſt emittẽdum, ſcilicet longe ualere iuſſis philoſophis iis, qui uomere ex aqua tepida poſt exercitationes ante cibũ uetant. Nã uino nec ipſe ſanè tũ eſſe utendum ſuaſerim, niſi difficulter id faciãt ex aqua. Quippe eiuſmodi q̃dam corporum naturæ ſunt,

quibus

A quibus utiq; vinum dulce, sed vbi aquam præbiberint, est concedendum. Præterea ẽt magis, vbi temperamentum eorum ab initio calidius ficciusq; fuit, vomitio petenda est, propterea, q̃ magis ẽt hi bilioſi sunt in præcipui vigoris ætate. Quin & exercitari his utilius est, nõ † acutis exercitationibus & * præuegetis, sed potius tardis & mollibus. Sunt. n. omnes, qui hoc statu sunt, graciliores. † Acutæ uero exercitationes consensu gymnastarum omnium extenuant: sed lentæ cõtra corpus * implent. Sunt uero & ex ijs, qui impense calido temperamento sunt, qui exercitari prorsus non desiderant, sed abunde his satisfaciant inambulatio, balneum, & mollis ex oleo frictio. Acre nanq; & mordax calidum id est, quod ab his exhalat, non humectans, quale ἀτμῶδες græci vocant, nec suaue, citraq; morsum: hos uero à cibis quoque balneum iuuat. Quidam vero eorum, incredibile est, quàm etiam obesi sunt redditi ex tali uictus ratione. Antiquum autem vinum inimicum his est: album uero ac tenue idoneum est. Aestimandum autem in omnibus est, qui à cibo lauantur, num in dextra præcordiorum parte, vbi situm iecur est, dolorem aliquem, aut grauitatem, aut tensionem sentiant. Eiusmodi nanq; corporum status iecinoris vitijs tentari solet, si balneo post cibum utantur. Ac, si quando eiusmodi aliquod vitium sentiunt, ilico dandum aliquid est eorum, quæ obstructum iecur liberent, abstinendumq; ab ijs cibis, qui crassum
B efficiunt succum, ac potissimum si ijdem glutinosi sint. De his dictum abunde nobis est in tribus libris, quos de alimentorum uiribus scripsimus: præterea in eo libro, quem De euchymia & cacochymia, id est de cibis boni & mali succi, edidimus: itemq; in libro De extenuante victus ratione. Quippe, qui dolorem in iecinore sentiunt, ijs tali victus ratione vtendum oĩno est, quoad dolor se remiserit, & dextra præcordia leuia quodammodo sentiant. Vtile sanè fuerit & liquorem, in quo macerata sit absinthij coma, offerre: præterea, quod tum ex ea, tum ex aniso, & amaris amygdalis conficitur: quod etiam bibere ex oxymelite præstat in eo tẽpore, quod inter surgendum à somno, lauandumq; interuenit. Nam, & postquam confecta sunt, quę ex ventre ad iecur redduntur, talia exhiberi præstat, & tẽporis aliquid eorum operi ante cibum sumendum dari. Non inutile est & medicamentũ, quod diacalaminthen uocant: cuius compositionem in quarto horum commentariorum scripsimus. Verum in bilioſis temperamentis cauere oportet huius assiduum usum. Sed, & si quando horum quispiam eo propter iecinoris obstructiones utitur, vtilius est ex oxymelite id bibat. Porrò alimenti species, si quis horum temperamentum uertere in melius studet, contraria esse intemperantiæ debet. Sensim vero id fiet citra noxã, si & præsit medicus: &, qui curatur, ita sit ″ à negocijs liber, vt omnia suo tẽpore peragat. Nam, qui in rebus ci-
Alitz.d.4. cap.68.d C uilibus versatur, & multis negocijs distringitur, huic tutius est, ut nec tẽtet temperamẽtum suum mutare, sed accommoda sibi nutrimenta sumat. Porrò apta sunt humidis quidem humida, & sic cis sicca. Nutritio. n. fit, cum is, qui nutrit, cibus corpori, quod alit, assimilatur. Citius autem assimilantur sicca siccis, & humida humidis. Quibus vero æquale temperamẽtum est, iis quanto iucundius fuerit, quod comedunt, tanto utiq; fit magis nutriens. At, qui inæqualem temperiẽ sunt sortiti ita, vt his aliud iecinoris temperamentum sit, aliud ventris, aut alicuius eorum, quæ circa iecur sunt, ijs diuersum est, quod assumptu iucũdum est, ab eo, quod cuique particulæ est idoneũ. Qm̃ autem ostensum est duplex esse, quod singulis conueniens est, aliud, quod secundum simplices qualitates, aliud, quod secundum totam substãtiam; quod simplicibus qualitatibus maxime aptum est, id qualenam sit, superius paulo est comprehẽsum, idque seu mutare intemperiem per ocium velis, seu * cedere cogaris propter negocia; quod ex tota substantia idoneum maxime est, sola experientia discernitur. Ac maximam quidẽ vim habet ad ea, q̃ eduntur bibunturque, nõ in uentre modo, sed ẽt toto corpore conficienda, totius substantiæ conuenientia: cuius ratione nutrimenta animalibus & uaria, & speciebus multum inter se diuersa habentur: cum nulla similitudo sit eius, quod ex palea & herbis accedit, ei, quod ex ossibus & carnibus: nulla societas eius,
D qđ ex pane est, cum eo, quod ex cicuta & ueratro: nam & hęc animantiũ quibusdam nutrimenta sunt. Fiunt aũt & qualitatibus conuenientiæ, vtiq; si seruare tẽperamentum studes, humidis naturis humectante cibo maxime quadrante: siccis uero eo, q̃ siccet: sin alterare placet, contrarijs In eo aũt, qui est in calido frigidove ad intemperantiam lapsu, contraria dare semp expedit, cũ & efficaciſſimę eiusmodi intẽperies sint, & (ut ita dicam) magis, q̃, quæ ex siccitate & humiditate consistunt, potentes; q̃ppe cum facile similibus nutrimentis in morbosam intemperantiã abeant. At, si siccius quoduis membrum efficiat, nihil manifeste lædes: pari modo nec si humidiori suam humiditatem serues. Euidenti vero argumento tibi & ætates sunt. Quæ. n. à prima genitura adolescentiam vsq; habentur, humidissima ijs caro est: senili ætati impẽse sicca. Meminisse vero in huiusmodi sermone oportet eorum, quæ in opere De temperamentis sunt scripta, scilicet ne quis existimet, qui superuacuis excrementis onerantur, hos humido temperamento esse: quæ res eos, qui senectutem frigidam & humidam putarunt, falsos habuit. Non enim ipsæ particulæ senum humidiore temperamento sunt, sed ipsæ capacitates, quæ inter corpora patent tum senum, tum eorum, qui humidis morbis laborant, superuacua humiditate implentur. Porrò cuiusmodi siccus morbus sit, certa scientia cognoscet, qui librum, quem De marasmo inscripsimus, diligẽter relegerit non semel bisve, nec transcurrens, sed singulis insistens atq; intentus. Sane, qui

† Vehemẽtibus
* σφυτόνοις. concitatis.
† Vehementes carne explẽt. id enim sonat uox σαρκοῦν.

* ὑπηρξεῖν, obsequi, seu maiorem gerere.

hæc commode leget, hunc exercitari prius conuenit in ſecundo de temperamentis libro, in quo E demonſtratũ eſt ſenis temperamẽtum ſiccum eſſe. Verum, quod in pñtia nobis propoſitum eſt, calidius iuſto corpus, ſi quidem in prima conſtitutione medium humiditatis, ſiccitatisq; habitũ habuerit, omnino id in incrementi ſtatu (quam ἀκμὴν uocant) ſiccum efficitur, idque tum magis, tum celerius, ſi etiam natura ſiccius erat. Sed & ſeneſcet idem citius, quanto vtique ad ſummum incrementum peruenit citius. Nam, cum omnes in remiſſione ætatis ſicceſcamus, ratio eſt, vt qui natura ſit ſiccior, in ſenilis intẽperantiæ ſiccitatem citius perueniat. Hi ergo in præcipui uigoris ætate potiſſimum humidam uictus rationem poſtulant: cuius formulam proxime deſcripſimus:

* συντόνων. perficitur. n. humectantibus cibis ac balneis, tum exercitationũ, & quæ* præceleres, & quæ multæ ſunt, abſtinentia. Hi adeo ætatis tpe & citius lauantur, & à cibo iterum: prodeſt his & frigidæ potio. At uenus ſiccis temperamentis eſt inimiciſſima. Vitandæ quàm maxime his ſunt exuſtiones, & laſſitudines, & ſolicitudines, & uigiliæ, & motus omnis* celer. Iracundia uero, cum biliosas naturas maxime accendat, acutas febres parit. Itaque, quæ victus ratio ijs laudatur, qui ſtatus incrementi tpe temperie ſunt calida, humiditatem tamẽ ab ortu mediocrem habebant, hæc ijs,

* ποσότης, ideſt quantitas. qui natura calidi ſunt & ſicci, magis conuenit. Nec dubiũ eſt, quin* modus quoq; exceſſus ſuperãtis elementi in primis conſiderandus ſit. Siquidem eatenus intẽdere, remittere, aut augere F victus ſpeciem oportet, quatenus ſupra naturalem habitũ aucta, diminutave ſunt tẽperamenti elementa. Quapropter, ſi eorũ, qui natura humidiores, calidioresq; ſunt, mutare tẽperamentum ad frigidiorem ſiccioremq; ſpeciẽ libet, contrariam his uictus rationẽ exhibeas, oportet: ſin id cuſtodire placet, ſimilem. Sanè eiuſmodi naturæ in puerili ætate fluxionum, & redundãtiæ morbis maxime tentantur, itemq; putredinis, quo magis & pluribus exercitationibus & exacta ventris concoctione indigent. Quicquid. n. in hoc corrumpitur, id toti corpori morborũ putredinis occaſio fit. Itaq; & ante cibum bis terq; hi ſi lauent, ac calidis ſponte ortis utantur, maximum inde commodum ſentiunt. Quippe huc dirigitur in his conſiliũ, ut ipſas aĩalis particulas ſeruemus humidas. Quæ res omnis temperamenti cõis eſt, ſi modo contraria ratio omnium animãtium corpora citius ad ſenectutem perducit, ipſaq; eſt, cuius culpa omne genitũ corpus mortale ſit. Quippe, ſi fieri poſſet, vt temperamẽtum corporis humidum perpetuo ſeruaretur, verus ſophiſtæ, cuius inter initia operis memini, ſermo eſſet, qui ſibi auſcultantẽ promiſit immortalem fore. Sed, qm̃ naturæ progreſſum, qui eſt ad ſiccitatem, effugere corpori non licet, ut ante docuimus, idcirco ſeneſcere nobis, corrumpiq; neceſſe eſt. Erit tñ id maxime diuturnum, quicquid minime ſiccatum. Verum, cum humida uictus ratio excrementa & ſuccorum abundantiam pariat, difficile G eſt ita mediocritatem ſeruare, ut neq; morbi incidant, neq; ſenectus maturetur. Quod tñ ad ipſius temperamenti rationem attinet, qui maxime ſunt humidi, ij maxime ſunt longæui. Idem & ſanitate, vbi corpus ad robur peruenit, plus cæteris fruuntur, & cæteris, qui parcem ætatem agunt, valentiores ad extremum vſq; ſenium ſunt. Ideoq; ferme tum medicis omnibus, tum philoſophis, q corporis elemẽta diligenter inueſtigarunt, temperamentum id laudatum eſt. Immo etiam vnum id proinde ſm naturam ſe habere quibuſdam eſt viſum. Nam, quanquam in principio ſit deterius, tempore tñ reliquis præſtantius euadit. Quo magis, qui tuendæ huius corporis ſanitati præficitur, ijs, quæ ab ipſo defluunt, proſpicere debebit tum exercitatione (ut dixi) tum balneis ante cibum pluribus, tum uero ijs, quæ per ventrem & vrinas redduntur, excernendis. Nec prohibet præterea quicquam, quin & apophlegmatiſmis, & purgationibus aliquando vtatur, anteque omnia cibis boni ſucci, ac vini potione, quod vrinas promoueat.

De regendo corpore frigidiore, quod uel mediocriter ſe habeat, uel excellat altera contrarietate. CAP. 4.

ET de calidis quidem temperamẽtis abunde dictum eſt: de frigidis deinceps agendum. Sunt porrò & horum tres ſummę dr̃iæ. Nam aut modice ſe habẽt in altero cõtrariorum pari, ita, H vt nec humidi ſint, nec ſicci: aut alterum in his redundat, vtiq; uel ſiccum, uel humidum: peſſima tñ merito ſicca tẽperatura eſt: quippe, quod temporis ſpatio ſeneſcentibus accidit, id his ſtatim ab initio contingit. Ergo iſtos humectare, calfacereq; oportebit. Id fiet exercitatione modica, & nutrimento humectante ac calido, præterea vini calidi potione, & ſomno liberaliore, illud interim prouidentibus nobis, vt excremẽta oĩa, quæ vel ex cibis, vel potione proueniunt, quotidie expellant. De veneris vſu dictum ſupra eſt, eam oĩbus, qui ſicco tẽperamento ſunt, inimicã eſſe. Nunc vero ẽt ex hoc numero potiſſimũ aduerſa eſt ijs, qui ſupra ſiccitatẽ frigidi quoq; ſunt. Nã innoxia uenus ijs tm̃ eſt, qui calidi humidiq; ſunt: tum vero, qui genitura naturaliter abundant: de qbus inter inæqualia tẽperamenta mox dicetur. Malum uero & illud frigidum tẽperamentũ eſt, qđ cũ humiditate coniungitur, maximeq; id fluxionũ morbis eſt obiectum. Succurritur huic & balnei abſtinentia, & exercitio, & tenuiore victu, & unctionibus, q̃ modice calfaciant: quarum forma narrata prius eſt, vbi de laſſitudine egimus. At, q frigidi natura ſunt, ceterũ in ſicci humidiq; tẽperatura modice ſe hñt, minus ij vel ad ſanitatẽ, uel ad corporis robur ſunt inepti, q̃ qui ĩ illis sũt intẽperati: horũ igiĩ excitare, firmareq; calorẽ expediet. In humiditatis uero ſiccitatisq; ſpecie tota uictus rõ media eſt exhibẽda. Atq; hæc mihi oĩa de ijs dicta ſunt, quos æqualis intẽ-

peries

A peries premit, hoc eſt quibus omnes corporis partes ad calidius, uel frigidius, humidius, vel ſiccius ſimiliter ſunt inclinatæ.

De regendis ijs, qui ſunt in culpato corporis ſtatu, & vitam ſeruilem uiuunt. CAP. 5.

DE ijs vero, qui inęqualem corporis conſtitutionẽ habent, non poteſt paucis diſſeri, propterea, quòd numeroſæ horũ uarietates ſunt: cum alijs alia particula male tẽperata ſit. Sed, & ſi duas tm̃ quis intemperatas habeat, harum quoque uarietates non paucæ ſunt. Proindeq́ue, cũ prius docuero, quænam ijs exhibenda ſint, quibus inculpatus quidẽ eſt corporis ſtatus, viuunt autem uitam ſeruilem, ſiue negocioſam, ſiue quouis modo aliter appellare placet: ab ijs uero, quænam ijs, q̃ æqualem intẽperantiam habent in ſimili viuendi gñe: tranſibimus dehinc ad eos, qui inæqualem in corporis partibus ſtatum hñt. Ergo ſalubris & inculpatus corporis ſtatus in latitudine (ut ſæpe dictum eſt) intelligi debet: ſicuti ẽt ipſa ſanitas. Nam neq; ſanus eſſe quiſquam noſtrum uideri poteſt, ea ſaltem, quæ oĩno inoffenſa inculpataq́; ſit, ſanitate, neq; inculpabili eſſe corporis ſtatu. At ſanos eſſe dicunt, qui nec parte aliqua corporis dolẽt, & ad uitæ munera haud quaquam ſunt impediti: pari modo & corporis ſtatu illæſo eſſe, cũ nec ab externis occaſionibus facile in morbos incidunt, nec ab internis: Illo nimirum pro re certa prius definito, aſſidue ęgro
B tare aliquos non ob propriũ corporis ſtatum, ſed p̃p uitioſam uictus rationem, dum aut in deſidia uitã exigunt, aut nimium laborant: aut in ciborum qualitate quantitateve, aut tempore, peccant: aut * exercitium aliq̃d noxium exercẽt: aut in ſomni modo, aut ueneris immodico uſu, falluntur, aut ẽt ægritudine animi, curisq́; parum neceſſariis, ſe macerant. Quippe non paucos nouimus eiuſmodi de cauſis quotannis ægrotare: quos tũ non dixeris vitioſo corporis eſſe ſtatu, ſicut eos, qui, cum nullo horum, quæ recenſui, deliquerunt, tñ perpetuo ęgrotant. Ergo primũ propoſitus ſermoni is eſto, qui corporis ſtatum in latitudine inculpatum habet, quiq́; alteri uiuens, toto die miniſtrat, aut maximo magiſtratui, aut monarchæ: cæterũ ad extremum diei liber à domino diſcedit. Quo loco rurſus definiendum nobis eſt, quẽ finem diei dicimus, qñ alias lectori ſermo noſter imponat, niſi certã limitationem aſſequatur. Si.n. dixero diſſolui tum primum hominem ad corporis ſui curã, cum Sol occidit, nec adiecero quo die id uelim, circa ne ſolſtitium æſtiuum, an brumale, an circa æquinoctia, an alio quopiam tpe, quod dictis interuenit, non pñt cõmoda præcepta tradi. Romæ.n. maximi dies ac noctes, paulo maiores quindecim æquinoctialibus horis ſunt: contra minimi, paulo intro nouem. In magna uero Alexandria maximus dies quatuordecim horarum eſt, minimus decem. Ergo, qui in breuiſſimis diebus, & longiſſimis no-
C ctibus à miniſterio occidente Sole redit, huic fricari per ocium, & lauari, & modice dormire licet. Porrò nemo eſt cui nec in maximis, nec ẽt his, non liceat aliq̃d mediocriter agere: nec ipſe profectò quenquam noui tam infœlici uitæ ſorte vſum. Antoninus.n. qui Imperatorũ, quos ipſi vidimus, promptiſſimus ad curam corporis uenit, breuiſſimis diebus Sole occidente in palæſtrã ingreditur: longiſſimis autem hora nona, aut ad ſummum decima. Quare licet iis, qui illi in diurnis officijs adſiſtũt, ubi diſceſſere, reliquo diei tẽpore corporis curam agere ita, ut Sole occidente ad ſomnum ſe conuertãt. Nam, cum minima nox nouem horas æquinoctiales æquet, abũde † his fuerit, ſi id totum tẽpus in ſomno ſumpſerint. Ergo uidẽdum eſt, aſſuetusne per anteactam uitam exercitationi talis miniſter fuerit, an citra exercitationẽ lauari. Nam ſunt, qui ne eouſque ſui curam habeant, vt frictionem quidem ſibi adhibeant, ſed protinus perfuſi oleo, balneum ingrediantur, aut etiam ſtrigili tm̃ arrepto, quo ſudorem in ipſo balneo deſtringant. Ac non nulli quidem hanc conſuetudinem modice ferunt ita, vt aliqui eorum nec aſſidue ægrotent, ¶ nec longo tempore, ¶ utique quibus libera corporis tranſpiratio eſt: εὐδιαπνεύστους græci uocant: eoſdem aliqui tum medicorum, tum gymnaſtarum, ἀδιασυγκρίτους græce appellant. Quin dictum & ab Hippocrate eſt huic generi hominum ſanitatem magis conſtare. Ait enim, ‖ Laxitas corporis
D ad tranſpiratum, quibus plura per cutim feruntur, ſalubrius: quibus pauciora, minus ſalubre. Hanc corporis naturam ad aliam conſuetudinem transferre non oportet, ſed nec ullam omnino aliam naturam, niſi, quæ longo iam tempore ægrotat.

* ἐπιτηδευμάτων.

† ἀυταρκὲς.

in li. de Alimẽ. circa medium.

Quo pacto proſpiciendum ſit ijs corporibus, quæ in ſeruili uita in aliquam ægritudinem facile incurrunt. CAP. 6.

QVòd ſiquis aſſidue ægrotet, diſquirere in eo cauſam conueniet. Ea inuenietur, ſi initium in quiſitionis ab ægritudinis ſpecie ceperimus. Quicquid enim eorum, quæ in ipſo ſunt, corpus affligit, duplici id occaſione oritur, aut" redundantia, aut ſucci uitio. Ac, ſi quidem redundantiæ vitijs ægrotare uidebitur, huc uniuerſa tendet victus eius ratio, ut ſuccos ad conuenientem modum reuocet: ſin ex ſuccorum vitio, vt * pares eos faciat. Prius autem ſpecialiter dicetur, quemadmodum proſpiciendum mediocritati ſit, quæ in quantitate ſpectatur: * poſt, quemadmodum * æqualitati, quæ in qualitate conſiſtit. Itaque iam de priore agamus, ducto tandem ad principium ſermone. Vbi, quod ex corpore exhalat, minus eſt ijs, quæ accedunt, redundantiæ oriri morbi ſolent. Ergo proſpiciendum eſt, ut eorum, quæ eduntur ac bibũtur, reſpectu eorum, quæ expelluntur, conueniens mediocritas ſeruetur. Sanè is * modus ſeruabitur, ſi ponderabitur à nobis in utriſque quantitas. Qui enim balneum ſtatim ingrediuntur, ijs poſtea frictione

* ἄριστος. aliter ἀρίστους. i. optimos.

* ſymmetria.

vti,atq; etiam prius paulum dimoueri:qui vero hæc prius obierint,paululum ẽt hæc ipſa inauge E re ſuadebimus,detrahere vero de nutrimenti uel quantitate,uel qualitate,uel ẽt utraque.Qui.n. celeriter notabilem abundantiam aceruant,iis de utraque:qui nõ celeriter,aut non notabilem, ijs de altera demptum eſſe ſat fuerit, utra uidelicet hõ ipſe potius uoluerit. Ac,quemadmodum de quantitate dematur,notum eſt.De qualitate demit̃,cum exigui nutrimenti cibus apponitur. Si quidem non pauci ſuilla nutriti, celerrime copiã aceruant:cum aliàs requirat id nutrimentũ tum frictiones,tum exercitationes planè uehementes.His igitur olera,& legumina,quæ nõ multum corpori adijciant, præterea piſces & aues,quæ multum item non nutriant,exhibenda ſunt. Qui uero uitioſos congerunt ſuccos, ij non perinde, ut qui redundantiam cogunt, uni tantum rei ſunt intenti:quandoquidem nec unica eſt uitioſi ſucci ſpecies. Alij.n.magis frigidum,pituito ſumque eiuſmodi ſuccum congerũt:alij magis calidum ac bilioſum:non nulli magis aquoſum: alij rurſus magis melancholicum.Horum ergo cuiq; abſtinendum ab ijs cibis potionibusq; eſt, qui eum quem colligunt, ſuccum facile gignant. Porrò dictum abunde de his eſt in tribus libris, qui de ciborum uiribus ſunt inſcripti: item in alio,quem de ijs,qui bonum malumve ſuccum gignunt,inſcripſimus. Eſt & prẽter hos, alius de ijs,qui extenuant,cibis,utilis profectò ijs,qui crudum congerunt ſuccum, qui craſſus quidem omnino eſt,non tamen perpetuo glutinoſus. Sanè F omnibus his commune auxilium eſt alui deiectio: potiſſimum uero quibus eſt naturaliter adſtrictior. Communis porrò eſt & veneris conueniens mediocritas.

De ratione cibandi & exercendi eos, qui uitam negocijs diſtrictam obtinent. CAP. 7.

QVibus enim inculpata corporis cõſtitutio eſt, non debent ij (ueluti ſiccis ſupra præceptũ eſt)à uenere omnino abſtinere.Illud tñ cõſiderationẽ maxime deſiderat,ſemel ne die,an bis ſit ijs, qui eiuſmodi uitam agunt, comediſſe,ex uſu.Eius cõſiderationis caput,eſt & corporis ipſorum natura: & ab hac, in uictus ratione conſuetudo:& tertio ab his,ſi mutare uictus rationẽ uidebitur,quo pacto eius mutationem homo ferat. Atque ab ipſa quidẽ natura, eius,quod conducet,* ſignificatio datur. Et eorum quidẽ, quibus bilioſus uenter eſt(ſicuti dictũ nobis in quarto iam eſt, & nunc nihilo minus dicetur)primi ſemper ciborum ac potionũ ſint, qui aluum deijciant,Ex uinis quidem dulcia,&,quæ mollire uentrẽ poſſunt:non.n.omnia eius ſunt generis.Ex cibis, olera cum oleo & garo. Vitanda uero ex uinis ſunt auſtera: ex cibis, qui adſtringunt, niſi ſi firmandi oris uentris cauſa poſt totam comeſtionem exhibeantur.Id autẽ experientia quoq; diſcernendum eſt: ſunt.n.quibus adſtringentium uſus † adeo aluum non comprimit,ut ẽt ad deijciendam conducat,propterea,q̃ os uentris roborat.quod euidentiſſime in ijs,qui imbecillius id G obtinent, cernitur. Quicunq; uero palæſtrę exercitiis ante balneum ſunt uſi,prius,quã adſtrictæ negocijs uitæ ſe addicerent, iis,ut ab ipſis abſtinuiſſe eſt incõmodiſſimum,ita,ut ſimiliter utãtur, prẽter incommodum etiam fieri omnino nequit. Ergo exercitatione,q̃ apotherapia dicitur(de qua ſupra egimus)iſtis utendum cenſeo,& ſimul de ſuillæ carnis* modo non nihil demendum. Qm̃ uero(ut ante dixi)ſunt, quibus ante balneum eſitaſſe aliq̃d eſt melius, dicendum deinceps eſt tum de hora,qua facere id debent,tum de quantitate eorũ,quæ ſumẽt,ac qualitate.Ergo,qd̃ ipſe facere inſueui diebus iis, q̃bus p̃p uel infirmos uiſitandos, uel ciuilia negocia, putaui meſe rius ad balneum acceſſurũ, id dicere nõ grauabor. Ponatur dies,quo id fit,tredecim horas æqui noctiales longus:in decimã uero corporis curãdi ſpem eſſe. Hoc caſu uiſum mihi eſt circa" quartam horam ſimpliciſſimũ ſumendum eſſe nutrimentum,q̃ utique ſolus eſt panis. Atq; ipſe quidẽ ita feci.Quibuſdam uero pane ſolo ueſci ſine obſonio non placet,ſed eum cum palmulis,oliuis, melle, aut ſale ſumunt:ſunt etiam,qui poſt eum bibunt. Ego uero nec à tali cibo unquã bibo,& ſolum panẽ comedo.Sit aũt cuiuſq; eorũ * modus,qui decima hora cõcoctus eſſe poſſit:quippe, ſi exercitari cupiant,eo maxime pacto citra noxam ſe exercitent:ſiquidem non leue incommodum non nullis accidit, cũ repleti cibo ſe exercitant: non nullis.n.& caput impletur uaporibus:H & in iecinore aut ponderis ſenſus, aut diſtentionis,aut utriuſq; percipitur. Ergo,cum tale quippiam incidit,ſuccurrendum ei,quã primũ eſt:ſi iecur obſtructum ſit,iis,q̃ in uiis eius hęrentia,impeditaq̃; expediant:ſi caput repletũ eſt,ambulationibus,ſed potiſſimum ante cibum:nihil tñ uetat,quin & poſt cibum.Cæterum has quã maxime lentas eſſe expedit:illas,q̃ ante cibũ ſunt,magis his quidẽ * citas,nõ tñ quales feſtinabundi uſurpamus,opere aliquo urgente. Quæ uero iecinoris meatus obſtructos expediunt, eadem tarditati concoctionis conducunt:horũ optima ſunt oxymeli, & diatrion pipereon, in quo nullum immiſtum ſit medicamentũ nõ familiare:ad hęc, tenuatorius uictus.Hæc.n.tarditatem cõcoctionis corrigunt,& obſtructiones iecinoris liberant. Vbi uero corruptio ciborũ in uentre accidit, q̃bus id, qd̃ corrumpitur, in aluũ deſcendit,iis maximum id cõpendium ad ſanitatẽ eſt: quibus uero non deſcẽdit,ii prouocandi iis ſunt,quæ leuiter deijciunt:cuiuſmodi ſunt diaſpoliticon,vtique cum pari cum reliquis pondere nitrũ immiſtũ hẽt, & quod ex ficis & cnico cõponitur,aliaq̃ue,quæ ex cnico uel epithymo cõficiuntur. Porrò iis, q̃ ita ſunt affecti, ẽt uomitus ante cibum conducit, uomitus aũt uini dulcis potione prouocatus.Conſulendũ vero his eſt,ne q̃d fumidũ,aut male olens,aut deniq; facile corruptibile nutrimentũ accipiant,ſed,q̃ boni ſucci ſint,(medici euchyma uocant)potius eligant. Scriptũ uero de

his

* ἔνδειξις, i. indicatio.

† οὐμόνον ἄλυπός ἐστιν, i. non ſolum iucũdus, aut moleſtia carens.

* πλήθους, i. copia.

* πλῆθος.

* συντονωτέρους.

A his alibi eſt in ijs, quæ boni maliq; ſuccci cibis prodidimus: p̃terea in illis tribus: quos de ciborũ facultatibus inſcripſimus. Percõmodum vero ijs, qui ita ſe habent, hoĩbus eſt, & ſi ex conueniente tpis interuallo aluũ ſubducant per ea, q̃ modice purgent, cuiuſmodi eſt dialoes amarũ: ſic enim pleriq; medicorũ uocant, quẽadmodum aliqui in fœminino genere amaram, grẽce picrã. Si vero longo tpe vitioſum ſuccum augeri ſinas, grauis quiſpiam morbus ipſis incidet. Sanè pñt eiuſmodi ſibi curam impendere ijs diebus, quibus publicum aliquod feſtum celebratur, quo ni mirum liberi à ſeruili miniſterio ſunt. Verum multi per intemperantiam adeo nihil agunt, quo, quod vitioſum in corpore collectũ eſt, corrigant, vt ẽt magis ipſum accumulẽt, dum vitioſo victu in ipſis feſtis utunt. Quo fit, vt alijs eorũ diutini morbi incidant, à quibus tota uita explicare ſe nequeunt, cuius gñis mala ſunt & podagra, & articularis morbus, & * calculus: alijs acuti, ſed qui uel ſingulis annis infeſtẽt, vel certe alternis oĩno: aliq; vero ẽt bis ita in uno anno laborant. * νεφρίτις. renum uitium.

De gracilitate remouenda, & procuranda. CAP. 8.

ARs vero, quæ ſanitati tuendæ p̃ſidet, ijs, qui ſibi paruerint, conſtaturam ſanitatẽ promittit: qui uero parere recuſant, ijs perinde eſt, ac ſi oĩno nõ eſſet. Recuſant aũt alij, ab ipſa in prę ſens voluptate uicti, quos incontinentes intemperantesq; nominant: alij ambitione, quam græ
B ci hodie κενοδοξίαν, id eſt uanam gloriã, uocant: quorum is erat, qui quiduis potius ſuſtinuiſſet, q̃ picẽ″ ſibi toto corpore continẽter illini, ſuadentibus id medicis pro gracilitatis remedio: hæc. n. non nullis propter totius corporis in ſicci frigidiq; exceſſu intemperiem oritur: non nullis uero p̃p digerentis in corpus, vel nutriẽtis, vel ẽt ambarum facultatum naturalem imbecillitatẽ. Porrò omnibus, qui ita ſunt affecti, auxiliatur unguenti genus, quod à græcis hodie dropax dr̃, vtpote quod & diſtribuendo in corpus alimento, & nutritioni conducit. Et ſanè multos ex ijs, qui prius graciles fuere, videre licet hoc remedio obeſos redditos, potiſſimũ quibus digerẽdi facultas infirma erat, nutriendi vero firma, ſed quæ p̃ aptæ materiæ penuriam affatim nutrire nõ potuit: quod ei nimirum ex deducẽdi in corpus alimẽti defectu incommodũ accedit. Verum aliqui per ambitionem (ut dixi) ne, ſicut delicati, aut, qui formæ plus ſatis indulgent, pice vngi uideantur, refugiũt eiuſmodi auxiliũ, atq; aliud quippiam ſibi à nobis excogitari gracilitatis remedium iubent: cum tñ nullum ſit, quod huic poſſit æquari. Prodeſſe tñ poſſunt etiã hæc, ſi ante balneum manu nec adeo molli, nec rurſus aſpera, corpus perfrices, quoad ruborem contrahat, deinde dura frictione non multa cutem cogens, denſam eam, duramq; efficias: ab his, ſi mediocri exercitatione vſum, ac lotum, citra tñ longam in ſolio moram, hominẽ abſtergeas ad iam dictæ frictio
C nis ſiccæ formam: mox vngas oleo exiguo, ac cibum offeras. Quippe ſtudium in his eſt, vbi bonum ſanguinem in corporis molem attraxeris, vt tum nutricem uim firmes: tum ne, qđ attractũ eſt, exhalet, proſpicias. Ac firmatur quidẽ nutriendi uis excitato in carnibus calore. Non exhalabit aũt, qui attractus in has ſanguis eſt, ſi oleo vnxeris, vtpote, qđ emplaſtici medicamẽti vim hẽt. Quòd ſi ætas non reclamet, ẽt ſi frigida lauatione vnà cum prædictis utetur, magno fruetur cõmodo. Contra uero in ijs, qui immodice ſunt obeſi, minuenda digeſtio eſt: augenda uero corporis exhalatio. Porrò minuẽt digeſtio aſſidua uentris deiectione, nẽpe aſſuefacientibus nobis nutrimenti inſtr̃a, quæcunq; continent, ea ſtatim peſſum impellere. Corporis autem exhalatio inaugebitur * celeri exercitatione, cuius generis curſus eſt: præterea vnguentis ijs, quæ euaporã di vim habent, fricando q̃ plurimum. Sanè frictionem mollem eſſe conueniet, ac, quæ laxũ corpus efficiat. Ipſe nanq; præpinguem quendam paruo tempore ad mediocritatem carnis reduxi,
* celeri primum curſu uti cogens, dein ſudorẽ linteo uel molli admodum, vel admodum aſpero detergens: ab his, vnguẽtis euaporantibus, quæ hodie acopa medici iuniores uocare ſolent, largiſſime perfricui: ac poſt eiuſmodi frictionẽ ad balneũ perduxi: à quo non protinus cibum dedi, ſed quieſcere interim iuſſum, aut ẽt conſuetum aliquod munus obire, rurſus ad balneum ſecun-
D do egi: poſtea ciborum multitudinẽ, qui parum nutrirent, appoſui, eo conſilio, ut ſaturarent illi quidẽ, cæterum exiguum nutrimenti in totum corpus ſubmitterent. Sed & alias, quæ totum occupant corpus, intẽperies ſimili ratione corrigere conueniet, primum eorũ, quæ agi oportebit, inuẽto ſcopo: mox materijs, q̃ ea præſtare queant. Nam nunc cõpendio ſermo omnis″ ſemel p̃gatur ad eos, qui tum frictionum, tum exercitationũ, tum balneorum, rationes memoria tenent; itemq; ciborum, & medicamentorũ. Ac de frictionibus, exercitationibusq; in hoc opere ſupra eſt dictum: de cibis uero alibi, atq; ẽt de medicamentis. Quippe doctrina, quæ methodo, (id eſt uia rationeq;) traditur, cum cõia generaliaq; cõplectitur, ad multa particularium tum facile recordabilis, tum uero compendiaria, efficitur. Ego vero, cum nõ tantum vniuerſalia ponam, ſed etiam particularium exempla his apponam, abſolutiſſimam me arbitror tradere doctrinam.

Quotuplices ſint inæquales corporis ſtatus: ac qua ratione, cum in capite fuerint, debeant emendari. CAP. 9.

IAm ad inæquales corporum ſtatus accingi tempeſtiuum uidetur: hi porrò etiã * valetudinarij omnino ſunt. Sanè inæquales ſtatus trifariam fiunt, prout compoſitio corporis noſtri triplex eſt, Vna ex primis elementis, ex quibus conſtant ea, quæ Ariſtoteles ὁμοιομερῆ, id eſt ſimilares partes, nominat. Secunda his ipſis ſimilaribus: q̃ ipſa quoque rurſus ſenſibilia diſſimilarium * νοσώδεις.

partium elementa ſunt: ex quibus inſtrumentalium cõpoſitio conſiſtit: Tertia ab his totius corporis compoſitio ex ipſis inſtrumentalibus eſt: ac facillima quidẽ tum ad diſcernendũ, tum vero ad * curandum tertia eſt: difficilior ſecunda: maxime lubrica prima eſt, Commodius ergo à tertia incipitur, quæ faciliorẽ ſe & ad cognoſcendum p̃bet, & ad cuſtodiam: vt ſtatim in capite (neque enim alienum eſt ab eo cœpiſſe,) quod intẽperatæ naturæ ſit adeo, ut multa excrementa gignat, vnde lædi ſubiecta mẽbra contingat, in quod cunq; excrementa procubuerint. Ac prõptiſſime quidẽ in os & nares impetum excrementa faciunt: deciduntuero & in oculos: non nullis etiã in aures. Sed excrementi in os decurſum tum gula excipit, tum aſpera arteria: appellãt hanc græci & βρόγχον: cuius ſumma pars, q̃ ori coniungit̃, (λάρυγξ aũt græce dicitur) inſtr̃m eſt uocis: vt in libro de voce eſt indicatum. Ergo is larynx ab iis, quæ capite decidũt, madefactus, principio quidem raucam″ uocem facit, procedente uero tempore paruam. Si uero longius etiã procedit malum, totam adimit. Quippe cum larynge arteria quoque ipſa unà humectatur. Quòd ſi acris fluxio ſit, non ſolum ad uocem ineptæ prædictæ partes fiunt, ſed etiam grauiſſima quædam eroſio his accedit, quæ talis eſt naturæ, qualis ſunt, quas ſubinde in cute citra externam cauſam læſa factas uidemus. Id uero & pulmo his exulceratur, & morbus tabes dr̃, græce φθόη. At, ſi in gulam, & uentriculum fluxio feratur, quæ quidẽ frigida eſt, in frigidam intemperiem corpora mutat: quæ calida, in calidam: hæc uero ẽt exulcerat ſpatio, inter initia uero appetentiam & concoctionem labefactat. At frigida quidẽ fluxio tarditatem concoctionis, & cruditatem, & acidos ructus creat: q̃ ſi ẽt corrupta ſit, alimentum quoq; in corruptelam uertit, quæ uel fumidos, uel acidos, uel alterius cuiuſquam dicibilis indicibilisve qualitatis ructus emittat. Si uero inferius ſe noxa recipiat, & ieiunum, & craſſius inteſtinũ, quod colon vocant, affligit. Quin ẽt uaſa, quæ ſunt in meſenterio, & per quæ fit in iecur cibi digeſtio, tangit. Ac non nullos quidẽ abolitio appetitus excipit: alios appetentiæ à natura alienæ, quas caninas appellant, aut ẽt uitioſi cibi cupiditas, qualis grauidis, quas κιττώσας greci uocant, accidit. Sanè non latet, vuam quoq; & pariſtmia, & parulides, & antiades, & dentiũ eroſiones, & ulcera & putredines in ore, ſaniẽ hanc, q̃ è capite in ipſa decidit, conſequi. Ac pleraq; medicorũ pars aũt columellam incidũt, aut medicamẽta, quibus expui faciant, qd̃ in pulmonẽ per aſperam arteriã defluxit, exhibent. Alij uentri proſpiciunt. Alij dentibus & ori, aut ẽt ijs, quæ in naribus cõſtitere, prouidẽt: vt de oculis auribusq́ue taceam, qui ipſi quoq; in non paucis lædũtur: cũ ſatius (arbitror) eſſet ipſum mali ceu fontẽ tollere, caput ipſum firmando: aut, ſi hoc præ magnitudine naturalis intẽperantiæ non liceret, ſaltẽ illi proſpicere, ab ipſa ſcilicet uitij ſpecie, prouidẽtiæ indicatione ſemp accepta: Nec cõmittere, ut, quod non nulli medicorum faciunt, qui omni capiti medicamentũ, quod ex thapſia & ſinapi cõponitur, applicant, id ipſi quoq; faciant: qñ, ſi ex calida intemperie caput male habet, talia medicamenta noceant. Expedit igit̃ hos frequẽti balneo potabilis aquæ fouere, quo & calidos vapores, qui in capite ſunt, euocemus, & totũ capitis temperamentum melius reddamus. Calidarum autem, quæ ſponte naſcuntur, noxius his uſus eſt: ſiquidem, quæ ex his ſulfuroſæ, bituminoſæve ſunt, eæ propterea, q̃ calfaciunt, inimiciſſimæ calido naturaliter capiti ſunt: aluminoſę uero, qm̃ anguſtos habitus meatus claudunt. Solis autem iis ſponte natis citra noxam utantur (ſi tñ ipſis utendum,) q̃ vtiq; dulces ſunt: ſic enim tuto dixeris: nam, q̃ utile etiam aliquid ex ipſis proueniat, id uero non perinde tuto dixeris: qñ nec calida fortaſſe forent, ſi omnis calfacientis medicamentoſæ uirutis eſſent expertes. Satius autẽ ſit eiuſmodi aquas experientia diſcernere: qñ etiam raræ inuentu ſunt: apud nos ſtadijs ab urbe paulo plus centum: in Pruſa minus decẽ. Ergo, quæ apud nos eſt in Allianis, (ita.n.locum appellant) unius tota rationis eſt, atq; ex uno fonte manans: quæ vero in Pruſa eſt, diuerſæ. Item diuerſus medicamẽtoſæ aquæ fons, aquæ ut apud nos, in Licetis. Quibus uero caput uehemẽter calidum æſtuansq́; eſt iis, p̃ſtat æſtatis tẽpore roſaceo perungi, quòd ex roſis tm̃ ac ſine frondibus ſit confectum. Atque in hoc ipſo genere illud præſtantius eſt, quod ex crudo oleo, (quod omphacinum & omotribes græce vocant) iniectis roſis componitur: quod longe etiam melius eſt, ſi ſalis omnino ſit expers. Sunt capita, quę propter arteriarum temperamentum in uertigines, (quæ græce ſcotomata uocant) & capitis dolores incidunt: in quibus etiam arterias incidere ſolemus. Sed hoc genus propoſitæ artis limites egreditur.

* προνοίας τυχεῖν.

De inæquali ſtatu uentriculi curando, ſiue aliunde ſiue in ſe ipſo cauſam contineat. CAP. 10.

QVæ tamen ex nimis acuto neruorum ſenſu aſſidue dolent, qui à capite orti plurima ſui parte os ventris texunt, pars etiam ad reliquum ventrem deſcendit, his ſanè mederi propoſitæ iam artis officium eſt: potius tamen conſilium eſt id agere, quò minus hæc vllo modo incidant, cauendo, ne aut bilioſus humor in ventrem prorſus confluat, aut quàm celerrime inde expellatur. Atque, vt ne prorſus quidem confluat, conſulueris, ſi citius cibum exhibeas. Vbi enim totius corporis bilioſius temperamentum eſt, venter autem imbecillus, vtique cibo, qui ventrem roboret (ſtomachum græce vocant) firmari poſtulat. Vbi enim ita non proſpicitur, defluunt in eum, quas corpus aceruat, ſuperuacuæ ſanies, quos græci ichores vocant. Ex quarum uapore non ſolum capitis dolores non nullis oboriuntur, ſed etiam ſuffuſorum, quos

hypo-

A hypocheomenos uocant, ſymptomata: aliquibus verò & comitialis conuulſio. Horum itaque omnium uniuerſa victus ratio ad frigidius potius, humidiusq; muranda eſt. Quod autem in ventrem confluit, id uomitione, ac uentris ſolutione expellendum eſt. Stomachus uerò cibis quidē quotidie prius, q̃ bilem contrahat, firmandus: purgetur uero medicamentis ex maiore interuallo, abſinthij coma, & compoſitione ex aloe, quam picran vocant: quippe hæc, quod altius in tunicas bilioſi vētris ſe recepit, expurgat, abſinthio parum id præſtare ualente. Eſt enim abſinthio uis tantum detergendi, adſtringendiq; ac talis, quæ (vt ſic dicam) ſordes tunicarum ventris detergeat, non ſiquid altius in eo imbibitum eſt, foras extrahat atq; expellat, ſicut aloe. Quæ autē poſt hanc ventri extrinſecus admouentur vnctiones, eæ modice adſtringentes ſunto, ut melinum, maſtichinum, & nardinum, & alia id genus. Ac æſtate quidem potius melinum: hyeme nardinum: vere maſtichinum, nam id medium eſt inter melinum, & unguētū nardinum: hoc.n. calfacit, potiſſimum cum amomum liberalius immiſtum habet: illud refrigerat. Eſt autem opulentis mulieribus, & quod præſtantius nardino unguētum ſit, nempe foliatum: præterea, quę ſpicata uocant, quę uentrem & roborare poſſunt, & calfacere. Si verò non modo caput calidam ſaniem ventris partibus tranſmittit, ſed etiam uenter ipſe calidam intemperiem habeat, utiq; qui
B frigefaciant, tum cibo, tum potione ſemper uti conuenient, atq; ea qualitatem in his pro temporum anni ratione intendere varie, ac remittere, nuſquam tamē ad contrariam peruenire: id qđ in ijs, qui medij temperamenti erant, fecimus, hyeme calfacientes, æſtate refrigerantes. Ad eundem modum, ſi utraq; pars frigida intemperie ſit affecta, ſemper calfacientibus tum cibis, tum potione, tum vnctione utendum eſt: uarie tamen ea pro temporum ratione intendenda, remittē daq; ſunt. Porrò″ difficilis connexio eſt, quoties uel in calidum uentrem frigida & pituitoſa ſa-
A.1.3.f.11.2. c.1.tol.189.d nies ex capite defluit, uel in frigidum calida. Atq; harum duarum alteram ſemper expertus ſum magis ad curandum rebellem, nempe in qua frigidi pituitoſiq; ſucci in calidum decidunt vētrē. Peſſimus uero is ſtatus eſt, cum homo ea compoſitione naturaq; eſt, ut nec uentrem facile ſolubilem habeat, nec uomere ex facili poſſit. Corrumpuntur enim pituitoſi humores, ſi diu ſint in uentre morati, adeo, ut & ipſum erodant, & ſimul uitioſos interim halitus ad caput ſubmittant. Nam, ſi pituitoſus ſuccus a capite in frigidum natura uentrem decurrat, facile his ſuccurritur, ſi mane aliquid ſimplicis medicamenti ſumpſerint, quod dia trion pipereon dicitur. Sed & piper ſolum ad exactum contritum læuorem aquæ miſtum bibere his licet: ad quem vſum melius, ſtomachoq; aptius albū piper eſt. Porrò abſinthij potio his eſt aduerſiſſima, ut quæ pituitoſum ſuc
C cum ipſorum uentri affigat, cum detergendi uim non habeat, quæ adeo ſit æſtimanda. Sed nec aloe ualde his cōducit, cum ei bilioſi trahēdi humoris facultas ſit; eoq; excogitata ſalubriter eſt compoſitio, quam picran uocant, quę acrimonia caloreq; eorum, quę in ſe hēt, craſſos & lentos ſuccos diſſecat ac deterget, cuius generis cinnamomum eſt, Verum aſſidue uti hoc medicamento non licet, ſicut dia trion pipereon, aut dia calaminthes: quibus etiam ſi quotidie uratur, quem frigidus uenter infeſtat, nihil incommodi ex his ſentiet. In totum ergo ad aloes drachmas centum, reliquorum cuiuſque conijciuntur drachmæ ſex, quæ ipſa quoque ſex ſunt. Atque hæc eſt picra, quam Romę omnes pręparant. Ego uero etiam alias duas compono, atq; in altera, eorū, quæ calfaciunt, plus: in altera minus conijcio. At plus quidem reliquorum immiſcebimus, ſi de aloes ſolius pondere detrahemus, ſic ut in illius drachma octuaginta, reliquorum cuiuſq; addamus ſex: Minus uero, cum aloes modum augebimus, uiginti drachmis adiectis ſic, ut centumuiginti eius drachmis cęterorum cuiuſque adijciamus ſex. Minime uero late, & quod in penuria cinnamomi ponendum pro eo ſit optimæ caſiæ duplum, quam aliàs ea eſſe uirtute non nulli putant, ut nihil ab inualido cinnamomo abſit: nā à generoſo ēt talis caſia longe ſuperatur. Verū, ſicuti in boni panis inopia uel uiliſſimo ueſcimur, ſic in cinnamomi penuria, exquiſitiſſima ute-
D mur caſia. Ac, in quibus quidem uenter aut frigidus eſt, aut etiam temperatus, cæterū ad frigus propenſior, ijs aptum medicamentum eſt, quod diaſpoliticon uocant. Quod ipſum quoq; dupli citer confici aſſueuit, ijs, qui aluo ſunt adſtricta, nitro, quod *Bernicarium uocant, cum cumino, ruta, & pipere, pari pondere admiſto: pro ijs, qui ſoluta ſunt, dimidio. Conuenit nanq; inter oēs
A.1.3.f.2.1 c.33.fo.190.h ab hoc medicamēto & pituitam extenuari, & ſpiritum flatulentum expelli. grauis″ āt, nec facile tractabilis complexio eſt uentris, qui intemperanter calidus ſit, cum frigido capite. quæ enim in uentrem defluit pituita, dia trion pipereon, ac dia calaminthes eget, etiam cuius modo mentionem fecimus dioſpolitici. Os āt uentris ab ijs, quæ calorem accendunt, offenditur. Ergo in ijs, q ita ſunt affecti, id agendum ut pituitam diſſeces, detergeasq; ijs, quę haud quaquam calfaciunt: quod genus oxymeli eſſe nouimus. Iā lubrica atq; ad curationem difficilis connexio eſt, ubi tales partium affectus coierint, in quibus os uentris (quem ſtomachum vocant) imbecillum eſt ac nauſeoſum, uenter autem ipſe retinetur. Quippe, quę hūc laceſſunt, ſtomachum omnia ſubuertunt ita, ut in ſummo eius cibi natēt, & nauſeam ſubinde excitēt. His neceſſario incidit, vt cibum parum belle concoquant. Quòd ſi contra illis ea, quæ ſtomachum firmant, exhibueris, ēt in tertium, quartumq; diem ipſis uenter ſiſtitur. Huiuſce modi igitur hominibus unicam uictus rationem cōuenire animaduerti, nēpe ut primo loco olera cum oleo & garo, aliaq; quæ uentrē mollire

*βερενικιον, aut βερενικάριον legendū eſt

lire ſolent, ſumerent: poſt iuſtum autem ſibi modum, aliquid eorum, quæ ſtomachum roborẽt, E accipere. Ea ſunt mala cotonea, & pyra, & punica. Quippe aliqua ſunt horũ generum, quæ citra acorem adſtringant. Ipſe aũt, qui affligitur, omnibus ſeorſum vſu exploratis, quod minime noxium iucundiſſimumq́; inuenerit, eo utitor. Non multum ãt de horum ſingulis, eſt ſumendum, ſed quantum (ut dixi) imbecillitatem ſtomachi reficiat: nam eiuſmodi horum uſum ventrẽ ſoluere experientia comperi. Atque in totum magis, qui ita ſunt affecti, deſident, ſi quid adſtringẽs, poſt cibum ſumpſerint, q̃ ſi eo prorſus caruerint, propterea, q̃ os ventris iam roboratum & trudit deorſum, quæ in ſummo natant, & cum his vnà, quæ in toto ſuperiore ſunt ventre: tum vero ipſum ciborum momentum inteſtina quoque exceptum ſeruant, ipſa quoque impellentia, quæ a ſuperioribus acceperunt. Videtur enim ipſa tum impellendi, tum expellendi vis, etiam ſi à ſede ipſa aliquid ſurſum impulerit, ipſum motum longiſſime tueri, quamuis præter naturam ſit eiuſmodi in animalis corpore tranſitus. Cæterum ita ſe habere, ut dicimus, intelligere licet, ſi q̃s, qđ ſæpe nobis accidit, ad memoriam reuocet. Nam mordax interim humor in locum aliquem ſedi vicinum receptus, ad expulſionem ſui nos irritat: quem tamẽ cohibere propter ciuilia negocia coacti, nec ab his expediti eum expellimus, [a]† & facta conuerſione eius, caput inde dolere ſæpe numero ſentimus. Optima igitur ratione, tametſi lubricantes cibi ſtomachum innatant, auſtera F ſumpta, ubi ſuperioribus uentris partibus robur addiderint, principium deorſum ferẽdi ijs, quæ in eo continentur, ſuppeditant. Id ferendi principium inteſtina tum excipere, tum ad imum uſq; exitum ſeruare ſolent.

*A† Locus certe in græco depraua*t*: Interpres ſequutus eſt ueterẽ tranſlationem, quæ habet, & ſentim*o *ex hoc multoties capitis dolorem, recurſu fiente. Alij pro* ἀναστρεπόμενοι, *legunt* ἀναστρεπομένης, *dicunt*q̃ *in antiquis addi* τῆς γαστρὸς, *ut poſtea ſenſus ſit & uentriculo ſubuerſionẽ patiente, caput inde.*

De cuſtodiendis ijs, qui vel renum calculo, uel articulorum vitijs laborare ſolent. CAP. II.

ATque, cum ſatis de his hactenus ſit dictum, ad aliam inęqualẽ compoſitionem tranſire par eſt, quæ nulli dictarum in malitia cedit: utique in qua renes calculum gignunt, aut tophos, quos græcè πώρους, aut quomodocunq; aliter uocant: totus uerò corporis habitus gracilis eſt: hi nanq; medicamenta uictumq́ue, quę extenuare poſſint, requirunt. At ea gracili corpori ſunt inimiciſſima, adeo, ut quidam, qui p̃p renum uitiũ uſus his fuerat, vbi digitos deterius moueri ſentiret q́; ſenſit, &, vt ipſe locutus eſt, ueluti [b]† cauum quidam ſonantes, communicauit rem medicis, primum in Campania, ubi ipſe agebat. Hi, tãquam eo affectu laboraret, qui paralyſin, id eſt reſolutionem neruorum, minaretur, medicamentis, quæ ex euphorbio & limneſi (q̃ etiã ἀδάρκην vel ἄδακρυον græci uocant) vtebantur. Vt autem affectus ei in deterius ceſſit, & ſymptomata cum vehementi dolore ad ſuperiores partes ſemper aſcenderẽt, mihi, qui id tpis in Campania forte eram, rem indicauit, opemq́; rogauit. Ego uero eum ex ijs medicamentis, quę memorauit, G ſiccatum in hunc affectum ueniſſe intellexi: quærentiq́; qua maxime victus ratione ſiccitati ſuæ citra renum noxam mederi quis poſſet, ptiſanæ cremorem excogitaui, & piſces tum ſaxatiles, tũ qui in alto mari degunt, alioſq́ue, in quibus nihil eſſet glutinoſum. Simili modo & ex volatilib[a], quæcunque ſimilem carnem habent. Porrò multæ ex montanis uocatis uolucribus tali ſunt temperamento: quas nanque in urbibus concluſas caupones, qui eas uenditãt, humido ac copioſo nutrimento impinguant, aduerſiſſimæ his ſunt. Optima uerò ijs, qui ita ſunt affecti caro eſt, vt ex auibus, perdicum: proxima attagenarum, & ſturnorum, & merularum, & turdorum. Quod ſi mõtanarum auium copia non eſt, de ijs, quæ in agro uictitant, & [c] gregalibus * columbis, qui in turribus nidificant, ſumere licebit: itemq́; paſſerculos, qui ſimiliter in turribus nidificant, Pyrgitas græci uocant: ſunto autem in editis locis eiuſmodi turres. Ita nanque & gallinis & gallinaceis, q̃ in corte aluntur, uti licet. Lac uero ſic affectis reliquorum quidem animalium eſt prohibẽdum, unum uero aſininum concedendum, propterea, q̃ cæteris omnibus eſt tenuius. Ac, ut uno uerbo dicam, mediam eſſe conuenit inter extenuantem impiguantemq́ue, uictus eorum rationem. Particularem verò, quæ his conueniat, materiam tum in ijs libris ſcripſimus, qui ſunt de ciborũ uirtutibus editi: tum in eo, in quo de euchymia & cacochymia præcepimus. Adeo ſuperuacuum H eſt hoc loco pluribus morari, cum id tantum dixiſſe ſit ſatis, de toto horum corpore, nutriendo curam habendam per eam, quam ſupra comprehendi uictus rationem, ubi de eo ſermonem feci, quid quidvis potius ſufferre voluit, quàm pice illini. At, ſi obeſus ſit, quem calculus infeſtat, au dacter huic tenuem uictum iniungito. Eadem & ijs, qui articulorum vitiis laborant, conuenire præcepta cenſebis. Quippe ipſi quoque medicamentis arthriticis podagriciſque ebibitis, ſi carnoſi, & craſſi, & pingues ſunt, nullum ſentiunt incommodum: ſin graciles, non modo totum corpus, ſed etiam pedes ipſos, interim uero & manus, ſi hæ quoque prius male habebant, in grauiſſimum ſtatum ſiccando perducunt. Scire tamen licet podagrica hæc antidota multum a nephriticis, diſtare, non in eo modo, quòd craſſos glutinoſoſque ſuccos attenuent, uerum etiam, quòd calfaciant & ſiccent: nam calculoſis, quæ ualde calfaciant, dari nullo modo conuenit. Quoniã uero dictum abunde de talibus omnibus eſt in opere, quod de medendi ratione conſcripſimus: præterea in ijs libris, quos de medicamẽtis edidimus (qui ipſi duplices ſunt, qui priores ordine ſunt de medicamentis ſimplicibus: qui poſteriores, de compoſitis:) profectò nec omnino nihil, nec prolixius, meminiſſe de his cõueniebat, propterea, q̃ eiuſmodi corpora inter ea quæ exactã ſanitatẽ habent, & quæ iam ægrotant, medium ſtatum obtinent: ſiquidem ea pars artis, quæ inſtantem

B†In græco codice legitur καπυηρὲν, *uel ut alij putãt* καπνηρὸν, *quæ uox ſignificat ſuffumigatum aut a fumo exiccatum.* C * νομάδων.

A.l.3.f.5. & 11.fo.2

A ſtantem morbũ declinat(prophylactice græcè dicitur)affectis ad hunc modum corporibus cõ-
ſulit. Nemini.n.ex ijs, qui corporis habitum inculpatum habent, aut medicaměta bibenda, aut
tenuante uictu utendum, cenſemus. Sed, qui pro naturali imbecillitate, aut corporis totius, aut
partium quarundam, ex leui cauſa læduntur, hos ad prædictæ proſpicietis partis victum tradu
cendos cenſemus,atq; a ſuſpecto ſubmouendos: quem tñ nemini eſſe noxium uidemus eorum,
qui naturali corporis bono ſunt habitu,& modice laborare non grauantur.

De Defluxione, quæ à capite ſit in ſubiectas ei partes. CAP. 12.

VErũ,qui ex leui cauſa male afficiuntur, vt magnis morbis aſſidue vexentur, veluti comitia
li," vertigine,(quod ſcotoma græcè dĩ) capitis doloribus:item alijs,in quibus caput ſubie
ctis partibus ſymptomatum occaſio eſt, quarũ ſunt dentes,gingiuæ, columella, uno uerbo oẽs,
quæ in ore & faucibus ſunt partes:ad hæc aures,& oculi,& ſtomachus, & uenter,& ſpirandi par
tes,nempe ſumma arteria,quæ larynx dicitur,& aſpera arteria,& pulmo, & thorax:his uictus cõ
munis ſcopus eſt, caput ipſum ante omnia, & quam accuratiſſime, minus opportunum ad uitia
reddere:mox etiam afflictis partibus proſpicere:modo tamen ne ignoretur,hoc ipſum quoque
alia determinatione egere,utique hac,Non omnes,quæ læſæ ſunt,partes eſſe roborandas.Op-
B tima uero determinatio eſt, quæ ex uſu earum petitur: quippe oculorum & aurium permagnus
eſt uſus.Iccirco decidentibus in has a capite excrementis,deriuatio§per vicinas partes§ ‖ (paro-
cheteuſin Hippocrates uocat)molienda eſt:ac ad naſum potiſſimum trahenda, quæ in has par-
tes feruntur.Sin ad naſum non ſequuntur,in os ipſum,utique per ea, quæ pituitam eliciunt,apo
phlegmatiſmata græci uocant:ſicuti ad naſum tum per ea, quæ ſternutamenta mouẽt,tum,quæ
eius obſtructiones aperiunt. Oculis uerò ipſis robur adiicies, ſi ſicco collyrio, quod ex phrygio
lapide componitur, utare,ac ſic palpebris ſpecillo inducas,ne oculi membranã intus cõtingas:
ita nanque mulieres quotidie faciunt,cum ſibio oculis gratiam conciliant.Ad aurium uerò ro-
bur,vel glaucium ſolum ſuper cote tritum cum aceto, mox tepidum per ſpecillum blande infu-
ſum,aut etiam per inſtrumentum illud, quod publice in vſu eſt, & oricularium clyſteren, græcè
ὠτεγχύτην vocant:vbi verò ſatis firmatæ ſunt,ita, vt nihil in has confluat, aſſidue inſtillãdum op-
timi nardini unguenti aliquid:id olim duntaxat Laodiceæ in Aſia præſtantiſſimum fiebat,nunc
uero & in aliis fit urbibus.Robur autẽm auribus uel magis afferet,ijſdemq; proficiet collyrium,
quod diaglauciũ propterea,ꝙ glauciũ recipit,vocãt:præterea dia rhodon, & crocodes,& nardi
num, & quod διὰ ὄινου græce dicitur : præterea ex unguentis ea, quæ Romæ opulẽtis mulieribus
C conficiuntur, quæ foliata & ſpicata vocant. Quòd ſi larga fluxio & ſanies aſſidue in aures a capi
te feratur,& exulceratio iam facta ſit, ſanè exulcerationi Andronis medicamento & ſimilibus,
medeberis. Inter autem id agendum auertere materiam ad naſum & os debebis: quò facto iam
comprehenſis uteris,

In lib. de Humoribus iuxta principium.

De communi ratione fluxionis ſedandæ, & particulæ imbecillis roborandæ. CAP. 9.

VEluti ãt ex ijs, quę a capite defluunt, identidem lædũtur aliqua eorum, quæ illi ſubiecta
ſunt,ſic ex iecinore,& renibus, uel liene, in alias partes, quæ ipſis ſunt imbecilliores,morbi incidunt. Siquidem demonſtratum in ijs commentarijs eſt, qui ſunt de naturalibus facultati
bus inſcripti, ſingulas partes trahendi facultatem habere proprij ſibi ac cõuenientis ſucci: quẽ
alterantes aſſimilantesq; † abutuntur ad nutrimentum.Rurſus aliã facultatem habere,qua,qđ
ſuperuacuũ eſt, expellere in uicinum deſiderent. Ac,ſi quidẽ ipſa,quæ vicina particula eſt,cor-
poris habitum firmum habeat, quod ſibi obtruditur, utiq; non admittit,facitq; ut in ipſa ſolum,
quæ primum affecta particula eſt,dolor vſq; ſubſiſtat. Sin imbecillior ſit,q̃ illa,vnde excremen
tum mittitur,admittit illa quidem, cæterum ipſa quoq; ad imbecilliorem quampiam a ſe rurſus
tranſmittit:atque hæc rurſus ad aliam, donec in eam procumbat, qua imbecillior nulla ſit reli-
D qua. Atque ad hũc quidem modum, quorum nulla victus ſui cura eſt, alius alia parte aſſidue ve
xatur. Qui nihil colligunt ſuperuacui, ijs manẽt imbecillæ partes ſemper in tuto. Cuius rei euidentiſſimum argumentum eſt, ꝙ aliqui ſex menſibus pluribusve infirmis partibus laborãt:cum,
ſi ſola imbecillitas in ipſa id efficeret,perpetuo laboraret infirma pars,ceu cui ęgrotationis cau
ſa nunquam abeſſet. Nunc, quoniam perpetuo non laborat,manifeſtum eſt aliud quippiã inter
uenire,quod eius affectus gignendi ſit occaſio. Quod certe aliud non eſt,quam quod uel quãti-
tate,vel qualitate redundat. Atq; hoc ipſum, qđ redundat,aut per totum colligitur corpus,vo-
cãtq; eum affectũ græce plethoran: aut in parte aliqua principe,ſed quæ alioqui natura ſit im-
becillior. Id uero aut in ipſa manens,aut ſe imbecilliorem quampiam natura recipiens, noxam
ingerit.Illud ergo ante omnia conſiderandum definiẽdumq; eſt,propter ne ſemetipſum perpe
tuo laboret membrum,an propter aliud,quod prius in ipſo ſit affectum. Atq; extrinſecus quidẽ
non nunquam imbecillæ parti noxa incidit ex eo, quòd refrigerata, aut contuſa, aut vulnerata,
aut laſſata eſt,plurimum tamen ex uictus ratione,quæ redundantiam vitioſumve ſuccum cõtra-
hit. Attendere itaq; magnitudini naturalis infirmitatis membri cõueniet,hac prius diſcretione
vſum:ac tenuiorẽ quidem homini victum,quàm prius,exhibere:tum idoneam exercitationem,
iniungere:cauere vero,nequid ab externis cauſis noxæ incidat.Poſtea,ſi ab his nec ipſe gracilis

† καταχρῆται. ſed hæc uox in bonam partem etiam quandoque ſumitur, ꝙ eo quod eſt uti, ut hoc loco.

fiat,

fiat, nec imbecilla eius pars affligatur, insistendum eidem victus rationi est. Sin autem aut omnibus membris fiat gracilis, aut male afficiatur, quod uitioso est habitu, mutare talem victus rationem debebis, utiq; si affligitur, duorum alterum faciens, aut victum hominis in tenuiorem mutans, aut certo anni tempore purgatione utens. Ac alijs quidem una quotannis purgatio vere incipiente satisfacit: alijs altera quoq; post hanc autumno est opus. Ac, si sanguinis quidem abundantiã corpus accumulauit, mittendus is est: sin uitiosum succum, uacuandus hic medicamento est, qd superantem humorẽ purget. Quòd si ex tenui uictu pars afflicta leuatur, sed corpus emaciatur, picatione vtendum, sicut antea est comprehensum, ad extenuati habitus refectionem.

De ijs, qui plurimum genitalis seminis colligunt & excernunt. CAP. 14.

SAnè pessimus coporis status est & ille. Sunt enim, qui genitale semen copiosum calidumque gignũt, quod eos ad expulsionem sui proritat, post quam & uentris os illis resoluitur, (quod stomachus non a medicis modo, sed etiam ab alijs hominibus vocatur, ita, vt a veteribus græcè καρδία) & ipsi toto corpore non solum relaxantur, imbecilliq; fiunt, sed etiam sicci, graciles, pallidi, cauisque oculis cernuntur. Quòd si propterea, q ex concubitu sic vexantur, ab hoc se retrahant, non modo capitis molestiam, sed ẽt stomachi offensionem, fastidiaq; sentiunt. Sed nec ex continentia magnopere iuuantur: accidunt enim ipsis per nocturnas imagines non minora incommoda ijs, quæ a concubitu senserunt. Horum cum quidam mordax præcalidumq; semen inter emittẽdum sentire non solum se, sed ẽt mulieres, cum quibus rem haberet, referret, suasi homini abstineret a cibis, qui semen genitale augerent: sumeret" ẽt non cibos modo, verum ẽt medicamenta, quæ id extinguerẽt, (quorum tradita nobis materia est in ijs libris, quos de alimentis, itemq; quos de simplicibus medicamentis, conscripsimus) tum uerò exercitationibus vteretur, quæ supernas partes potius exercerent, cuiusmodi est, quæ parua pila, & quæ [a] † folle fit, & quæ perhalteres: a balneo verò lumbos totos vngeret vnctione quapiã frigida. Talia sunt & crudum & acerbum oleum, quod ὀποτριβὲς, & omphacinum vocant, & rosaceum, & melinũ, utique quod ex eiusmodi sit oleo. Ipse vero crassioris substantiæ vnctiones non nullis compono, ne facile a corpore defluant. Est autem compositio earum ex cera, & aliquo eorum, quæ refrigerent. Primum ãt, ubi ceratum, quod a medicis græce κηρωλαῖον dicitur, feceris, dein in mortario manibus affatim subegeris, infundes refrigerantẽ succum, quem ẽt quàm maximè cum cera sic permiscebis, vt vnitas fiat. Succorum verò id genus descriptam materiam habes in simplicium medicamentorum libris. Quorũ obuij maxime, facillimeque parabiles sunt, & semperuiui, & solani, & vmbilici veneris, & psyllij, & polygoni, & tribuli, & portulacæ: hęc vero succum nõ remittit, nisi, dum in mortario tunditur, affusum sit humoris quippiam, qui tenuis aquosæque, nõ lentæ, & crassę substantiæ sit, qualis vuæ immaturæ est, & rosarum. Verum hi æstate, reliquorum nõ pauci ẽt alijs temporibus habentur, veluti lactucæ: qui ipse quoq; ex refrigerãtibus est. Quin etiam lini semen, si in aqua coquas, refrigerantem cremorem efficit. Porrò gymnastarum quempiã vidimus ex ijs, qui athletis præfuerat, qui athletæ cuiusdam renibus" plumbi laminã superposuit, quò nocturnis veneris imaginibus careret. Idq; cum è plebe cuidã, qui sic esset affectus, indicarem, adiutus gratias egit. Alter vero, cui carnis natura imbecillior erat, non tulit plumbi duritiam: huic ergo suasi earum, quas supra dixi, herbarum aliquas substernere, ac cum ipsis molles amerinæ frondes, & rutę: sensitque ilico ex his fructum: itaq; vsus deinceps assidue est. Quin vbi amerinæ semine assidue uesci suasi, ẽt ob id gratias egit, sicuti etiam pro ruta. Ac talium, quidem materia tum in opere de simplicibus medicamẽtis, tum in libris de ciborum uiribus, tradita est. Nũc illud visum est sermoni necessario adijciendum, cauendas esse vnctiones frigidas, quęcunque ex papauere, mandragora ve fiũt. Neque, n. horũ quippiã admouendum: [b] † neque ẽt, cum in summo uirium sunt, herbæ ipsæ substernendæ: nam, sicuti prædictis, ita his quoque, substratis vti licet. ¶ Quin rosas experiri cuidã suasi: sensitq; ex his substratis leuamen citra ullam renum noxam. Sed & aliud excogitaui ijs, qui ita sunt affecti non insalubre, veluti ex ipso vsu comperi. Quippe experientia [c] * normæ uice semper habẽda est eorũ, quæ excogitaueris: nec scribendum p utili quicquam est, quod non sis expertus, nisi tamen hoc ipsum testeris nõ esse tibi adhuc expertũ. Quid ergo est, quod à me excogitatum magnæ esse utilitatis sum præfatus? Nempe seruare oportere, q hoc corporis uitio urgentur, quando maxime genitalis seminis abundantiam, qd excerni postulet, collegerint, ac die quopiam, postquam boni succi cibis in cœna se modice impleuerint, ad somnum conuersos, concumbere: postero die, cum satis dormierint, ac surrexerint, linteo fricari, quoad rubor per cutim appareat: mox aliqua oleo frictione modice vti: tum exiguo interposito tempore, panis aliquid [d] † bene fermentati, & [e] † furno cocti, ac puri, ex vino misto gustare, atq; ita ad opus consuetũ redire: medio tamen tempore frictionis ex oleo, & panis gustandi, siquis locus in vicino sit, in eo ambulare, excepto si hybernum frigus sit, tum enim intus manere satius duco. Non dissimilẽ roborandi per cibum stomachi rationem & grammatico cuidã, quem comitialis spasmus assidue urgebat, suasi: ac mirifice contulit. Maxime vero in fiduciã ueni hominis iuuandi, ubi didici tum spasmos incidere, cum diutius à cibo abstinuisset: magisq; si dolor interim irave interueniisset. Quin etiã habitũ corporis eius cõtuebar [f] †: sciscitantique

A † διὰ τῆς μεγάλης σφαίρας, i. magna pila, q̃ inflatur, & follis a latinis dicitur.

B † Locus hic in manuscriptis codicibus græcis ita legitur, μήτε ὅταν ἀκμάζει τὰ φυτὰ, καθαπέρτοις προειρημένοις, οὕτω καὶ τούτοις ἐστὶν ὑποῤῥώμασι χρῆσθαι εἰ γὰρ σφοδραὶ ῥύσεις τῶν ἐπιθεμένων, τοῖς κατὰ τὴν σφῦν χωρίοις ἀδικοῦσι τοὺς νεφροὺς, id est, Neq; cũ in summo uigore cõsistũt herbę, quẽadmodũ prædictis, ita etiã istis, substratis est utẽdũ, uehementes .n. refrigerationes eorũ, q̃ sup lumbos imponũtur, renes offendunt.

C * κριτήριον.

D † Quidã legũt in græco nõ εὐζυμον, sed ἄζυμον, i. minime fermentati.

E † χαλβανίζης id est in clibano, aut testa cocti.

F † Manuscripti codices addunt ἰσχνὴν, id est gracilem.

A.l.3.fol.c.13.fol.

A.l.3.fol.c.13.fol.

A.l.3.fol.37.

A tantiq; de hac ipſa re, ſtomachum aſſidue bili urgeri eſt faſſus. Omnibus vero, qui hæc legent, cõ
muniter illud ſua ſum velim, præſertim, qui, rametſi medicinæ artis ſunt ignari, cogitationem ta
men habent exercitatam, ne veluti vulgus, ita ipſi quoque pecorum ritu victus ratione vtantur:
quin potius uſu explorent, qui nam ipſis cibus, potuſve ſit noxius, quæ præterea, quanta q́ue di-
motio. Pari modo & de venere obſeruent, num noxia ſibi, innoxiave ſit: tum ex quanto interual
lo vtentibus noxia, innoxiave ſit. Nam, ſicut retuli, non nulli immodice lædũtur: alij citra noxam
vſu eius ad ſenium vſque ſufficiunt. Verum hæc ambo genera rara: nempe eorum, qui magnope
re læduntur, & qui nullum ſentiunt incommodum. Totum vero, quod in medio eſt, id cum ma-
ioris minoriſq́ue diſcrimine ad magnum hominum numerum ſe extendit: quorum, qui non ru-
des ſunt, ſed ratione probe exercitata, (non enim quorum libet eſt hæc noſſe) ijs ſuadeo, obſer-
uent, ex quibus lædi ſe, iuuarive ſentiant: ita enim fiet, vt in pauciſſimis medicorum opera indi-
geant, quouſque in ſanitate fuerint.

De medicamento ex malorum ſucco. CAP. 15.

HActenus quidem ſcripſeram, cum amicorum quiſpiam toto opere perlecto, unum omni-
no reſtare dicebat, quod ſuperius a me relictum, poſt erat dicendum, nempe medicamen-
B tum, quod ex malorum cotoneorum ſucco conficitur: quod tum ad appetentiam excitãdum ijs,
quibus ea languet, eſt vtile: tum ad concoctionem ijs, qui parum fœliciter cibos concoquunt: &
in ſumma uentri robur conciliat. Laudato igitur homine, q̃ admonuit, appoſui & compoſitio-
nem ipſius, quæ ad hunc modum ſe habet: Accipies ſucci malorum cotoneorum, quæ dulciora,
maioraq́ue ſunt, ac minus acerba, quæq́ue noſtrates in Aſia græce ſtruthia vocant, ſextarios Ro
manos duos: quibus mellis optimi tantundem miſcebis, aceti ſextarium unum & ſemiſſem: hæc
cum ſuper prunas modice coxeris & ſpumam detraxeris, immittes zinziberis uncias tres, pipe-
ris albi duas: dein rurſus in ſimili igne recoques, donec mellis craſſitudo exiſtat: qua utique craſ
ſitudine ſtomachica medicamenta præparari ſolent. Hoc uero medicamẽtum etiam ijs, quibus
inualidum iecur eſt, ſalutare in primis eſt. Illud uero latere non debet, ieiunis id maxime dãdum
eſſe, mediocris myſtri modo: quanquam nec, ſi a cibo ſit ſumptum, quicquam lædit. Commode
quoque dabitur etiam, ſi prius pranſus quiſpiam ante cœnam id ſumpſerit. Maxime tamen tem
peſtiue id duabus horis, aut tribus ante cibum obtuleris. Quòd ſi id adſtringere magis voles, ẽt
ex cotoneorum ſucco conficias. Cæterum, ſicuti venter intemperie caloris laborat, aut etiam bi
li quouis modo abundat, huic auferri & piper & zinziber debebit, ac ſuccus malorum cum ace-
C to, & melle tantum ad præſcriptam craſſitudinem coctus dari. Qui verò medio temperamento
uentres habent ita, ut nec bilioſum excrementum, nec pituitoſum congerant, ijs piperis &
zinziberis dimidium eius, qui prædictus eſt, modi, ſat erit: ita nimirum, ut ſit piperis un
cia una, zinziberis una & ſemis. At, quibus frigiditatis temperiem uitiat, ijs qua-
tuor zinziberis, piperis tres aut duas & ſemis uncias inijcies: licebit &, cum
ad medium modum præparaueris in ipſo vſu piper addere. Atque
ad hunc modum ijs, quibus in diuerſis membris pugnantia
temperamenta ſunt, conſulendum cenſemus. Quibus
vero in una qualibet ſimilari, inſtrumentalive
parte imparitas temperamenti vi-
ſitur, de his alio opere
agetur.

GALENI

GAL. ARS TVENDAE SANITATIS NVM AD MEDICINALEM ARTEM SPECTET AN AD EXERCITATORIAM, LIBER AD THRASYBVLVM.

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

Præfatio, & quodnam sit cuiusque rei inueniendæ principium. CAP. 1.

NOn alia quidem ò Thrasybule de proposita a te quæstione ex tẽpore differui, alia uero in præsentia hisce commentarijs traditurus sum: id enim prorsus haud ignoras, me semper eadem de ijsdem asserere, neq; quicquam tractandum suscipere, cuius neq; methodum didicerim, neque in ea me aliquandiu exercuerim. Inuentionis igitur initium non in hac sola nunc proposita contemplatione, sed etiam in alijs omnibus fuerit, ante cognoscere, quidnã est id, quod quæritur. Huiusmodi uero notitia gemina est, aut enim solã rei notionem, aut essentiam quoque percipimus. Sed quo hæ discrimine separẽtur, ampliter in libro De demonstratione proditum est, ubi & alias omnes methodos explicauimus: quin & iam in G præsentia ex ipso usu patescet.

Quomodo præsens quæstio proponenda. CAP. 2.

HOc enim in dubium reuocato, vtrũ medicæ artis, an exercitatricis pars, ea facultas sit, quę salubris uocata est, teq; meã iccirco hac de re sententiã efflagitãte, cũ plerũq; ad medicos, gymnastasq; de hoc ambigentes te accessisse diceres, te mihi prius respondere dignũ censui, q̃ cuiusq; istorũ nominum, medicinæ uidelicet, exercitatoriæ, & salubris, notionẽ habeas: ne forte de alijs rebus tu narrationẽ cupias, ego de alijs tibi sermonẽ faciã, atq; ita ad nomen tm̃, non ad rẽ ipsam, nostra dirigat oratio. Tu quidem ad hoc subticuisti, me ipsum existimans de oĩbus oĩa dicere debere; sed non ita rei veritas hẽt, multa n. nõ unum proposuisses: primũ quid sit medicina, secundo quid exercitatoria, tertio post hæc quid facultas, aut & id ipsum, quod potissimũ quæritur, ad vtram prædictarum artium ista pertineat. Atqui istud ipsum quartum non ita simpliciter debere proponi affirmabam, ad utram reduci deberet, sed ita statim addẽdo, an ꝓpria, an affinis, an pars esset, aut qũocunq; aliter quispiam dicere velit, futurum enim & inde aliquod inueniendi quæsiti principium. Namque, si ita perfecte proponatur, ac per Iouem interrogetur, Nunquid medicinæ, an gymnasticæ, affinis sit salubris: cum trium quoque illorum nomi- H num significatum exposuerimus, medicinæ uidelicet, gymnasticæ, & salubris: post hæc etiã quartum explicare oportebit, affine quid significet, & quæ sit eius dignoscẽdi ratio. Sed hoc propriũ quidem ipsius propositi est: at medicina quid sit, declarare, quid gymnastica, quid salubris, nõ est ipsius propositi proprium, hæc tamen in confesso esse necesse est. Quare, cum unum id, quod & tu proposueras explicare tunc uelles, cumq; te in respondendo periclitantem, hæsitantemq; uiderẽ, uirum quendam inter philosophos in rationali speculatione uersatos non ignobilẽ, sermonibus nostris fortuito occurrentem respondere mihi uoluisti: quod ille cum prõpte fecisset, & ad omnia probe respondisset, facile (ut nosti) proposita quæstio enucleata fuit.

Quomodo ad hunc librum scribendum accesserit. CAP. 3.

AT qui & tunc confestim ex sermonum illorum artificio, magnam te uoluptatẽ cæpisse prę ferebas, & expectatione celerius quęsitum inuẽtum est, & postea tu me semper magnopere precatus, tandem non admodum promptum ad hos sermones scribendos impulisti atq; coegisti: neque enim unum id propositum tantummodo exquisite discussum literis commendandum esse putabam: reliqua uero omnia perinde examinare tempus non supererat. Quamobrẽ, quod ipse in me ipso facere consueui, id satis erga uos amicos fore putaui, si uiam ostenderem,

quam

A quam quis ingrediens non id ſolum, ſed etiam reliqua omnia propoſita explicare ualeat.

Quanta ſit rationalis facultatis neceſsitas. CAP. 4.

VOcatam enim à philoſophis rationalem cõtemplationem quicunq; ſatis diligenter exercuerit, quodlibet iſte quæſitum æque diſcutere poterit: at ſine illa propoſitorũ commentarios euoluere, nihil aliud eſt, quàm operam atq; oleum perdere: cum neq; diſtinguere ſciat, quę uere in ipſis, quæ falsò dicta ſunt, neque omnia inibi ſcripta memoria complecti ualeat. Cæterum quoniam ſemel propoſitum, cuius paulo ante mentionem fecit oratio, declarare aggreſſus ſum, iam incipiendi tempus aduenit.

Modum definiendæ medicinæ examinat. CAP. 5.

SIquis à quopiam interrogatus, quid ſit medicina, artem eam eſſe ægrorum curatricem, ſanorumq; conſeruatricem, reſpondeat, non ne per Iouem iſte, quod controuerſum eſt, tanquã manifeſtum accepiſſe uideatur, medicinæ partem, ſalubrem eſſe pronuncians? Quemadmodũ rurſus, ſiquis medicinam laborãtium tantum curam habere confirmet, alio modo & iſte id, qđ in quæſtione uerſatur, pro conceſſo accipiet, à medicina ſalubrem abſtrahens. Ita, & exercitatoriã ſi quiſpiã ſanitatis ſeruatricẽ ſtatuat, quæſitum pro cõperto habuerit. Quemadmodum, & q
B boni habitus eam opificem tradat, diuerſo modo & ille ambiguum pro certo aſſeueret: ſiue.n. quis artis definitionem, ſiue deſcriptionem, reddere tentat, quod dubium eſt, neque confutare neque aſſerere ſine demonſtratione auſit, ſed aliunde ex conceſsis incipiẽs demonſtrare conetur. Nunquid igitur ita medicinã definire melius fuerat, eã uidelicet eſſe, cuius finis eſt ſanitas: gymnaſticam uerò, cuius finis eſt bonus habitus: atq; huiuſmodi deſcriptiones principia inueſtigationis ſtatuere? At ſic etiam gymnaſticæ ſalubrem, tanquã nihil ſit dubiũ, detrahemus, in medicina uero adhuc obſcurum & q̃ſitum accipiemus. Nam, ſi ſanitas artis huius finis eſt, forſitan poterit ad diſtinctionem ſermo aſſumere, non præſentis cuſtodiam, ſed creationẽ, adeptionemq; abſentis, eius finẽ eſſe conſtituens: hinc enim inductionibus ꝟtenti in utranque partem argumentandi facultas ſuggeritur. Nã, ſi eiuſdem artis officium eſſe, quod prius non erat, efficere, incolumeq; quod factum ſit, conſeruare, oſtendere uoluerimus, ædificatoriam, nauali, fabrilem, atq; ferrariam, memoria repetemus. Quòd ſi ad aliam opus facere, ad aliã id integrum ſeruare, pertinere declaremus, textoriã, ſutoriamq; in exempla adducemus, & ad has coriorũ diſſectoriam, cerdonicamq; ſeu ueteramentariam (ſic enim eã uocant, quę fracta calciamẽta reſtituit) adijciemus. Siquidem alterius eſſe uidetur artificis ueſtẽ facere, alterius eandẽ dilaceratam
C integram: quemadmodum & calceum facere ad coriorum diſſectorem ſpectat, fractum autem emendare ad cerdonem, ueteramentariumve. Verum in libris meis de demonſtratione probatũ eſt ad demonſtrationes ſcientiam gignentes inductiones adhiberi non oportere. Quare, quicunque in illis uerſatus fuerit, huiuſmodi uiam aſpernabitur, & alteram meliorem ueſtigabit: q uero in illis ſeſe non exercuerit, alterutram, quam uoluerit, partem tuendam ſuſcipiens totum diem altercandi materiam habebit.

Quomodo artes circa humanum corpus multiplicantur. CAP. 6.

MEdicæ nanq; arti ſanitatis creationẽ, nõ ſeruationem cuſtodiamq; gymnaſticæ uero bonum habitum, finem eſſe ſtatuentibus, alia rurſum difficultas non exigua ultra prædictas exorietur: cogetur enim, puto, aliquis quemadmodum ſanitatis, ita & boni habitus, artem unam ſeruatricẽ, alterã opificem, cõſtituere. Id ſi fuerit, duas alias artes neceſſario diſquiremus, unam à medicina diuerſam, ſanitatis cõſeruatricem, alterã à gymnaſtica, boni habitus cuſtodẽ. Cũq; duplex ſit bonus habitus, ut alibi oſtenſum eſt, utrius ipſorũ gymnaſtica effectrix erit, diſtinguere admodũ difficile fuerit, nũquid naturalis, an athletici, boni habitus. Non ne iã cõſtet & duas alias nobis artes q̃rendas eſſe? atq; ita omnes ſex numero fuerint, tres finium effectrices, tresq;
D ſeruatrices: tribus enim finibus poſitis ſanitate, bono habitu naturali, bono habitu athletico, ad tũ numerũ artes aſcendere neceſſe eſt. Verum enimuero, cum diuerſis artibus opus ſit, eo q̃ boni habitus inter ſe, & à ſanitate differant: ita, & gemina ſanitas cum ſit, una ſecundum habitum, altera ſecundum affectionẽ appellata: geminas & artes eſſe neceſſe fuerit: neq; enim plus ſanitatem ſecundum habitum, minus ſanitatem ſecundum affectionem, bonus habitus excellit.

Exemplo declarat ſanitatem in habitu, in affectione, & bonum habitum eſſe. CAP. 7.

HViuſce autem rei notitiam euidentem habueris, iſtorũ ſingulorũ diligenter naturã contemplatus: contemplaberis autem ad hunc ſanè modum. Aegrotantium alicuius, eorũ, quos ſæpius uideris, tibi in mentẽ ueniat, qui grauiter morbo laborauerit, proxime uero conualuerit: iſte emaciat⁹, cõſumptusq; eſto, & ad motiones imbecillus, ut alijs ipſum adiuuãtibus egeat: iſte medelã planè amplius morbo iã ſolutus nõ requirit, ſed refectione ipſi uiribusq; opus eſt, ut robuſtus pariter ad eas, quæ ſecundũ naturã ſunt, actiones obeundas euadat, & externas iniurias illæſus ſuſtineat. Nihil.n. dubij eſt, quin ita affectus, ut modo afficitur, nunc primum ægritudine liberatus æſtum, frigus, uigilias, cruditatem, aliudve quicquam ferre non ualeat, ſed quantumuis leui noxa pulſatus, utpote nondum tutum firmumq; ſalubrem ſtatum adeptus, in ægritudinem ſit relapſurus. Cum uero ſtabilior, atq; in habitu fuerit, nondum tamen in bonum habitum

euaſit

euasit(hanc.n.particulã, bonus, accipiens, tunc bonus habitus efficietur) sed iam mendosa affe- E
ctio inutilisq; esse desijt: nõ posse.n.satis ꝓ vitæ cõmodis agere, ac facile quibusq; iniurijs uio-
lari, mẽdosa inutilisq; affectio est. Quòd si neq; actiones impediant, neq; sit iniurijs facile corp⁹
obnoxiũ (talis verò est secundũ habitũ sanitas) non amplius mẽdosa est, atq; ad humanas actio-
nes inutilis, sed illud laudabile, atq; ꝑfectũ nondũ adepta: adepta uerò tunc fuerit, cũ non solum
haud debiliter operabitur, sed ″ robur ꝑterea quoddã insigne acceperit. Sanitas nanq; secũdum
habitũ inter sanitatẽ scd'm affectionem, & bonũ habitũ, actionibus media est: nã sanitas affectio
ne debiles actiones producit: bonus habitus robustas: sanitas aũt in habitu nondum quidem ro-
bustas, non amplius aũt debiles. Atq; ita manifestum est, cum media sit in habitu sanitas, ipsã ad
oẽs uitæ actiones magis, q̃ sanitatẽ in affectione, licet summam uirtutẽ non habeat, conducere:
soli.n.bono habitu ea concessa est. Atq; tu scd'm ordinẽ quendam ista cogita, primũ actionis no
xam, quod in morbo fit: alterum extra noxã quidem positum, sed ꝑꝑ imbecillitatem inutile, qd̃
in sanitate secundum affectionẽ consistit: tertium imbecillitate liberatũ, nõ tñ adhuc robustum,
quod sanitas in habitu possidet: post id quartum ceu quædam actionum uirtus, bonus habitus, &
summitas, ipsarumq; perfectio, exquisite bonus habitus est. Ars igitur ad salubrem habitum ho-
minem perducens altera utiq; ab ea, quæ ipsum curauit, fuerit, semel. s. hoc cõcesso, diuersorum F
finium artes esse diuersas: & singulorum geminam, effectricem unã, alteram conseruatricem. Ex
quo patefactum est finis notione uniuersam præsentem quæstionem comprehendi: quocirca
& quæcunque definitiones à fine constituuntur, non exiguas ambiguitates pariunt.

A definitione per finem, præsentis quæstionis difficultatem soluere tentat. CAP. 8.

ITaque melius forsitan fuerit ad ipsam artis essentiam transeuntem, illam inquisitionis princi
pium facere. Quid igitur est medicina? salubrium, insalubriumq; scientiã quis esse nõderit. Ve-
rum & iste nimis audacter salubre, tanq̃. s. medicinæ partem accepisse uidebitur: vnde cõtrariæ
factionis nonnullos ægrotabilium tñmodo scientiam medicinam esse dicturos existimo. At isti
primũ ignorant contrariorũ oĩum unam esse scientiam: &, quicunq; ægrotabilia nouerit, hunc
& salubria non latere necesse est. Istud uero eorum captu maius omittatur: & secũdum eorũ, quæ
ignorant, explicemus, ꝙ fortasse certe consequitur intra medicinę definitionẽ non necessario q̃
situm includi: siquidem alicui æquiuocationẽ distinguenti, postea medicinam corporũ sanitate
fruentium, notarum indicantiũ, causarum facientiũ, scientiã esse demonstranti, non tñ iccirco ip
sam ẽt conseruantia tradere, atq; cõplecti ostendere licet, contra, atq; proposito postulet. Quã-
obrem hmõi sophistica adducentes, neque, quod quæritur, exacte percipere vñr: neque, quod G
nam salubre signum appellemus, quod. s. ægrotantibus aduenies, futuram sanitatem portẽdit:
neq; causam, quæ corpori ægro adhibita sanitatis est procreatrix, qualia nimirum sunt uniuer-
sa remedia: neq; ꝙ corpus sanitate præditũ salubre uocamus: quorũ omniũ nulla cũ proposito,
præterq̃ nominis societate iunctorũ, medicus scientiã hẽt. Etenim sanorũ custodiæ medicus ne,
an duntaxat gymnasta ꝑsideat, ab initio nobis proposita q̃stio fuit: quod, quemadmodũ paulo-
ante declarauimus, iudicium in finis exploratione hĩe diximus. Sanitas.n.an simpliciter medi-
cinæ finis sit ipsam absentem acquirentis, an præsentẽ conseruantis, nihil refert, neq; si acquire
re quidẽ medicinæ sit, conseruare aũt gymnasticæ: sic & de gymnastica proponi in quæstionem
poterit, num bonus habitus, aut sanitas, eius finis sit, aut horum alterutrius creatio, siue custodia.

Quomodo septem artes circa humanum corpus reperiri possint. CAP. 9.

PEriculum.n.fuerit, ut proxima demonstrauit oratio, ne si unam excedamus, septem circa hu
manum corpus artes constituamus, primam & manifestissimam & penè solam cõtrouersia
carentem, eam. s. quæ morbos expellit: duas alias, unam a sanitate scd'm affectionem ad eã, quę
est in habitu, ducentem, alteram in ea conseruãtem: duas item alias circa bonũ habitum pariter
sese habentes, effectricem unam, alteram, quæ conseruat: præter has, ẽt duas circa bonum habi- H
tum athleticum uersantes, simpliciter.n. alterum naturalem bonum habitũ appellamus: non sim
pliciter aũt eum, qui non naturalis est, athleticum inquam, sed cum adiectione semper, quemad
In lib. de Alimẽ to, paulo post di midium. modum & Hippocrates inquit nonnunquam, sic loquens: ‖ Affectu athletico non naturali, ha-
bitus salubris melior interdum uerò sic: ‖ In his, qui corpora exercent, habitus ad summum boni,
periculosi, in athleticis uidelicet, ac gymnasticis corporibus. At de athleticis gymnasticisq; vo-
1. Apho. 3. Ext. ord. 3. c catis corporibus nuncq; te intelligere oportet, non de illis, qui qũlibet exercentur, ut de fodiẽ
tibus, remum pellentibus, metentibus, aut quippiam aliud ex naturalibus hominum officijs præ
stantibus, sed de illis, quibus ad ipsum studiũ est, vt contra athleticas aduersariorũ uires exercen
do sese muniant. Quare aũt huiusce modi affectio naturalis nõ sit, alio loco exposuimus. Ex hac
igitur oratione, quod optime ad præsens negociũ facit, id ipsum est, qd̃ proxime diximus, circa
humanũ corpus septẽ artes futuras, unam prætereuntibus, vel per louem & nouem: cur.n.non
cõuenit duas alias artes statuere, alteram quidẽ exquisite boni habitus effectricem, alterã uerò
eius ipsius custodẽ, quodq; altera est exquisite bonũ habitum efficiens, altera conseruans? Quod
verò gymnastici boni habitus ſnmmitatẽ fugere, uereriq; oporteat, ab Hippocrate clarissime te
statũ est: sed simpliciter boni habitus appellati, qui secundũ naturã est, summũ nõ solum uitare

non

A non conuenit, immo totis uiribus ad ipſum niti decet. Itaq; omnes circa corpus noſtrũ artes nouem fuerint: quarũ ſeptẽ quis laudare poterit, reliquas duas potius uitioſas artes appellauerit: qualis & illa eſt, q̃ Commotica græce dicitur; Latini comptricem vocãt. Has igit̃, ſi placet, dimittentes iterum ſeptem reliquas enumeremus, omnium primam, quam morbos pellere dicebamus: alias uero deinceps, duas circa ſanitatem in habitu, duas circa bonũ habitũ, duas circa ſũme bonũ habitũ. Iã ſane & ex his, patet, quod niſi quis circa corp⁹ artem unum habentẽ finẽ ſtatuat, eũ ad ſeptem uſq; artes accedere neceſſe eſſe, nihilq; aliud hunc finem eſſe, quã ſanitatem.

De bonis malisq́, artibus. CAP. 10.

SEd melius forſitan fuerit exquiſitiorem ſermonẽ facere, illud in primis, quod nemo ignorat, memoria repetentẽ, improbas artes apparẽs bonũ vnicuiq; eorum, quæ ſunt, artes autẽ ueru ipſis inherens bonum comparare: ac deinceps dicentem, ſi uocata comptiua a dulterinã pulchritudinẽ cõciliat, hec utiq; ars uitioſa adulatrixq; fuerit: altera uerò quædã ars circa legitimã ueramq; prorſus pulchritudinem uerſabitur, quæ in uegeto colore, carnis moderata copia, mẽbrorumq; congrua proportione conſiſtit, quæ naturalem bonum habitum conſequuntur. Sed de gymnaſtico bono habitu alibi ſeorſum uerba feci: nunc autem & fortaſſe de eodem per capi
B ta loqui melius fuerit, id ſermoni principium ſtatuentem.

Nullum membrum ignauum aut praue agens à nobis deſiderari. CAP. 11.

SIue.n. ſecundũ naturã operari vnicuiq; mẽbrorũ idẽ, quod bene ualere, eſt: ſiue id neceſſario naturalẽ corporis apparatũ cõſequit̃, ipſumq; bene ualere nihil eſt aliud, q̃ ſecũdũ naturã inſtructũ eſſe: iſtorum utrumuis ſanitatem conſtituẽs, (nihil enim noſtra intereſt) ſequentem orationẽ ita animũ aduertens accipito. Nunquid naturali cuiuſq; mẽbri apparatu, an eius opera, indigemus? Mihi profecto ita p̃ſuadeo, neminẽ mẽbrum ignauũ, officioq; proprio carẽs habere uelle, neq; igitur cæcutientes oculos, neq; nares odorari nequeuntes, neq; circa torpentia, neq; aliud quodpiã mẽbrorũ, aut nihil penitus, aut deprauate agẽs, habere cupiat: nullo.n. eorũ oĩum, q̃bus egem⁹, im p̃fecto egemus, neq; domo, neq; calceo, neq; ſcãno, neq; ueſte, ſed ſimul egemus, & p̃fecto egemus. Itaq; infirme, debiliterq; ambulare nõ petimus, neque obtuſe cernere, uel audire: neq; aliud quicquã deficiens mancũq́ue expetimus. Quis.n. coloris bonitatẽ, carnis molẽ, aut abſolute corporis pulchritudinẽ, roburve, imperfectas diſcupiat? Quocirca, ſi actionẽ nõ deprauatam, ſed perfectã requirimus, neque corporis ſtructuram, unde hæc profluit, mẽdoſam, labantẽque votis expoſcemus; atq; ita, cũ horũ alterutrũ ſanitas ſit, nullus proculdu-
C bio mutilam ſanitatem, ſed, quam fieri poteſt, abſolutiſſimam, firmiſſimamq́ue exoptauerit.

Quòd perfecta ſanitas & bonus habitus idem ſint. CAP. 12.

IGitur, ſi aliud quoppiã bonũ habitũ a perfecta ſanitate quis autumet, aliam ſanitati, aliã bono habitui artẽ p̃ficito: ſin unum atq; idẽ utrumq́; eſt, unã & utrique artem præſidere neceſſe eſt. At quomodo vnũ idemque bonus habitus atque abſoluta ſanitas fuerit? Primũ, ſi apparatũ huiuſce cauſam, eundem & boni habitus eſſe crediderimus, ambo idẽ erunt. Secundo ex ipſa eſſentia id percipiemus: bonus ſiquidẽ habitus nihil eſt aliud, quã bene ſe habens habitus; habitus autem affectio ſtabilis eſt: quare cuius eſt habitus, eius eſt etiam bonus habitus: ambo uero ad aliq̃d ſunt. Dicit̃ itaq; aliquis in grãmatica habitũ habere, alius in arithmetica, in geometria alius, alius in aſtronomia: & in re qualibet, cũ affectio bene ahærens altiusq́; defixa fuerit, habitus nominat̃. Nihil autẽ in p̃ſentia referat affectionem aut habitudinẽ appellare. Quã ob rem, ſi & ei⁹ eſt bonus habitus, cuius eſt habitus, alicuius autẽ habitus eſt, alicuius ergo, & bonus habitus erit, & eiuſdẽ, cuius habitus. At nobis in preſentia non de geometrico, muſico, aut grammatico, ſed de ſalubri habitu, ſermo proponitur. Cũ bonũ igitur habitum dicemus, non grammaticum, muſicum, aut geometricũ, ſed ſalubrẽ habitum dicemus. Atqui ſtatim id ipſum uulgares negligũt,
D & boni habitus ſanitatiſq́; nomina idẽ ſignificare arbitrantur: cum tamen ſanitatis nomen affectionis cuiuſdã nomen ſit, boni uero habitus nomẽ nõ affectionem ſimpliciter, ſed, quod in ea optimũ, permanensq́; eſt, manifeſtat: quãdoquidem eius affectionis, quam ſanitatem dicimus, præſtantiſſimus habitus eſt bonus habitus. Nõ igit̃ (idem enim iterũ atq; interũ inculcare neceſſe eſt, cũ q̃s multorũ inueteratã ignorantiã ſtirpitus euellere cupiat) nõ, in quã affectionem, non ſtructurã, non actionẽ, boni habitus nomen ſignificat, quemadmodum neque ſimpliciter habitus, ſed habitus quidẽ ſolã ipſam permanentiam ſtabilitatemq́; affectionis oſtendit: bonus uero habitus nihil ei plus, quam bonitatẽ adijcit. Igitur ex hoc nomine, habitus, & ex hac adiectione, bonus cõponitur, quã oĩbus, q̃ laudamus, apponere conſueuimus, quæcunq; probe & ſecundũ propriã ſuã uirtutẽ conſtituta ſunt. Quid igit̃ appetimus, aut quid noſtro corpori prorſus ineſſe precamur. Nunquid ſalubrẽ affectionẽ id ipſum ſolũ? An hoc idem eſt, ac ſi quæras, num infirmas ædes ac propediẽ ruituras expetim⁹? aut vltra vſum, cuius cauſa ſtructæ ſunt, elegantiſſime quoq; cõpoſitas, & quã lõgiſſimo tẽpore duraturas? nemo p̃fectò reperiat̃, qui non integre, & nõ longi tẽporis ſpatio ſanitate frui percupiat. Quin etiã nulla omnino ars eſt, quæ ſibi id, quod deterius eſt, ac breuioris tẽporis, proponat, ſed quod in eadem materia eſt ualde optimũ, atque lõgiſſimo temporis curriculo permanſurum. Id ſanè omnibus effectiuis artibus propoſitum eſt;

neq; etiam finis planè aliud quippiã, q̃ propoſiti conſecutio fuerit. Atq; iam ex dictis apertum E
eſt, artis circa corpus verſantis finẽ eſſe vnum, propoſitumq́; unum: ſiue propoſitũ hoc quiſpiã integritatem nominet, ſiue bonum habitum, ſiue ſanitatem, ſiue naturalem corporis ſtructurã, ſiue naturalem actionem, aut affectum, aut ſtructuram, per quam integre atque abſolute his naturales functiones obimus, nihil in præſentia diſtinguere opus eſt.

Quis ſit omnium artium finis & propoſitum. CAP. 13.

SIquidẽ unũ mihi oſtendendũ proponitur, oẽs uidelicet artes propoſitum finem q́; appetere, finẽ uero uniuſcuiuſque rei unũ eſſe, q̃ nihil aliud ſit, q̃ ſm illam ſubſtantiam bonum. Inuite igit̃ non aliud quidem perfectio eſt, aliud uero bonum, neq; aliud, præter id, quippiam ars uitiũ cultũ tradens ſibi ſpeculandum proponit. Itidem & ars oleas excolere docens, olearum naturæ perfectiones ſibi propoſitum ſtatuit. Verum enimuero una quædam res eſt humanum corpus: & quædam quoque huiuſce omnino perfectio eſt, quam & præſentem cuſtodire, abſentem reuocare alicuius artis officiũ eſt. Huius autẽ ſi alterũ quendã inferiorẽ finem conſtituam, antedictus nos excipiet ſermo: erit.n. hæc boni habitus: illa ſumme boni habitus: alia ſalubris habitus: & quarta inſuper ars ſalutaris habitudinis opifex: & præter has athletici boni habitus effectrix quinta. Quòd ſi alijs quidem artibus fines inducere, alijs autem eos conſeruare permiſerimus, F
non has modo, uerum etiam alias totidem circa corpus artes veſtigabimus, conſtituemusq́ue.

Vnum tantum eſſe corporis bonum, eandem q́; eſſe opificem artem & cuſtodem. CAP. 14.

EX quo efficit̃ neq; multa corporis bona eſſe ponẽda, neq; aliã eiuſdem opificem, aliã uero cuſtodẽ artem eſſe ſtatuendam. Potenti ſanè omnia per capita cõtemplari non pluribus opus eſt: q̃ uero id facere nequeat, vel & oĩa ex animo delere, quecunq; ex male ab ipſo perceptis ſequunt̃, opus habeat, longiore, puto, adhuc oratione indiget. Illã ſanè confutanda ſunt, q̃ non vnũ ſit corporis bonũ, ſed oĩa hæc, ſanitas, robur, & pulchritudo, quodque ars una id procreare poſſit, altera cõſeruare, & quæcũq; alia ab his orientia non nulli perperã decreuerũt: atq; in primis vnũ eſſe corporis bonum primarie & proprie dictum, ad quod reliqua omnia referuntur, explicare melius eſt: alia uero corporis bona uocata, non nulla, ut partes illius, dicũtur: alia ut cauſæ: alia ut fructus quidã. Quemadmodum enim pulchritudinem iucundus color, congrua caro, mẽbrorum cõmoderatio, & alia quædam integrant, quidni & corporis bonũ ex ſanitate, robore, & pulchritudine conflet? Itẽ quid prohibet ipſius corporis bonum eſſe ſanitatem, ſed ueluti fructum quendam eius pulchritudinem & actionem? Quid obſtat præterea primum corporis bonum actionem eſſe, eius uero cauſam ſanitatem? Neque enim per alia exquiſite ſaneſcet cor G
pus, per alia robuſtum aut pulchrum euadet: ſtatim uero id etiam exacte ſalubre eſt.

Vnam omnium corporis bonorum artem eſſe, unumq́; eſſe princeps corporis bonum. CAP. 15.

QVare & ex hoc vnã circa corpus artẽ eſſe cõuincitur: eadẽ enim facientes ſimul & robuſti ad agẽdũ erimus, & uiſu pulchriores, & ſalubriores, melioriſq́; habitus efficiemur; quẽadmodum cõtra, ſiqua in corpus noxa inciderit, & actionum firmitas labaſcet, & pulchritudo marceſcet, & bonus habitus tollet̃, ſanitasq́ue ipſa uiolabitur: hæc enim omnia merito ſimul augentur, ſimulq́; decreſcunt. Naturalis etenim actio naturali corporis eget apparatu, à quo rõnẽ cauſæ erga ipſã habente producit̃. Quocirca illud fieri nõ põt, ut iuſtorũ alterum adſit, alterum uero abſit, ambo p̃terea hæc ſimul augẽtur atque decreſcunt: cumq́ue in melius proficiunt, hic bonus habitus, ille robur appellat̃, eadẽ nanq; ratione robur actioni, qua bonus habitus ſanitati cõparatur: vtrũque.n. ab utroque producitur, ſicutq́; alicuius bonus habitus eſt, ita & robur: naturalis nanq; ſiue apparatus, ſiue affectionis: utcũq; uocare libet, uirtus quædã eſt bonus habitus, actionis uero naturalis uirtus robur eſt idem autẽ eſt uirtus, perfectio, & cuiuſque rei bonũ, qd̃ illius primũ atq; ſimpliciter bonũ nominatur. Ambo ſanè & propter eadẽ deteriores, melioresve reddunt̃, bonus nanque habitus ſalubris, ut ante dictum eſt, affectio nominatur. Siquis item manifeH
ſte debilis ſit, roboris infirmitas imbecillitasq́; dicetur: pulchritudo præterea priora, poſteriora deformitas neceſſario comitat̃. Hæc planè oĩa ſimul creſcunt, ſimul minuunt̃, & perficiuntur ſimul oĩa ſimulq́; delentur: quodq́; iſtorum unum læſerit, quicquid fuerit, ſtatim & reliqua omnia lædit: contra, quod iuuat, pariter & omnia iuuerit. Atqui ex dictis iam vnam circa hæc omnia artẽ neceſſario uerſari eluceſcit: quod iſtorum autẽ princeps, ſimpliciterq́; corporis bonum ſit, nihil in p̃ſentia attinet dicere. Sed tamen, ne id quoque ſermoni deficiat, ſubiungam. Corporis bonũ abſolutiſſimum, atque primariũ, quo egemus potiſſimum, actionum perfectio eſt, qd̃ ſanè robur uimq́; defectiue enunciantes nominãt; ſiquidem eos oportebat non robur ſimpliciter, ſed actionum robur, neq; uim ſimpliciter, ſed actionum uim nũcupare. Deinceps uerò poſt hoc ſm non ſimpliciter, neque p̃ ſe corporis bonũ, ſed, qm̃ primo & per ſe huiuſmodi bono ad ſui creationẽ actionum robur indiget, ſanitatis eſt bonus habitus, quem & ipſum iterum curte nominãtes cauillationibus anſam præbuere: ſanitatis enim bonum habitum cum dicere debeãt, non ita, ſed abſolute bonum habitum uocant: hunc neceſſario pulchritudo ſequitur, aliud quoddam ab illis & tertium corporis bonum. Quare corporis bona æq;, ac animæ, neq; unius generis ſunt, neque ſimiliter omnia dicuntur, ſed unũ quidem, ut primum atque per ſe, alterum tanquam illius

cauſa,

A cauſa,tertiũ vero,vt neceſſario conſequens. Igitur cuius horum trium ars corpus gubernans primarius opifex eſt? nũ ſanitatis,an actionis,an pulchritudinis? Supra enim iam patuit,etiam ſi iſtorum vni tm̃,quodcunque malis,profueris,neceſſario cunctis tribus profuturum. Nam,ſi actionẽ iuuabis, & ſanitatem,& pulchritudinem neceſſario iuuabis: quandoquidem ea ſine cauſa ipſam producente conſiſtere nequit,pulchritudo uero neceſſario ſubſequitur. Item ſi ſanitati proderis, illico & actioni,& pulchritudini proderis, etenim utraque ab ea profluit: qui vero pulchritudinem creat, proculdubio & ſanitatem ante creauerat: ſi eam, itidem & actionem.

Quod inter corporis bona primum à medico expetatur. CAP. 16.

VErũ,quod primum ab artifice fiat,ſermo noſter veſtigare cupiebat. At qui iam ex ſupra poſitis manifeſte ars ſanitatem efficere uidet, hãc vero naturalis pulchritudo actioq́; ſequat, neceſſe eſt: qđ enim primum artifex cum fecerit acquieſcit,id eius planè finis eſt: at naturali affectione,per quam agimus,reſtituta conquieſcit,ea uero ſanitas erat: quam cum induxit, nihil vltra circa actionẽ pulchritudinẽve laborat,accedunt enim hæ uel inuito artifice,ipſiſq́; aditum intercludere,cum ſemel ſanitatem creauerit,prorſus nequit. Ipſam planè ſanitatem impedire in ipſo artifice poſitũ eſt: quòd ſi ipſam corruperit,naturales actiones,aut pulchritudinem corpori adipi
B ſci,nullo vnquam pacto valebit. Artem itaq; corpus tractantem,qualiſcumq́; ſit,circa ſanitatem oĩum primã,atq; per ſe negociari aſſerendũ eſt, deinceps accidit, ut de actione,pulchritudineq́; curã habeat: neq; vero vllum iſtorũ imperfectum mancumq́; eſt,ſed perfecta, cumulata,ac ſumma ſunt. Quomodo igitur plura ſint corporis bona, quomodo vnum quòdque non omnium æque ars corporis curam habeat,ſed unius per ſe,ex accidenti aliorum,abunde diſſertum eſt.

Quòd in nulla materia ars una finem efficiat, altera conſeruet. CAP. 17.

IAm vero & illa oſtendere conabor,quare in nulla ars materia una finis effectrix, altera cõſeruatrix reperiat: ſtatimq́; ab initio neq; illorũ exẽplũ,q in hac fuere ſententia, neq; rerũ præterea ipſarũ naturã, ipſis fauere declarabo. Si alterius.n.artis eſt calceũ cõficere,alterius labefacta tũ reſarcire,nondum tertiã hic artem conſeruatricem nobis oſtenderunt: pariter & in veſtibus,ſi alterius q dem artis eſt eas reſarcire,alterius ãt cõficere, quænã & in his tertia ſit ars cõſeruatrix, explicare non poterũt. In noſtris profecto corporibus,uniuerſimq́; in his,quæ a natura reguntur veluti effectrix utiq; natura eſt, textoriæ,coriariæq; proportione reſpondẽs. Vitioſum ãt corpus, inſtaurant agricola & medicus,q & ipſi ueſtes faciẽti,& ueteres calceos inſtaurãti ſimiles sũt. Veſtẽ,aũt calceumve in conclaui reponendo cuſtodire, ne aut à quopiam ſurripiatur, aut à muribus
C erodaẽ,id neq; ullus forſitan artis,ſed ſolius eſt diligẽtiæ. Qđ ſi horũ conſeruatricẽ artẽ eſſe q dã velint,tales apud hoĩes artes ſunt imperatoria,reiq́; publicæ gubernatoria, & p̃ter has, ſi placet, oſtiariorũ,cæterorũq́; cuſtodum: vt enim ne inter hoſtes, aut prorſus ne inter ſceleratos hoĩes,ferasq́; beſtias uerſaremur,ædes ciuitatesq; conſtruximus,& muros circũdedimus,imperatores ac principes creauimus. Sed nõ iſtarũ ſimilẽ ſanitatis conſeruatricẽ artem conquiſiuimus, ſed eam, q̃ (ut puto) in humanũ corpus aliq d agens,nõ ex accidẽti,ſed p ſe incolume ipſum ualensq́; præſtet: at proxime dictæ ſingulæ nõ ipſæ p ſe ſanitatem cuſtodiũt,ſed eo,quia homini non iugulato, neq; à fera diſcerpto, ſanitatẽ ſeruari, quemadmodũ & totã uitam, contigit: idcirco ex quodam accidenti, non primo, neque ex ſua ipſius ratione, harum utraque artium ſanitatem conſeruat.

Quibus ars tuendæ ſanitatis contineatur. CAP. 18.

IGit ſanitatẽ" præcipue ex ſui ratione conſeruans quibus cõtinebitur? Vt mea quidem fert ſententia,neq; illis,q̃ non neceſſario corporibus noſtris adhærent,neq; illis,quæ nullã in partem neceſſario corpora noſtra p mutant,ſed illis,quibus,velimus nolimus, corpus noſtrum oĩno utitur;& eorum illis,q̃ iuuare aut officere ualeant: in ijs,inquã,& circa hæc tuendæ ſanitatis artẽ uerſari arbitramur. In gladios enim,aut feras, aut laqueos,aut præcipitia,nõ neceſſario corpora no
D ſtra incurrũt,ſed ĩ ambiẽte aere duplici rõne uerſanr̃,& qm̃ corpori undiq; circunfuſus eſt,& qm̃ per inſpirationem ducitur. Atqui ſomnus & uigilia, quies itẽ & motio, in horũ numero ponitur: neceſſe namque eſt aut dormire, aut uigilare, quieſcere, aut motu exerceri. Perinde eſurimus & cibum capimus, ſitimus ac bibimus,aut inter hæc medij agimus. Cubilium autem diſcrimina,ac veſtimentorum non oĩa neceſſaria ſunt. Eburneis namque pedibus lectulus,aut grabatus ignobilis,nihil ſanitati prodeſt aut officit, neq; uilium aut ſumptuoſarum ueſtium uſus: non uitrea uaſa,aut aurea,aut argentea,aut lignea poſſidere: non formoſorum ſeruorum,aut deformium turbæ dominari, aut ſeruis planè carentẽ ipſum ſibi miniſtrare. Iſta mehercule prodeſſe nobis uel obeſſe ipſorum ratione atque primario, aut ex accidenti, neutiquam apta ſunt. At calidus aer aut frigidus, eſca & potus, requies & motio, vigiliæ ſomnique, ſuis ipſorum uiribus neceſſario corporibus noſtris utilitatem aut noxam afferunt. Veſtimentum lacerum ac leue hyeme, graue autem æſtuoſumq́ue æſtate, lædit quidem ex neceſſitate, ex accidenti uero frigore & calore diuexat.

Quid à ſanitatis cuſtode agendum ſit. CAP. 19.

HAec itaq;, quęcunq; p ſe lædendi iuuãdiq; poteſtatẽ habent, ſanitatis curã habẽs ſpeculaẽ, At quomodo, quave rõne? Poſtea quã ſatis abunde corpus inanitum eſt, ſenſilisq́ue nocumenti diſcrimen impendet, alimẽtum ſumere iubens. Poſtquam ultra modum exaruit, atq; hinc

iam noxæ periculum inſtat, potum accipere p̃cipiens: item & corpus exercens, cũ noſtri modera E tricẽ facultatẽ robuſtam præſtare, excrementaq́; anguſtis meatibus intruſa eruere uoluerit: quie tẽ uero imperans, cũ exercitatione corpus laſſari, aut ultra, q̃ conueniat, digeri, ſenſerit: aluũ p̃terea ducens, cũ ſuppreſſa eſt: nimis autẽ citatam cohibens, aliaq́; in hunc modũ omnia agẽs, & in ſumma id ante oculos habẽs, ut in corpore exacte ſano ac ualido nihil nouare audeat. Cum uero aliquantulũ exquiſitã moderationẽ tranſierit, continuo, q̃d deficit prius, q̃ latius malũ ſerpat, re ſarciat, perinde, ac ſi ſubtegminis fila ex aliqua veſte nõ ſimul oĩa, ſed ſingulis diebus ſingula ex cidentia, q̃ huic rei p̃eſt, aſſidens illico reponat adeo, ut huiuſmodi correctio, atq; emẽdatio mul torũ notitiã præ exiguitate ſubterfugiat. Talem medius fidius & beneualentibus præfectum artifi cẽ eſſe opus eſt, minimæ cuiuſq; differentiæ ac noxæ obſeruatorẽ iuxta, atq; emẽdatorẽ: Verũ, ſi ex toto integrũ, illeſumq́; corpus duraret, taleq;, quale ipſum ab initio creator fabricatus reliq̃t, nequaquã correctore ſemp eguiſſet. At nũc, cũ diffluat ſemper, atq; diſpereat, aliquo præſente † ξυρὸν græce ſ. Vide, an κερεὸν potius ſ. ſolidum legendum ſit. obſeruatore indiget, q̃ &, quod diſſipatur, quantũ qualeq́; ſit, cogniturus eſt, illicoq́; tale act ãtũ viciſſim reponens inſtaurabit. Inſitũ humidũ dilabit, tãtundẽ humoris, potũ exhibẽs, irrigato. ca lidũ digerit, tantundẽ caloris addito. Aridũ conſumitur, iã alẽdi inſtat occaſio, ut ſemel dicã, q̃d † multis manife ſtum fiat. diſcutit atq; euaneſcit, ĩgeri paulatim atq; reponi, ante quã in † multorũ notitiã veniat, opus eſt. F

Quo differat ars curatrix à conſeruatrice per pulchram doliorum comparationem declarat. CAP. 20.

IGit, quẽadmodũ, ſi duo cogites dolia multis in locis foraminibus terebrata, ambo æq; ab ini tio plena, pariterq́; p illa ſpiramina hac atq; illac p fluẽtia, horũq́; alterius q̃dã curã gerẽs, ſem perq́; aſſidens tantũ viciſſim ingerat, quantũ elabit, alterũ uerò ante, q̃ ualde inanitũ eſt, nemo cuſtodiat, poſtea quiſpiã repẽte ſuperueniẽs ſemel totũ impleat, clariſſime cõſtat doliorũ iſtorũ primũ neq; inaniri, neq; repleri unquã, alterũ vero ambo hæc pati à multis inſpectãtibus teſtatũ iri: ita quoq; in ſanis, ęgrotisq́; corporibus res habet. Vtrunq;. n. uitium ars una modo uno emendat, q̃d deficit, ſcilicet, inſtaurans: in quanto uero, nõ in quali, emendationis differentia uerſat.

Quòd differentia in quanto ad vnam artem ſpectet, in quali ad diuerſas. CAP. 21.

AT qui ſecundũ quantum in his, quæ fiunt, differentia ad vnam artem pertinet: q̃ ſi alterius artis eſſe debeat, prorſus qualitate differat, oportet: q̃ ſi propterea geminũ eſſe correctioni s modum arbitraris, q̃ ab uno dolio multũ prius effluxerit, quàm artifex cuſtos acceſſerit: alte rum cuſtodẽ ſemper aſtantem, quæ ſua bona fortuna fuit, nactum plenum conſeruatur, haud rẽcte ſentis. Neq; enim alia ars vnum ſubtegminis filum, quod exciderit, reponit: alia, tria aut qua- G tuor, aut quingenta, neq; alia ars parietis particulam ruentem fulcit communitq́ue · alia magnã eius partem collapſam reſtituit: quo enim modo res vnaquæque à principio conſtructa eſt, eo dem etiam corrupta inſtauratur. Subtegmen ſtamini intertextum ueſtem facit: num igitur præ ter hæc, veſtis pati, aut præter hæc, emendari poteſt? opus planè eſt, ſiquid ueſtis damni faciat, aut ſtamen, aut ſubtegmen, aut utrunque pati, vnamq́ue eſſe emendandi uiam, quæ ſubtegmen ſemper ſtamini implicet, quo eius ab initio compoſitionem imitetur.

Quam errent logica methodo carentes. CAP. 22.

SEd ſingulares actiones multis imponunt uniuerſale contemplari nequeuntibus. Id enim ra tionalis methodi munus eſt, quam neque didicerunt, neque pertractarunt iſti, qui quotidie de propoſitis blacterantes diſputare audent. Satius. n. ſi quidem eã nouiſſent, ipſis foret, eam ſe mel diſcipulos docere: nõ infinita propoſita diſcutere, nam, qui eam rite percepit, non amplius infinitis eget, ſibi ipſi oĩa rẽcte diuidere ualens. At eam methodum ignorans, præterquam quòd infinita, perperamne dicta ſint, haud dignoſcit, permultorũ adhuc propoſitorum, quę non audi uit, inops eſt. Verum hæc obiter aduerſus eos dicta ſint, qui quotidie in propoſita diſcipulis au dientibus ediſſerunt, neque ipſi, quid dicant, intelligentes, quouſque imperiti inexercitatiq́; in iudicatorio inſtrumẽto fuerint, Nã & hoc loco, quo inter ſe artes diſtinguendę ſint, ſingularibuſ- H ne actionibus, an uniuerſalibus, an nõ ita, ſed propoſitis, finibusque, aut neque his, ſed materijs, inſtrumentis, principijs, & contemplatione, minime conſiderantes de his nugantur, quæ ignorant. Igitur & nos forſan melius fuerit, poſtquam ſemel id certamen conficere tibi polliciti ſumus, quam breuiſſime poterimus, aliquid & de ante dictis omnibus diſputare, iterum à ſingularibus actionibus incipientes.

Quæ ſint ſingulares in medicina actiones. CAP. 23.

EST igit quædã ſingularis actio, qua utentes oculorũ palpebras conſuimus: altera uero huius minime affimilis, p quã ſuffuſiones detrahimus; aliæ quoq; tertia & quarta, neq; inter ſe ul la ex parte, neq; harũ ſimiles ſunt, p quas cõfractũ os de capite excindimus, ſed in alia corporis parte, utpote humero atq; cubito, in aduerſum tẽdentes atq; cõformãtes, deligamus. Ab omni bus uero alijs actionibus lõgo interuallo ea diſſentit, q̃ circa herniã fit manuaria operatio; à qua illa, q̃ circa uarices: ab omnibusq́; ſimul antedictis ueſicæ calculi extractio: atque horum multa e- † Al conforma re aliquod mẽ brum. tiam ſcalpello abſoluimus: at oculum ſublinere, articulũ in proprium ſitum reponere, † aut alicui mẽbro propriam formam reddere, fiſtula, quam cathetera græci uocant, rite uti, curcurbitulã af figere, ſine ſcalpello quidẽ oĩa præſtantur, ſed inter ſe longiſſime, & à proxime dictis euariant:

quem-

A quemadmodũ,& venã ſoluere,& arteriam ſecare,cutem ſcarificare,hydropicos perforare, inter ſe,& ab oĩbus antedictis diſtant. Atq; hæ quidem ẽt,ac præter has aliæ infinitæ manuariæ actiones per ſe fiunt:medicamentis ãt vtentium porrò alterum genus eſt,& ab ſeipſo,& ab his, q̃ manu fiunt,diſcrepans. Siquidẽ ueratri potio,ciborũq; eſus nulla ſocietate participant:neq; inedia,clyſterisq; vſus,neq; frictio,& lauatio: ab his vero longius diſtant ulcus eluere ac purgare, & medicamentũ liquidũ,itẽ & aridũ imponere:geſtari p̃terea,deãbulare, luctari, ſcammoniũ, aut mulſam bibere. Quorum oĩum neutiquã ſimilis eſt pulſatus arteriarũ,calorisq; dignotio,q̃uis extremis manibus agamus: quemadmodum (vt reor) & humorum abſcedentibus ſedibus contentorum perceptio,aut tumorum hydropicorum, aut gangliorum, aut atheromatum, aut meliceridum,aut ſteatomatum,vt græcorũ nominibus vtamur,quando latina deficiũt,neq; .n. eodẽ digitorum iniectu,aut eadem motione,& traductione,& preſſione, ſed nõ nunquam lõge differente in modo enumeratis utimur. Quamobrem periculum eſt, ne totum diem abſumam?, nihil aliud,quàm actionum differentias recenſentes,adeo ipſarum numeroſa multitudo eſt.

Per ſingulas actiones artes non diſtingui. CAP. 24.

VErum iam,& ex his abunde q̃s nouerit,quãta illi erroris nebula caligent, qui per ſingulas actiones artes eſſe diſtinguendas arbitrentur. Nullus igit̃ adeo fatuus,adeoq; attonitus eſt,q̃ à medicina mõ propoſitas actiones diducat,& aliam q̃piam artem ſingulis ipſis præficiat, aut
B herniæ diſſectoriã(vt nunc quidam nominãt)aut calculi detractoriam,aut p̃foratoriam (quam paracenteticẽ uocant:)& ſi.n. quã maxime hunc herniæ diſſectorẽ,illum perforatorem,aliũ calculi detractorem eſſe dicant, oẽs tamen iſtos cõi nomine medicos appellant perinde,ut eos,puto,qui à quibuſdam membris,quorum præcipue curã gerunt,uocitant:hos nanq; ocularios, auricularios,dentarios(ita dicere liceat)medicos nominãt:nõnullis vero à materia nomina indiderũt,diæteticos,& medicamentarios,aut per Iouem,ẽt herbarios vocantes:q̃dam præterea,& nonnullos medicos uinidatores,& ueratridatores appellarunt, q̃ eos crebro talibus remedijs vtentes cõſpexerunt. Omnibus.n.ut reor, hoĩbus rõnalis diſciplinæ principia naturaliter inſita ſunt:cognoſcuntq; hi q̃dẽ magis,illi uerò minus, in actionibus aliq̃d eſſe idem, aliquid diuerſum. Id quidẽ,cuius cã fiunt,idem eſt, ſanitas uidelicet apud oẽs cõe propoſitum: modus autem non oĩum unus,ſed in numerum ingentem excreſcit. Verum enimuero,ſi quiſpiam(ut facit Plato)uniuſcuiusq; modũ,& uniuerſalem ſcopum unam artẽ ſtatuens,deinde in ſpẽs, differẽtiasq; ipſam diducens,rurſus illas partes ſingulas artem appellet,perinde & ipſe aliquam dieteticã,& medicamentariam,& manuariam uelit artem appellare,nihil ſanè fuerit, quod ipſi uitio uertã. Ita ẽt,ſi mõ propoſitas ſingulas partiens,ut diætam in ea,q̃ aſſumuntur,euacuantur,& bibũtur &
C exterius incidunt,iſtorũ ſingulis propriam quandam artem præficiat, neq; iſtum accuſauerim. Iterum,ſi hæc quoq; eadem multiformiter vſq; ad particularia partiatur, minime ipſum impediã,q̃n in his,q̃ aſſumuntur,aliam medicamentorum artem eſſe dicat, aliam ciborum, aliam potionum; quin ẽt in iſtis ſingulis huius illiusq; cibi, huius illiusq; potus,atque huius illiusque medicamenti propriam eſſe artem dicere conceſſero. Verum,ſi has inter ſe artes,quemadmodum arithmeticam,exempli cã,ab oratoria,aut hanc ab ædificatoria,& fabrili differre autumet, non amplius iſtud cõceſſero,cũ iſtæ nullum cõe propoſitum habeant: paulo ſupra vero enumeratis vnum eſt cõe propoſitum, ſanitas. ſ. Quemadmodum igitur in oratoria, quæ vna eſt ars, aliquã quidẽ exordij,narrationis aliam,argumentationum,peroronumq; aliã eſſe artẽ dixero, ſi mihi ſolum id vnum,unius eſſe artis ea,ſiue ſpẽs dixeris,ſiue partes conceſſum fuerit: ad eundem arbitror,modũ,& in medicina res hẽt,aliam.n.artem manuariam dixero,aliam dieteticam,aliam medicamentariam, unum id mõ mihi ſeruetur, harum oĩum vnum eſſe propoſitum, p̃p quod vnius eſſe artis particulæ coguntur: †res.n.diſſimillimas iniungere,atq; connectere,cogereq́ue vt in unã oẽs artem conſpirent,manifeſto uidetur. Excindit aliq̃s, aut abſcindit putrem particulam,alius aũt reficit,carnemq́; in cauo uulnere procreat:cõtrarię quidem res, totaq́;, ut aiũt,
D diametro diſtare uidebuntur,actiones.n.longe differunt,ipſarũq; effectus contrarij ſunt: ille.n. eorum,quæ ſunt,aliq̃d perdit,iſte uero nouam aliquam ſubſtantiam gignit: ſed neutri id ipſum per ſe proponitur,aut illi quicq̃ deſtruere,aut huic generare:quemadmodũ neque urere aliq̃d, neque ſecare,neque aliud quicquã ipſum p̃p ſe facere quiſpiã aggreditur,ſed tãquam ſine hoc ſanitatem aſſequi non ualens,ad quam oẽs diuerſis tamẽ itineribus ingredientes properãt, ob cõe utiq; propoſitum oẽs medici uocati,ſed p̃p actionis,aut materiæ, aut membri differentiam, hic manuarius,iſte medicamentarius,ille ocularius appellatur,manuarius ab actione, medicamentarius a materia,ocularius a membro. Cum .n. quæ curantur membra, non parum inuicem differant,curatoresq; ipſi actionibus ac materijs diuerſis utantur,ideo nonnulli ab actionibus, alij a membris,a materijs alij cognominantur,ocularij,manuarij,ac medicamẽtarij, uniuerſimque oẽs à fine medici. Supra.n.explicatum eſt oẽs artes in ſubiectæ ſubſtãtiæ bono uerſari, eiq; operam dare: & in ſingulis ipſarum vnum quoddam primum bonum reperiri. Cæterum, q̃ quiſpiam palpebras,exempli cauſa,bene ſuens perperam medicamenta propinet,alius medicamẽtis optime utẽs,rationẽ uictus nõ rite præcipiat, in hoc alius egregie uerſatus, manus non bene exerceat,

† τὸ γοῦν ἀνομοιότατα συνάγειν οὕτως, φαίνεται καὶ συνδεῖν καὶ ἀναγκάζειν εἰς μίαν ἅπαντα τέχνην συντελεῖν. res enim diſſimillimas ita cõiungere,uidetur connectere, & cogere ut omnia in unam artem conſpirent.

exerceat,ſi diuerſas propterea,ac penitus ſeparatas artes opinemur, ſtatim ſanè non tres mo- E
do verum ēt trecentas ſic artes ſtatuemus.Iſte nanq; fiſtula perite utitur,ille clyſtere,alius uenā
ſecare eſt idoneus,arteriam alius:deinde,cum aliquis hæc oīa inſigniter adminiſtrans inuētus
fuerit,rurſum oēs illæ artes in unam coibunt. Atqui vtrunq; uitioſum eſt,aut ꝑꝑ artificū inſci-
tiam,artem vnam in multas diſcerpere,aut ꝑꝑ eorundem excellentiam multas in unam coniū
gere.Prior nanq; ſermo,neq; orandi,neq; numerorum,neq; terræ metiendæ,neq; canendi,ne
que aliam quampiam illuſtrem artem,unam eſſe concedet, quas multi tractantes propter ea-
rum magnitudinem totas complecti nequiuerunt. Secundus autem artes interdum nullius co-
gnationis participes in unam aceruabit.Nam,ſi idem homo arithmeticus ſimul, grammaticus,
atq; philoſophus fuerit,poterit quiſpiam unius artis has omnes eſſe particulas exiſtimare.

Quo artes diſtinguendæ ſunt. CAP. 25.

ITaq; ne agentiū multitudine,ſed ꝑpoſitis cōſideratis,artes diſtinguamus, neq; in ſingulas a-
ctiones,ſed in uniuerſas inſpiciamus.Cōe.n.quoddam in ſingulis cuiuſq; artis actionibus in-
uenies,per qđ,quāuis lōgo interuallo diſtare uideantur,nihilominus tñ eas unius eſſe artis par
ticulas nihil impedit.Veſtes igitur texere nihil aliud eſt, quam ſubtegmen ſtamini implicare: nū
igitur,quàm iſtud,aliud eſt ſuere?neutiquam,uerum & in ſuendo ſubtegmina ſtaminibus inter F
texuntur: nam ſi & ab initio ſtatim quiſpiam ſine textorio opere aliter ſubtegmina ſtaminibus
in nectere uoluiſſet,aut eo mō,quo nunc lacera indumenta farciunt,aut quo ciſtas, aut ſportu-
las,aut retia fabricant,nihilo ſecius ueſtimentum,ſed multo longiori tpe confeciſſet.Finē itaq;
non ſimpliciter collimātes,ſed celerius ad ipſum ꝓuenire ſtudentes,hāc telas conficientem ar-
tem,textoriam.ſ.excogitarunt,non uniuerſim,ſed ex parte à ſupra poſitis differentem: idē & in
medicinali arte contingit.Innumera ſanè(ut ita dixerim)ſingularia ſunt, ſed generale quoddā
opus omnibus cōe eſt:nam,& corpori aliquid,ut ſuperuacuum,detrahēs, aut aliqđ, q̄ deficiat,
adijciens,vnum vterq; in uniuerſum præſtat,corpori.ſ.naturalem modum comparās, qui nihil
aliud eſt, quàm ſanitas,perinde vero,& calefaciens,& refrigerans,& ſiccans, ac madefaciens.

Exemplo naturæ probat artem, quod facit, etiam conſeruare. CAP. 26.

QVemadmodū.n.ſi ab initio nos cōfeſtim aīal creare potuiſſemus,nō alia q̄dē vlla rōne ei'
primā formationē inſtituiſſemus,alia vero emendationē adhiberemus:aut ſecus poſtea,
quàm neutrum horum nos primi efficimus, ſed natura eſt,& primaria aīalis opifex,& in preſen
tia ægroto ſanitatē cōparat,nō alia ꝓfectò rōne carnē prius generauit, alia uerò nūc: neq; alia
q̄dē rōne fœtui,alia in pñtia in lucem edito,alimētū ſuppeditat,uerū ēt ſimiliter nūc opat, alit,G
digerit,excernit,oīaq;,ut ſemel dicam,in pñtia, ut prius,eadē rōne miniſtrat.*Medicum aūt na
turæ eſſe miniſtrū,primariāq; eſſe illius artē q̄dā,ac rite celebre eſſe dictū illud.*Natura in om-
nibus auxiliat:q.n ēt naturam morbos iudicare,* naturas morborū eſſe medicatrices, à priſcis
ſapiētibus abūde tradita,q̄d ego iterum ſupuacue repetam?q.n.in pñtia vtile eſt in memoriam
tñ reuoco,nō alterius artis eſſe opus facere,alterius uitiatum corrigere,ſed eiuſdē. Quòd ſi, &
nō eiuſdē,at ſupra,medicinam oñdimus non artis ueſtes facientis, æmulā q̄cq̄ ꝓ prius non eſ-
ſet,procreare,ſed artis laceras tritasq; veſtes ſarcientis aſſimilē.Explicauimus itē conſeruatio-
nē eſſe duplicē,alterumq; ipſius genus,ſub quo & pñs de tuenda ſanitate tractatio reponitur,pa
rum labefactata corrigere:idq; multos ſubterfugit,tanquam ſit à curatiuo differens genus.

A 1. Epi.com.t. 2.151.3. 112.1.

B. in lib. de Alimen. non longe a principio.

C.6. Epid.com. 5.t.1.3. 187.ſ.

Quis finis effectiuarum artium,atque actiuarum. CAP. 27.

CAeterum id ipſum alicui finē eſſe putare,domū extruere,aut ueſtē,aut uas, aut ſanitatem fa
cere,hoīs eſt non potētis actionē fini ꝓpiam ab ipſo fine diſtinguere:qñquidem nō domū
extruere id ipſum ipſius ædificatoriæ finis eſt,ſed domus,quemadmodū neq;, veſtē texere, aut
nauē coagmentare,aut grabatū,aliorūve vnumquodq; fabricare,ſed ipſum opus. qđ quieſcēti
bus iā a labore artificibus adhuc ꝑmaneat. Atq; ita effectiuæ artes ab actiuis tñ diſſentiunt:actiH
uæ nāq; cū ab agendo deſierint,finis quoq; unà deſiit.Nihil itaq; in ſaltatoria ꝓter ipſam actio-
nem oñdere poſſumus,ut in fabrili grabatū,in ædificatoria domum,in medicina ſanitatem.Nō
igit ædificatio,quēadmodum ſaltatoriæ ſaltatio,ædificatoriæ finis eſt, ſed domus, res ab actio-
ne diuerſa:itidē textoriæ,neq; textura,neq; texere,neq; ueſtis confectio,aut generatio, ſed ue-
ſtis.Pari rōne neq; productio,neq; generatio,neq; correctio ſanitatis, medicinæ finis eſt, uerū
hæc oīa actio quædam artificis cōis eſt, quemadmodum particulares erāt ſecare, urere articu-
los,& extrema,q̄ græci cola uocant,in aduerſum trahere,effingere, deligare: & ſupra has etiā,
atq; cōmuniores manu operari,medicamento uti,& rōnem victus ꝓcipere: uerum ſanitas ipſa
finis eſt, quē iā quieſcente artifice demonſtrare ualemus. Quare neq; ſanitatem cuſtodire,aut
vitiatā emēdare, aut ꝓrſus amiſſam recuperare,finis eſt, ſed oīa hæc actiones ſunt,finis autē eſt
ſanitas.At cōem generalēq; ſupra oēs haſce particulares actionē alius ſanè alio appellat nomi
ne,oēs tñ unum idemq; ſignificant: & qui ſanare dicit, & qui ſanitatem facere, & qui ſanitatis
effectionem,& qui ſanationem,hi quoq; idem,quod proxime poſui,ſed alio mō dicunt: & me-
dicationem morborum dicētes,aut curationem,aut ęgrorum medelā,aut medius fidius mede-
ri,aut morbos extirpare,aut ſanitatē morbo pulſo inducere: item oīa, quæ conueniant, facere

dicentes

A dicentes,& qui morbificas cãs ſe expellere aiunt. Nemo.n.iſtorum finẽ,ſedq; finẽ p̃cedit,actionẽ dicit,perinde atq; ſi circa corp⁹ ars q̃dã actiua ſaltatoriæ,hyſtrionicæq; ſimilis verſaret.

Non per materias, nec per præcepta artes diſtingui. CAP. 28.

VErum enim vero poſteaq̃ multis rõnibus artes non ex particularibus actionibus eſſe iudicãdas aſſertũ eſt,ſed in vniuerſales,ac proxime ad finẽ eſſe recurrendum,deindeq; ab illis ipſis fines diſtinguere eſſe tentandũ, in ſequẽti diſputatione ea eſt difficultas excutienda, nũquid & de ipſarũ materijs eadẽ ſit rõ habenda.Itaq; materia una pluribus artibus ſubijci,vnaq; ars p multis uti materijs vr̃.quandoquidẽ lignum nauium artifici,& carpẽtario,& machinarum ſtructori,& ædes fabricanti,infinitisq; alijs cõis materia eſt: creta quoq; multarũ eſt artiũ materia,& lapides,aliaq; vniuerſa. Item verò medicæ artis,vna cum ſit,infinitæ materiæ ſunt,& corpus ipſum ſanitatẽ accipiẽs,& cibi ac potus,& medicamenta oĩa,& vocata diætemata. Hæc igitur *medicorũ materiæ:corpus ãt tanq̃ id,ex quo finis,aut in quo. Conſtat igitur nõ ex materijs artes eſſe iudicandas;neq;.n.ſi q̃ſpiã alias cões materias,utq; aliqs dixerit,per accidẽs,alias vero proprias,atq; propinquas ſingulis artibus ſubijciens,quatenus corpus noſtrum naturale eſt, phyſicæ ſcĩæ ſubiectum eſſe dicat,quatenus ſalubre,medicinæ,quatenus euecticum.i. bono habitu præditum,aut boni habitus capax,exercitatoriæ,propterea alio quopiã,q̃ fine,artes diſtinguit.Nã corpus aliqđ ſalubre dicere eius,qui iã finẽ cognoſcat,officiũ eſt. Neq; ẽt,ſi quis præceptis artes diſiungat,aliunde,q̃ à finis ptãte ſumit initiũ: ꝓpria nanq; cuiuſq; artis præcepta finis cõſtituit,atque dijudicat:quippe hæc artis propria ſunt, quæ dignoſcens aliquis ad finẽ aſſequẽdum proficit.Siquidẽ grãmaticæ,muſicæ,fabrilis,& aliarum cuiuſq; artium,quæcunque præcepta aut finẽ ipſum euidẽter,aut quod in ipſo melius,celeriusve eſt,præbere valent,hæc artis ꝓpria ſunt,quæ vero ad finẽ aſſequendũ cõferunt nihil,ea nequaquã artis propria dicenda ſunt.

* Codex græc. habet αἰτιῶν .i. cauſarum.

A fine artes omnes diſtingui, atque conſtitui. CAP. 29.

ITaq; oĩ ex parte ad finem properare,ab eoq; artes iudicare præcipit ratio:propter hũc enim & cõmunibus actionibus, & proprijs præceptis,atq; principijs differunt: nam hæc & ſecundũ artiũ fines euariant.Quandoquidẽ ſanitas finis eſt:hæc vero in calidis,frigidis, humidis,ſiccisq; conſiſtit. In iſtis planè & materiæ,& contẽplationis circa huius cognitionem principium verſatur:ſed diſſimili ratione medicus,phyſicusq; id tractat. Qđ ipſum diſſimiliter ſcilicet à ſcientiarum fine cognitum eſt atque diſtinctum.Neq; ab re ſemper finem ratio inuenit,omnium,quæ in artibus continentur, regulam atque iudicem. Nam cuiuſque artis conſtitutio inde ſumit initium. Quis enim medicinam conſtituere properaſſet, niſi ſanitatis bonum prius optauiſſet? aut ædificatoriam,niſi & hic domum? aut textoriam,niſi veſtẽ prius expetiuiſſet? Quin & artes reliquas omnes conſtituens,hinc & ipſa accepit initium. Alibi vero à nobis oſtenſum eſt,quo quiſpiam modo propoſito fine ſuam ipſius artem per methodum comperiat.Eumque qui preſentem librum exacte intelligere cupiat, in illo prius uerſatum eſſe neceſſe eſt: ita enim euidenter cognouerit ſub unam eandemque contemplationem vtramque partem incidere, ſalubrem videlicet, atque curatricem. Verum,ſi ego,quæ in alijs voluminibus à me latiſſime diligenterque explicata ſunt,in hunc omnia librum conferre velim, Menemachi, Menodotique libros me huius prolixitate ſuperaturum ignorarem.

Artem circa humanum corpus correctricem eſſe probat, eiusq; ꝓpartes enumerat. CAP. 30.

CAeterum artem circa corporis bonum uerſantẽ prorſum unam eſſe ex antedictis (ut arbitror) ſatis declaratum eſt, atque ex dicendis in poſterum nihilo ſecius declarabitur,non tamẽ,quo ipſam noĩe appellare oporteat,iã adhuc manifeſtum eſt.Neq;.n.forſan medicatiua,neque exercitatoria,ſed aliud quippiam appellanda eſt,forſan ãt & in totum ars iſta,quemadmodum & pleræq; aliæ,nomine caret,ſed hoc quidem paulo poſterius ſpeculabimur. Verum vnũ eſſe humani corporis bonum, quicquid illud ſit, ſicut aliarum ẽt omnium ſubſtantiarum, eſſe ãt & de ipſo artem unam,ſiquid unquam aliud,& id quoq; uerum eſſe confirmo,necnon & eandẽ utriq; methodum ineſſe. Vna igitur circa humani corporis bonum arte uerſante, in præſentia oẽs eius particulas ſpeculemur:nam ſic & eius,quæ ſalubris uocatur,quæ ſit poteſtas,prorſus dignoſcemus,ut in hac etiam parte methodo aliqua utentes ſectionem faciamus,genus artis corpus noſtrum tractantis contemplaturi. At non in ſola ipſa cõtemplatione finem eius ſitum eſſe, ſicut arithmeticæ, aſtronomiæ, ac phyſicæ, ſed quiddam ẽt & circa corpus ipſum facere,neminem preterit:q; neq; verò in ipſa actione deſinat,quemadmodum ſaltatoria,poſtq̃ agere deſiit, nihil oſtendere ualens, & id quoq; omnibus conſtare arbitror. Igitur in confeſſo eſt eã inter effectiuas,aut acquiſitiuas eſſe collocandam,poſtq̃ neq; inter cõtemplatiuas,neque inter actiuas inuenta eſt: ſed neq; inter acquiſitiuas numeratur, qualis eſt ars illa, q̃ harundine, & quæ hamo piſces captat,utique in uniuerſum dicam, qualis eſt uenatoria:aliquid.n.eorum, quæ ſunt,iſtæ capiunt,ac poſſident: nihil autem, quod prius non eſſet,ipſæ faciunt. Inter reliquas igitur effectrices humani corporis ars reponitur. Iſtarum uero duplex officium eſt:aut.n.aliquod integrum, quod prius non erat, efficiunt, aut ex parte uitiatum corrigunt. At, quæ nunc quæritur, ars totum hominis corpus moliri nequit, ſed per partes inſtaurare poteſt, perinde,ut ueſtium ars ſarctoria,neque ad eundem, ut hæc,penitus modum. Natura nãque & corpus fabricatur, & ipſum

imbecillum rursus confirmat,ut ars vestiaria:ipsius vero naturæ ministra est ars,quæ in præsen-E
tia vestigatur. Concedatur igitur,ut procedat oratio,nos ipsam correctiuam appellare:sed aut
multum corrigit, aut pauxillum; quæ eius pars multum semel corrigit, medicatiua curatiuaque
nuncupetur:quæ vero pauxillum,conseruatiua. Eius ipsius quoque, quę multum semel instau-
rat, permultæ sunt differentiæ: omnis enim quantitas in multitudinem innumerabilem secari
potest. At,quia,de ipsis dicere non est nobis in præsentia propositum,hæc sanè pars dimittatur,
illa vero,quæ pauxillum emendat,diuidatur: At hæc quoq; insignibus differentijs tripartito di
stingui videtur:aut enim exacte,perfecteq; valentem accipiens, in hoc ipsum gradu conseruat:
hãc autem partem euecticem.i.boni habitus seruatricem, uocant:alteram eorum, qui iam mor
bum euaserunt, refectricem, quam sanè & nonnulli recentiorum medicorum analepticen, hoc
est instauratricem,seu resumptricem appellant: inter vtramq; pars ea collocatur, quæ ab ipsis
proprie salubris nominatur,nam vulgo & conseruatiua simul,& salubris dicitur. Tres igitur hæ
partes conseruatiuæ modo enumeratæ,analeptice,salubris:& euectice, sunt quidem omnes sub
ea medicinæ parte,quæ exigua uitia tollit:inter se autem ratione maioris minorisq; dissentiũt,
magis enim parua castigat euectice,minus vero salubris, hac adhuc minus parua emendat ana
leptice. Quidam uero & quartam particulam adiecerunt,in hac conseruatiua,quæ ab ipsis pro-F
prie prophylactice.i.præseruatoria,uocata fuit,facultatem ei oppositam habentem, quæ à mor
bo proxime liberatos recreat. Hasce aũt ambas ancipitis quodam modo esse naturæ inter con-
trarias totius artis partes nemo ambigit,dico aũt inter eam,quæ magna uitia,& eam,quæ parua
dissoluit. Curatiua sanè pars quòd magna uitia,euectice autem atque salubris,quòd parua discu
tiat,id quoq; perspicuum est:in medio uero ambarum interstitio instauratiua nominata, atque
præseruatoria positæ sunt,si ad salubrem,euecticenq; comparentur;non exigua uitia emendan
tes:si ad curatiuam,non magna. Propterea,& quicunque ambas has partes neutras appellaue-
runt,haud male mihi sensisse uisi sunt. Sed de his alia est habenda oratio.

Ab initio positæ quæstionis solutio. CAP. 31.

IN præsenti ãt cõtemplatione de conseruatrice artis humanum corpus gubernãtis parte tria
diuisionis membra supponãtur,unum de corporibus secundum habitudinem valentibus:al-
terum de ijs,quæ in habitu sana sunt:tertium de bono habitu præditis. Primumq; instauratiuũ
appelletur,nihil.n.in præsentia cum illis de nomine digladiemur: secundum salubre:tertiũ eue-
cticum,hoc est boni habitus conseruatiuum: duo priora in melius ducentia,in optimo statu ter-
tium conseruans. Atq; his ita positis ab initio agitatæ qõnis meminerimus:erat ãt(ut existimo)G
hmõi,utrum ad medicatiuam,an ad gymnasticam,pars salubris uocata pertineret. Non absque
rõne igitur inter initia sermonis nostri diximus, omnem qõnem sub definitionẽ cadere:nã; qd
sit medicina,quid gymnastica,cum nouerimus,non amplius difficile fuerit inuenire,ad utrã ip-
sarum salubris referatur. Ipsa quidem salubris quidnam sit,iam mihi manifeste explicauisse ui-
deor: aut.n.tota pars conseruatoria,aut ex illis tribus partibus una,quæ in medio uersatur inter
euecticem.s.uocatam,atq; analepticem,& est circa sanitatẽ in habitu:mihi quidem reliquũ ni-
hil aliud,quã de nomine,controuersia esse vr̃,res ipsa ãt minime in obscuro versari tãtisper,dũ
superius declarata concedantur,ac fixa permaneant. Atqui cum ipsa strictim atq; per capita re-
censuero,mox ad nominum interpretationem me conuertam. Quemadmodum igitur bonorũ
uestimentorum,ædium,atq; calceorum,perinde & corporis unam quandã artem esse cõstituo,
cuius duas has esse partes,unam efficientẽ,corrigentẽ alteram,amboq; hæc naturæ prius inesse,
sed ipsarum alteri,corrigenti.s.humanã artẽ opitulari:quæ & ipsa bipartito diuidit,in curatricẽ
partem seu medicatricem,atq; in alterã cõseruatricem, quę & salubris uocatur. Ipsius uero tres
partes sunt,analeptice,euectice,ac toti generi cognominis salubris. Itaq;,siue de tota conseruа
trice parte,siue de eius particula,quispiã quærat,ad utrã artẽ pertineat,ad medicatricemne,anH
ad corporis exercitatoriam,totam rem prius(ut nunc ego feci)perstringentẽ, ita deinde ipsum
explicare opus est. Quòd,una corporis ars cum sit,licet uolenti eam medicinam appellare:sin
hoc non placeat,exercitatoriam:sin id quoq; displiceat, totam artem nomine carere dicens,u-
nam eius partem medicinã,alteram exercitatoriam,appellato:si neq; id probas,salubrem quã
dam artem curatiuæ ex diuerso oppositã, eiusq; partes (si uelis) diæteticam gymnasticamque
dicito. Singula.n.nomina si interpretabere,ita uniuersum,quod quærebas,indeptus fueris.

De nominum significatione. CAP. 32.

AT his auditis q̃dam,heus vir bone,dicẽt,nõ quẽadmodũ tu statuere uolueris,distinguẽda
sunt noĩa:sed vt recte habet,partitio,faciẽda est. Iterũ igit̃ istis ita rñdendũ est:heus tu,me
minisse debes nr̃am nõ amplius de rebus esse cõtẽplationẽ,sed nominũ explanationẽ nobis es-
se ꝓpositã,neq; id nos ẽt tergiuersamur: ac de noĩbus non his solũ, sed & de alijs oĩbus illud in
vniuersũ ꝓnuncio,nihil eruditũ in mediũ adduci posse. Sed,siue Assyriorũ linguę uocabulum
sit,ab ipsis Assyrijs res discenda est,cui nomen illi indiderũt: siue sit Persarũ linguæ,aut Indorũ,
aut Arabũ,aut Aethiopũ,aut oĩno aliorum quorumcunq;,illos percunctari oportet;nomẽ.n.ip
sum ꝑ se solũ prolatum nihil indicat. Meam igr̃ sn̄iam accepisti. Cæterum nõnulli asserunt ipsis
nomen aliq̃d significare,unde huiusce rei causa ego permulta Celtarum,Thracum,Mysorum,

Phry-

A Phrygumq; nomina colligẽs iussi, ut a singulis rem significatã manifestarent: illis ãt in sola Græcorum lingua id se posse facere dicentibus, hoc vocabulũ λιμένα (latine portum dicas) propositum: illis verò locũ, ubi naues in statione quiescũt, significare affirmantibus, at Thessali, respondi, qđ a nobis forũ rerum uenalium dr, ita nominãt. Sed isti Thessalicã linguã scire se negabant, tanquã sanè illud ipsum nõ cõfitentes, quod ab initio dicebaẽ, nullum nomen, cui rei inditũ sit, aliter posse cognosci, nisi ab ipsis impositoribus edoctus fueris. Cæterũ aduersus ita dementes alia mihi oratio separatim scripta est: res ipsas uero discere uolenti, & præcipue ac maximè huic veluti optimo operi studenti, rerũ præterea nomina mutuæ locutionis causa percipere cupienti, vsum græcorum interpretabor. Neq; id horum oĩum nominibus oĩbus faciam: id nãq; enarratoriæ cuiusdã, aut grãmaticæ peritiæ, munus est: sed Attica potissimũ nomina, secundo & Ionica me cognoscere fatebor, nõ nulla ẽt Dorica, atq; Aeolica: sed in hisce linguis plura me ignorare, quam scire, in Attica uerò plura me scire, quàm ignorare concedam. Quòd si tu & de nominibus loqui uelis, Homerus utique canit,

Vir medicus multis alijs tibi dignior esto,
Dira venena trahens, & pharmaca mitia fundens,
Multa salubria miscens, & lætalia multa,
B Doctior est cunctis medicus mortalibus unus:
Vtpote arte medica languida corpora medicamentis, manuariaq́ue opera curante.

De diætetica: & quo tempore gymnastica & athletica exortæ sint. CAP. 33.

AN vero & alia tertia medicationis pars diætetica appellata Homeri tẽporib⁹ extaret, ego nulla id coniectura assequi possum. Sed me uetustior, & quem magis græcorum res nosse verisimile est, Plato philosophus antiquos Asclepiadas hac medicinæ parte non admodum usos esse asseuerat. Verum medicinę tres has esse partes, artemq́; male habentia corpora curantem ab vniuersa græcia iatricen, hoc est medicinam, appellari, nemo ferè est, qui eat inficias: Gymnasticæ ãt artis nomen Homeri sęculo nondum repertum erat, neq; quisq̃ oĩno gymnasta (sicut medici nomen inuenies) uocabatur. Quemadmodum neque etiam apud Platonẽ gymnasticæ nomen frequenter reperire licet, sed pædotribam magis, quam gymnastam, huiusce artis professorem appellat: nam paulo ante Platonis tempora gymnastarum ars exorta est, quo etiam tempore & athletarum exercitatio emersit. Priscorum enim sęculis uir unus operarius naturalia munia exequens, uere bono habitu robustus in certamen descendens, non lucta modo, sed etiam cursu certauit, atq; etiam duobus his, & iaculo præterea, & arcu, & disco, & curru, alios unus superauit: postea uerò hęc disiuncta sunt, qualemq́; Homerus vnum Epeum fecit ad cuncta quidem secundum naturam munia obeunda omnium ignauissimum, sed strenuum pugilem,
C cuius artis in solis certaminibus usus est, tales omnes euaserunt, neque arare, neque fodere, neque iter facere, neq; aliud quicquam pacis, ac multo minus belli opus, egregie præstare ualentes.

De bono habitu athletico & salubri, quatuorq́; materijs corpus nostrum alterantibus. CAP. 34.

HOrum hominum bonum habitum in superioribus uituperauimus, artemq́; pariter gymnasticam ipsos instruentem, aliumq́; bonum habitum laudauimus tutissimum iuxta, & ad omnes naturales actiones maximè idoneum: cuius materiæ effectiuæ simul & conseruatiuæ duæ sũt, & salubris uocata uictus ratio, & exercitatio. Quatuor namque genere cum sint oĩs materiæ, à quibus corpus nostrum commutatur, manuaria functio, medicatio, exercitationes, ac uictus ratio, una est ægrotis inutilis, duę uero secundum naturam sese habentibus. Aegrotans namq; in multis medicamina, manuum operam, victusq́; rationem postulans, nulla ex parte exercitatione eget: exquisite uero sanus corpus exerceat, & certa quadam uictus ratione utatur, necesse est. sed medicamenta, aut manus ministerium, non requirit.

Salubris artis partem esse gymnasticam, & quid de ea Hippocrates, & Plato scripserit. CAP. 35.

D SAlubris igitur artis pars est gymnastica; abundeq́; de utroq; p̃cepit Hippocrates, quæcunq; de aeris natura, locorum, aquarum, ventorum, anniq́; temporum noscenda sunt: itẽ de cibis, potibus, atque uitæ institutis, accuratissime oĩa perscribens: ex istis.n. victus ratio, quam diætam græci uocãt, integratur: haud secus & de idoneo tp̃e, magnitudine, ac qualitate non exercitationis tm̃, sed ẽt frictionis, satis disseruit. Plato a parte totum cognominare uisus est, non salubrem artem, sed exercitatoriam appellans, tum quia exercitatio beneualentium præcipua ac propria est, tanq̃ nullo pacto ipsa ægrotis utentibus, tum q̃ eam solam moderatore egere iudicauit: qm̃ quidẽ exquisita sanitate fruens corpus, naturalibus appetitionibus utens, neq; ĩ quali, neq; ĩ usus tp̃e, quicq̃ sumendis cibis erroris cõmittet: sed de hoc alibi sermo habendus est. Quòd ãt & Plato aliã gymnasticam ut artis corpus regentis partẽ nouerit, aliam uerò, quam nunc homines celebrãt, ex his quispiã cõprehendere poterit: tibi.n. eius verba subijciam, primaq́; ea, quæ in Gorgia ad hunc modum se hñt. Duę res cũ sint, duas esse artes dico, vnam aĩæ, quã ciuilem appello: alterã corporis, q̃ & ipsam vnã quo nomine appellẽ, nõ habeo: sed, una cũ sit corporis curatio, duas partes nomino gymnasticam unã, medicatricem alteram. Hoc loco unam esse artẽ corpus curantẽ, q̃ duas principes partes habeat, dilucide Plato mõstrauit, partesq́; ipsius esse noĩatas, to tã uero noĩe carere, in optimumq́; respicere, qui & bonus habitus dr, ex hisce declarãt. Quorum

singula

ſingula in eodē libro explicauit. Corpus ſanè vocas aliquid & animam? quidni igitur & iſtorū E amborū quendam eſſe bonum habitum non putas? Ego quidem. Quid uero, apparentem bonū habitū, ſed non uere bonum? quod autem dico, tale eſt: Plerique corpore bene habere uidētur, quos haud facile quiſpiam non bene habere ſentiat, niſi medicus, aut gymnaſticorum aliquis fuerit. Et in ſequentibus, optimum iſtos intueri. Quòd uero ſit iucundiſſimum ab obſoniorum conditore, eoq; qui græce commotes, latine comptor dicitur ſpectari, ipſe late declarat.

De uitioſa gymnaſtica, eiusq; bono habitu vocato Platonis Hippocratisq; ſententia. CAP. 36.

SEd gymnaſticē illā, qua inſtituuntur athletæ, graui quidē nomine decoratā, ſed flagitioſam artē, nondū eouſq; extra naturæ limites progreſſam, quouſque eam nunc protulerunt, iā ve ro non optimū finem, ſed abſolute uirium, quibus aduerſarij proſternantur, incremētū ſibi pro ponere incipientē, in tertio De re publica libro uituperauit in hunc modū differens. Profecto p Ioue, inquit ille, omnium ferè potiſſimū, ſi quidem ultra gymnaſticā ſup eruacua iſta corporis diligentia producat: nā & domui gubernādæ, & militiæ, & ſedentarijs magiſtratibus in ciuitate gerendis, incōmoda eſt: p̄cipuum uero ac maximum, q̄ ad oēs diſciplinas, cogitationes, ac medi tationes capeſſendas, p ſe ipſam difficilis eſt, capitis ſemper aliquas diſtētiones, atq; uertigines reformidans, ſapiētiæq; ſtudiū eorū ortus cauſam aſſerens. Quare vbi ipſa adeſt in virtute exer- F ceri atq; probari, undique impedimentum obijcit: efficit. n. ut homo ſemper ſe ægrotum opinetur, neq; de corporis habitu queri vnq̄ deſinat. Adhuc inferius euidentius gymnaſticę finē non vires aduerſarios proſternētes, ſed uſum ad naturales actiones, eſſe cōfirmauit ita dicēs. Ipſas q̄ dē exercitationes ac labores ad aīoſam naturæ partem, reſpiciens, illamq; excitans, ſubibit potius, q̄ uirium rationem habens, nec, quemadmodum alij athletæ roboris cauſa cibos, potusq; adhibebit. Vndiq; igitur Platonis ſententia perſpicua eſt, Hippocratis mētem de huiuſmodi arte gymnaſtica exquiſite obſeruantis, cuius finis eſt athletarū bonus habitus: ipſam enim tāquam ad omnia ciuilia negocia inutilem uituperat: quod breui oratione ille complexus ita pronuncia uit. Affectio athletica non naturalis ſalubris habitus melior eſt: quòd ipſorum uero maxime excellens affectio, ad quam potiſſimum properant, ad ſanitatem periculoſa eſt, quodq̄ id Hippocrati Platoniq̄ ignotum non fuit, & alibi à nobis dictum eſt.

in lib. de alimēto paulo poſt dimidium.

In gymnaſticam vitioſam rationibus Galenus inuehitur. CAP. 37.

CAeterū, qm̄ ſemel de hoc nō vere bono habitu, deq; vitioſa gymnaſtica ſermonē inſtitui, & hæc de his q̄ pauciſſimis potero, p̄ſtringā. Cū in quadam moderatione ſanitas ſita ſit, hu iuſmodi gymnaſtica intemperiē exceſſumq; molitur, multam & ſolidam carnem procreās, ſan- G guiniſq; copiā q̄ tenacisſimi adaugens. Neq; n. vires tm̄, ſed ētmolem, pondusq̄ corpori adij cere conatur, vt hac ēt ratione aduerſarius opprimi valeat. Neque igitur amplius reperire difficile eſt, artem hanc omnibus naturalibus actionibus ideo eſſe inutilem, & alioqui periculis obnoxiam. Quod. n. in omnibus veris artibus maximum ſtudium eſt ad ſummum eius, quod appeti tur, peruenire, id in iſta peſſimum eſt, cum eam affectionem, quæ ex ſententia Hippocratis præter naturam eſt, tanq̄ naturalem adipiſci contendat. Siquidē naturæ bona, quo proceduntmagis, creſcunt, atque augentur, eò meliora euadunt; non naturalia verò oīa tanto deteriora ſunt, quanto maiora. Vnde iſtorum nonnulli repente obmuteſcunt: alij ſenſum motumq; amittunt, ac penitus attoniti fiunt, mole iſta præter naturam, ac multitudine inſitum calorem extinguēte, liberumq; ſpiritui tranſitum intercludente: quicunque autem ex ipſis mitiora patiuntur, effracto conceptaculo, ſanguinem vomunt aut expuunt. Huiuſce igitur boni habitus opifices, quorū hæc mirabilia ſunt volumina, quæ à corruptas aures habentibus in præſentia circumferuntur, iam prorſus ab hoc noſtro libro ablegemus, ſi quidem tu quoque charisſime Thraſybule cognoſcis, iſtos neque dignos eſſe putari, vt à me reſponſionem accipiant. Quid enim iſtis plus erit, qui heri aut nudius tertius præter naturam crapulari, atque dormire deſierunt: ad tantumq̄ audaciæ H peruenerunt, vt de rebus illis temerè impudenterq; contendant, de quibus neque illi facile pronunciare audent, qui iamdiu earum cohęrentiam, pugnantemq̄ naturam aſſequi ſtuduerunt? Quòdnam iſti profundum eruditum graueq; præceptum audientes condiſcere potuerunt? Mirandum eſſet mediusfidius, ſi, cum neque illi omnes, qui à primis pueritiæ temporibus in optimis diſciplinis verſati ſunt, boni contemplationis huiuſce iudices eſſe valeant, illi, qui ſeſe in certaminibus ad uincendum exercuerunt, degeneres autem & ibi uictoria caruerunt, ac repente gymnaſtæ effecti ſunt, ſoli mentis acumine præcellent. Atqui uigilia cogitatioq̄ non rudis, magis, quam ſomnus, perſpicax ingenium reddunt: idq; ab omnibus ferè hominibus, qm̄ omnium ueriſſimū eſt, adagium decantatur, Craſſus uenter ſubtilem mentem non parit. Forſan igitur puluis adhuc ſolus ſapiētiā ipſis cōparauit, nam lutum, in quo crebrius uolutati ſunt, quis ſapientiæ conditorem eſſe arbitretur, & ſues cernens in ipſo conuolui? at non in latrinis, inter quas quotidie uitam traduxerunt, par eſt ingenij ſolertiam procreari: atqui præter hæc nihil aliud ipſi prius agebant. Omnem enim ipſorum uitam in hoc circo uerſari conſpeximus aut edentium, aut bibentium, aut dormientium, aut uentrem exonerantium, aut ſeſe in puluere, lutoque uoluentium.

De ueræ gymnaſticæ authoribus, & ſub qua parte medicinæ ſit. CAP. 38.

HIs itaq; dimiſſis (ueras. n. artes & non ſceleratas contēplaturi in hunc ſermonē incidimus)

legitimæ

A legitimæ gymnasticæ authores iã accersamus Hippocratẽ, Dioclem, Praxagoram, Philotimũ, Erasistratũ, atq; Herophilũ, & quicunq; alii totã artem ad corpus pertinentem didicerũt. Proxime uero Platonẽ loquentẽ audiuisti, eius nullũ esse proprium nomen. Ne igitur totius artis corpus curãtis vnũ nomen quærito: neque.n. inuenies. Verum, si forte de ipsa sermonẽ habere institueris, contentus sis, Platonẽ imitatus, ita disserere: Vna cũ sit corporis curatio, duas eius partes appello, vnã gymnasticen, alteram curatricẽ: sanorum quidem gymnasticẽ, ægrorum vero curatricẽ. Sed illud magis consideratione dignum, Platonem nõ salubrem artẽ curatrici in partitione opposuisse, quemadmodũ antedicti oẽs uiri fecerunt; quorum unius (si placet) memineram, qm̃ a * eius uolumina passim celebrant. Inquit igit̃ Erasistratus in primo De tuẽda sanitate: Neq; n. medicus inueniri pót, q̃ sese ad tractanda salubria contulerit, Deinde subiũgit: Cruditates. n. ab aliquo affectu ꝓueniẽtes, & ipsarũ curationes, ad b † medicatiuorũ, nõ ad salubriũ tractationẽ redigunt. Deinde iterũ progrediẽs addit: Siq̃d uero in corpore uitiũ extiterit, propter q̃d assumpta semper corrumpentur, c † neq; in æque malos succos, ac sunt priores, cõuertũtur, hmõi affectionẽ medici est, nõ tuẽde sanitatis magistri, dissoluere. Itẽ paulo post: Præcipere de his, aut has discutere, medicos, nõ salubres decet. Videt̃. n. iste non artẽ quandã solũ, perinde vt B alij oẽs, sed ẽt eius professorẽ salubrẽ appellare: quẽadmodũ, ut censeo, & medicatiuæ ꝓfessorẽ medicũ vocat: ut artis corpus curãtis, cuius nullũ propriũ apud græcos nomẽ erat, in duas principes partes distributæ, sicut ipsas partes medicatiuã, salubremq;, ita & earum professores medicum, salubremq́ue, appellemus. Eodem modo autem & pleriq; alij medici nominibus vsi sunt.

A * aliqui codices hñt αὐτῶν i. ipsorum, aliq. uero αὐτὰ. i. ipsa.

B † Medicatiuam.

C † In græco codice ea lectio uidetur esse melior, quæ habet οὕτως, non aũt οὐχ, ut legendũ sit, atq; ita in ęque &c. & tamẽ codices manuscripti hñt οὐχ.

Cur Plato salubrem medicinæ partem gymnasticam dixerit. CAP. 39.

CAeterũ, vt uidetur, Platonis temporibus nõ dum græci aut artẽ ipsam, aut eius professorem salubrẽ appellare consueuerunt. Neque.n. Hippocratis liber salubris, salubris inscribitur, sed alter de rõne victus, alter de aq̃s, aere, & locis inscribitur. Forsitã aũt (ut ꝓxime retuli,) neq; sanis opus esse rõne victus Plato opinabat̃, sed ipsis gymnasticã solã sufficere: neque.n. instauratiuã partem, aut præseruatiuam, ad gymnasticam fortasse pertinere existimat: medias.n. ipsas (ut dixi) collocatas, utri uolueris, adijcere potes. Quòd si & ipsa medicatiuæ adiungas, exigua erit salubris portio de aere, aqua, locis, exercitationib⁹, cibisq́; † considerans: atq́ neq; de cibis oĩbus, sed de illis tm̃, q̃ ad secũda fruẽtes ualetudine pertinent. Quin etiam fortasse, cũ aeris regionũ, aquarumq́; notitiam medicus præoccupasset, utpote curatiua parte ante cõstituta, nihil amplius de ipsis nõ solũ medicis, sed etiam salubribus instituendis, præter autem exercitationũ C rationem tradentem discendum superat. Quamobrem neque absurdum fuit & à parte nomen habente totum appellari. Verum hæc de nomine est, non de re disputatio.

† Abũdat: nõ. n. est in græco co:

Quomodo sit recte medicina partienda. CAP. 40.

ATsi qui spiã (quod & supra posui) id ipsum perspiciens non de re, sed de uocabulo, institutũ esse sermonem, me & de hoc aliq̃d dicere præcipiat, melius eos facere dixero, q̃ duas totius artis principes partes, salubrẽ, curatiuamq́; appellant; quandoquidẽ in diuidendi metho dis didicim⁹ eiusdẽ gñis res ꝑ oppositas mẽbra partiri. Exẽpli nãq; gratia de aĩalibus dicẽs alia esse aerea, alia aquatilia, si addat, alia rõnabilia, per absurdũ euidẽter faceret: nã prior partitio ignea, terrestriaq́; adijci postulat, hæc.n. ꝓportione aerijs, aquatilibusq́; respõdẽt; secũda vero in diuidẽdo rõnalibus irrationalia opponi req̃rit, ac eadem rõne mortali q̃dẽ immortale, fero mãsuetũ, pedestri, uolucre, natatileq́; opponit: extremæ nãq; absurditatis est aĩalium aliqua immortalia esse dicere, aliqua pedestria, aliqua bipeda: Ad eũdẽ sanè modũ in arte corporis ꝑside siquis eã partiẽs inuenire partes q̃rat, & ægros curantẽ medicatiuã, sanis consulentẽ salubrẽ, ap pellabit. Quinimmo ẽt melius, vt & nos antea dicebam⁹; ars corporis curã hñs emẽdatrix cum sit, qua parte magna uitia corrigit, medicatiua seu medicatrix nominabit̃: qua vero exiguas no-D xas tollit, ideoq́; ꝑ exiguitate, nũ ẽt ab initio corrigat, sensum subterfugiens, cõseruatrix dicetur, q̃n ẽt aptiꝰ à materijs, has partes morbidã, siue ægritudinalẽ (ut ita dicã) unã, salubrẽ alterã appellaueris. Quòd si rursus uelis salubrẽ seu cõseruatiuã partiri (utroq;. n. modo licere appellare dictũ est) à subiecta ipsã materia in tria diduces, ut supra retulimus, in refectricẽ uocatã, & in sua lubrẽ scd̃m spẽm, ꝑterea & in boni habitus effectricẽ: nã singulis dictis partibus ꝓpria materia subijciẽt, uni scd̃m habitudinẽ ualẽs corpus, alteri scd̃m habitũ, tertiæ bono habitu ꝑditũ; accidit. n. ipsa corpora eodẽ cũ partibꝰ artis noĩe appellari. Q̃d si scd̃m auxiliorũ materias artẽ hãc salutarẽ, cõseruatricẽq́; distribues, in quatuor partes secabit̃, una siquidẽ in assumptis: alter a in ijs, q̃ fiũt: tertia in ijs, q̃ euacuant̃: quarta in forin secus occurrentibus uersatur: per hęc enim sanitas custodit̃. Pars igit̃ salubris artis in ijs, quæ euacuãtur, uersans, potionũq́; ad sanitatis custodiã pertinentiũ sciẽtia est: q̃ uero in ijs, quæ euacuãtur, sudores, deiectiones, urinas, in uniuersumq; oĩa, quæ corpus nostrum excernere debet, considerat: quæ exterius incidẽtiũ est, aerem, aquam, salsuginẽ, mare, oleum, aliaq; huiusmodi oĩa speculatur. At quarta pars artis, q̃ supereſt, in ijs, q̃ aguntur, posita, exercitationibus, appellatisq́; græcẽ epitideumatis, hoc est studijs, cõtinetur: insomnietas namq́;, & uigilia, somnus, uenus, ira, curæ, lauatio, ex hoc genere sunt. Atq; singulorum enumeratorum salubrium quantitas, qualitas, occasio, dignoscenda est.

Quæ

Quænam uera ars gymnastica dicenda sit, quæ uitiosa. CAP. 41.

QVantula igĩ salubris artis pars est de exercitationibus sciẽtia? rectius.n. puto gymnastica ars appellabitur, quæ omnium, exercitationum facultatis cognitio est. Nã, quæ ad palæstram solum pertinent, cognoscere, perquã exiguum est, oĩbusq; mortalibus minime utile. Quã doquidẽ nauigare, fodere, metere, iaculari, currere, saltare, eq̃tare, venari, armis certare, ligna findere, baiulare, & agrũ colere, oĩaq; alia ſm naturã facere, q̃ lucta exerceri, melius est. Vnde tibi iã intueri licet nõ modo salubris artis portiunculam esse gymnasticã, sed ẽt gymnasticæ minimã esse particulã luctandi studiũ, huicq; cognata athletarũ professio & affectionis cuiusdã nõ naturalis effectiua, uitiosamq; artẽ sibi propositam hñs, optimum quidẽ boni habitus finẽ p̃ se ferentẽ, sed oĩa alia potius, q̃ bonũ habitũ producentẽ. At huius improbę artis isti misere lucta tirepente scientissimi euaserunt: uerę aũt legitimæq; gymnasticæ Hippocrates, & nuper cũ ipso enumeratus illustriũ uirorũ cœtus peritus est. Quẽadmodũ uero ad curatiuam partẽ pertinentia non rite oĩa ab oĩbus simul tradita sunt, perinde & de exercitationibus non uera omnia præcepta tradidere: uerũ in præsentia perperam de ipsis locutos castigare propositũ non est, sed gymnasticæ nomen declarare, q̃ scilicet hæc facultatum in exercitationibus positarum, quemadmodum & medicamentaria facultatum in medicamentis repertarum, scientia quædam est: ambæ enim hæ partes à materijs denominationem sortitæ sunt, sicut & aliæ, quas paulo ante recensui.

Reprehendit malam medicinæ diuisionem. CAP. 42.

ATq; hinc eos male sentire cõstat, q̃ in diuidenda tota arte, gymnasticã medicatiuæ opponũt: illa namq; à materia, hæc à generali cõmuniq; actione appellationẽ habet: nã primę actiones singulares sunt, veratro aut scãmonio, exẽpli causa purgare, venã soluere, os excidere, inediã indicere, cibũ exhibere: post has aliæ cõiores, ac iã uniuersales, medicari, manus opera vti, rõnem victus instituere, oĩbusq; istis cõe, mederi. Quẽadmodũ, vt puto, iterũ actionibus circa sana corpora accõmodatis oĩbus cõis est cõseruatio: ac q̃squis p̃ diuisionẽ medicatiuo cõseruatiuũ opponit, cognatorũ oppositionẽ facit: utrũq;.n. ab actione noĩatũ est: quẽadmodum rursum à subiecta materia morbosũ atq; salubre: ab auxiliorum ãt materia medicamẽtariũ ac gymnasticũ, hoc est exercitatoriũ: illud.n. morbosi & medicatiui pars est, hoc salubris & cõseruatiui.

De proportione artium seruientium & dominantium. CAP. 43.

CAeterũ hoc loco diligenter mentis acies exercitãda est: ne gymnasticũ, palæstræq; p̃fectũ eundẽ nos efficere, tot usq; gymnasticæ particulã quãdã luctatoriã (ut ita dicã) cõstituere nos p̃tereat, quandoquidẽ, & q̃ luctas oẽs & frictionũ figillatim oẽs actiones rite obire ualeat, iste panifici, coquo, ædificatori, p̃portione respõdet, facere q̃dẽ panes, obsonia, ædes sciẽtib⁹, minime tñ, q̃d in ipsis optimũ sit, quid non optimũ intelligẽtibus, quamve facultatẽ ipsorũ vnũ quodq; ad sanitatẽ habeat, nõ dignoscentibus. Nempe ars, q̃ corpus humanum curat, ut crebro ante repetitũ fuit, vna est, aliæ vero huic materias cõparãt: neq;.n. alutarij cerdones, q̃b⁹ calceatis, q̃bus sine calceis ambulare melius sit, nouerũt, sed neq;, q̃bus calceari quidẽ melius est, quo tñ calceorũ genere uti debeant, cõpertũ hñt. Id ãt Hippocrati haud ignotũ est: cuidã.n. ‖ arbylis lutũ calcãtibus calceari p̃cepit, nõ tñ ipse arbylas cõficeret: Quẽadmodũ neq; imperator galeã, loricã, hastã, clypeũ, gladiũ, aut ochreas cõderet. Præterea neq; ædificator de excelsa aut humili domo quicq̃ nouit, aut de cõuersa ad occidẽtẽ, aut oriẽtẽ, aut ad aquilonem uergente, & frigida, aut ad austrũ, & calida, aut tenebricosa, aut illustri, aut de humili ei⁹ parte, siue superiore, aut de humida, uel sicca, sed quã utilitatẽ ista singula, quãve noxã afferant, prorsus ignorat. Perinde vt panifex ẽt, cuinam purissimus panis, cui furfuraceus, cui multus aut paucus, quove tpe sit dandus, ignorat, ipsos uero panes egregie cõficit. Eadẽ rõne & coquus lentẽ, hordeũ, alicã, betã, aut aliorũ aliq̃d, nullius ipsorũ uires cognoscẽs, esui tñ apta reddere peritus est. Id genus artes materias oẽs arti corporis curatrici submistrãt, quẽadmodũ his ipsis aliæ, panifici q̃dẽ frumẽtũ agricola, furnũ furnifex, arborũ succisor ligna, carpẽtarius abacũ, carpẽtario ãt ipsi rursum alius asciã, amussim alius, item alius ligna; at alutario cerdoni itidẽ cultrum fabrilis ars, coria pellium cõcinnatrix, pedis effigiẽ (calopoda græci uocant) carpentaria; ædiũ quoq; structori sculptores, lapicidæ, laterũ figuli, & carpẽtarij, illi quidẽ lapides, isti lateres, hi uero ligna idonea prẽparãt. Omnes igitur id genus artes mutua ope indigẽt, & perfectioribus materias ipsas, ex quibus finẽ suum assequuntur, suppeditant: & instrumenta optima, per quæ illas adornant, efficiunt.

de Arti com. 4. t. 13. 7. 284. b

Quomodo alijs artibus Medicina præsit. CAP. 44.

OMnibus his ãt, ceu q̃dã architectonica ars, corporis curatiua p̃sidet: siquidem ædificatorię, ut tales quasdã ædes extruat, p̃cipit, cerdonicę calceũ, panifici panem, culinarię obsoniũ, alijsq; singulis, ut quæq; apta est, quid actura sit imperat. Sed huiusce artis corpus curantis, salubris appellata pars est, cuius quadripartito diuisæ partis unius gymnastica particula est. Ea igit tot artiũ ueluti q̃dã princeps habetur, equestri sane, qñ eq̃tare opporteat, venatoriæ similiter, & vniuersim cuilibet alij aĩalia captãti, cũ ipsarũ vsus postulat, modũ, occasionem, qualitatemq; demonstrans: haud absimili rõne & fodientibus, & metentibus, & ligna cædentibus, & nauigantibus, & saltantibus, & quodcunque aliud agentibus præsidens ipsa dominatur atque imperat.

De

De arte Pædotribica. CAP. 45.

A VNa quædam inter id genus artes & illa eſt, quæ in luctationibus uerſatur: appellemus autẽ eam, ſi lubet, græco uocabulo Pædotribicam. Hæc.n. eorum nihil intelligẽs, quæ ad utilitatem, noxamq; corporis faciunt, decentes, uarias, ſternendi uim habentes, facilesq; ac minimo labore apprehenſiones ſimul ac motiones, haud minus, q̃ ſaltatoria, comperit. Verum hæc corporis curationem non uſurpat: at iſta pædotribica, neſcio qũo, præ nimia ſenſus hebetudine, ueluti ſeruus attonitus, in optimum herum, gymnaſticam. ſe inſurgit. Quemadmodum ſiquis grauis armaturæ miles, aut eques, aut ſagittarius, aut funditor, aut iaculator, Imperatori aciem ſtruenti, armanti, & in prelium educenti, rurſumque receptui canenti, pertinax aduerſetur; inſaniret.n. & iſte, ſi Imperatorem ad priuatas actiones prouocans, atq; laceſſens, in ijsq; præſtantior inuẽtus, aut communicari ſibi imperium dignum putaret, aut ſuam ipſius artem imperatoriæ partem exiſtimaret: nihilo ſecius, arbitror, & pædotriba inſaniat, aut gymnaſticam ſcire ſe, aut eius partem poſſidere perſuaſus, cum miniſter tantum ſit; ut.n. miles artis imperatoriæ, ſic pædotriba gymnaſticæ miniſter eſt. ipſe namq;, quatenus exercet, exercitatoriæ: quatenus uero luctandi artem exercet, alterius cuiuſdam profeſſionis miniſter eſt, quam ego proſtratoriã § recenti uocabulo §
B appello. Non ſolum autem eos ita appellant, q̃ athletas exercent, ſed etiam gymnaſtas: nihilominus ſecundum rei ueritatem aliud eſt ars pædotribica, quemadmodum ſagittatoria: proſtratoria uero, qualis eſt imperatoria: at gymnaſtica, qualis eſt medicina: duabusq; artibus præpoſitis hę ſingulę deſeruiunt. Ita.n. & alutaria, ut militi alicui optimũ calceum paret, ab arte imperatoria docẽt: ut ad ſanitatem uero idoneum ſtruat, ab arte corporis gubernatrice admonẽt. Nec non & culinaria ſalutare obſonium medico ſalubriq; cõcinnat: guſtatui vero iucundum ac voluptariũ non amplius id arti cuipiã, ſed adulationi potius cuidam finem ſibi non ſanitatem, ſed voluptatem proponenti. Igitur & luctatoria id, quod ad ſanitatẽ optimum eſt, ſalubribus & gymnaſtis uocatis adipiſcitur: quod autem ad affectionem athleticam pertinet: illi uitioſæ arti ſæpius a me repetitę, ſe ipſam quidem gymnaſticam appellanti, rectius autem proſtratoriæ nuncupatæ nãciſcitur. Lacones utique & ipſam Cabbalicen. i. vim ſternendi habentem, nominant: eumque magis cabbalicum, non qui robuſtior, ſed qui magis in hac arte uerſatus fuerit, nominant.

In uitioſam gymnaſticam inuehitur. CAP. 46.

VErum enimvero omnis bene inſtituta reſpublica hoc genus artis odit, ac deteſtatur, q̃ omne uitæ robur, uimq; proſternat, haud in bonam affectionẽ corpora traducẽs. Ego vtique
C plerumque multis athletis, q præſtantiſſimi eſſe uidebantur, quiq; multas in certaminibus coronas meriti ſunt, me ipſum ualentiorem eſſe expertus ſum: quando quidẽ in omnibus itineribus faciendis, in militaribus actionibus, magis ꝑterea in ciuilibus, atq; ruſticis negotijs inutiles prorſus reperiebantur. Siq̃ uero & amico ægrotanti aſſiſtere uſu ueniret, in conſulendo, ſimul ſpeculãdo, auxiliãdo oĩum erant ignauiſſimi, atq; hac rõne a ſuibus quidem minime ingenio differunt. Nihilo minus tñ inter hos infœliciſſimi, nullaq; unquam uictoria inſignes repente ſe ipſos gymnaſtas nominant: deinde, ut arbitror, inconcinna, barbaraq; uoce non minus, q̃ ſues, uociferantur. Nonnulli autem ipſorum & de frictione, aut de bono habitu, aut de ſanitate, aut de exercitationibus uolumina ſcribere aggrediuntur: deinde de illis agere contradicereque audent, q̃ nullo unquam tpe didicerunt, ut quidã proxime in Hippocratẽ inuectus, tanquã non recte de frictione tractantem. Verum nonnulli, qui aderant, medici & philoſophi ad me uenientes, ut totam ipſis huiuſce rei rõnem explicarem, a me petiuerunt: quod cum feciſſem, omnium primus Hippocrates hunc locum optime tractaſſe uiſus eſt. Tunc gymnaſta ille ſponte nullo docente eruditus
D in medium repente prodiens, puerumq; exuens nos eum iuſſit fricare, atq; exercere, aut de frictione, exercitationibusq; tacere: deinde clamans dixit. Quando enim unquam Hippocrates in caueam ludorum, quando in palæſtram deſcendit, qui neque forſan rite oleum infundere ſciebat? Ad hunc ſanè modum iſte uociferabatur, & alioqui neque tacens audire, nec, quæ dicebantur, intelligere poterat. At nos præſentibus per ocium differebamus, improbum illum hominem perinde facere, vt coquus ac panifex de ptiſana ac pane diſputare audentes, deinde clamitantes, quando Hippocrates in culina, aut piſtrino uerſatus eſt? Paret igitur mihi placentam, aut panem, aut iuſculum ✲ in olla † condiat, atque ita deinde de ipſis ſermonem faciat.

† *Aliter, aut oſtreum.*

Cur tota ars humanum corpus regens medicina, eiusq; profeſſor medicus uocati ſint. CAP. 47.

IGitur fortaſſe dixeris, cur Hippocratem, omnemque ab ipſo manantem ſectã medicos nominamus, ſi non uniuerſæ arti corporis gubernatrici, ſed ſoli eius parti, quæ laborantibus opitulatur, id nomen indidimus? Videtur.n. totam artem complecti, ut neque eam partem, quę de exercitationibus eſt, negligat. Hanc huiuſce rei fuiſſe cauſam ſuſpicor, quoniã, cum prima totius artis pars curatiua, quòd & maxime neceſſaria eſſet, conſtituta ſit, deinde per multum ocium conſeruatiua, ſalubriſque uocata ei adiecta fuerit, totam artem a parte denominari contigit, quemadmodum, & in alijs pleriſque fieri aſſolet. Quandoquidem & geometras appellamus non circa planas ſolum figuras, uerum etiam circa ſolida uerſantes: nullusque his temporibus inuenitur, qui, ut geometra, ſic & ſtereometra nominetur, ſed nomen defecit. Vt etiam ſalubrium non corporum,

porum, non ciborum dico ſalubrium, ſed virorum iſta ſcientium ab Eraſiſtrato medicis ex ad- E
uerſo diſtinctorum. Pariter & trierarchas ueteres græci triremiũ principes nuncupabant: nunc
vero iam omnes utcunque naualis exercitus duces, etſi triremes nõ ſint naues illæ, eo nomine ap
pellant. Huiuſce rei quoddam ſimile circa medicinam, atque medicos euenit: à prima enim con
ſtituta parte, ut & ipſa tota corporis gubernatrix ars, medicina, ipſe artis profeſſor, medicus no-
minaretur, tempore procedente effectum eſt. Quamobrem neque ab re nunc quiſpiam interro-
gat, cuiuſnam artis pars ſit illa facultas, quæ tuendæ ſanitatis notitiam tradit, medicinæ reſpon-
dere poterit: latius namque fuſo & amplificato uocabulo, neq; dum partem, ſed integrã humani
corporis artem ſignificante, Hippocrates, & omnes, qui hac tempeſtate florent, iure medici no-
men inuenerunt, artisque ipſius duas maximas partes agnoſcunt, curatricem. Latque ſalubrem;
itemque ſalubris ipſius partem eſſe gymnaſticam ſciunt, quemadmodũ à nobis ſupra diſſertũ eſt.
Ita que, ſicut Hippocrates, Diocles, Praxagoras, Philotimus, atq; Herophilus totã corporis præſi
dem artem, ut ipſorum teſtantur uolumina, callebant, ita ſanè e diuerſo Theon, atque Trypho
uitioſam illam athletarum artem tractantes, quemadmodum item & ipſorum libri declarant,
præparationem quoddam exercitium nominantes: rurſum aliud partitionem, aliud uero perfe-
ctum, item aliud apotherapiam, quærentes que, num ſecundum talem circuitum fatigare, atque
exercere athletam oporteat, aut ſecundum alium modum: profectò & eorum me capit admira-
tio, qui hoc tempore athletas exercent, quando eos ſalubrem facultatem ſuæ ipſorum artis par- F
tem eſſe, dicere audio. Quando enim hæc neque ueræ gymnaſticæ pars, ſed contra ſalubris facul
tatis illa pars ſit, quid opus eſt de flagitioſa iſtorum arte dubitare? Quæ cum neque artis corpus
curantis ullo modo pars eſſe poſſit, cuidam præterea exercitationi præſidet, quæ non ſolum à
Platone, atque Hippocrate, uerum etiam ab alijs omnibus medicis, atque philoſophis contem-
nitur.

FINIS SECVNDAE CLASSIS.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii KK ll mm nn oo

Omnes ſunt quaterniones præter a a, qui eſt ternio.

VENETIIS, APVD IVNTAS.

L A